LEONIS ALLATIJ IN ROBERTI CREYGTONI APPARATUM, VERSIONEM, & NOTAS AD...

Leone Allacci, Robert Creighton,
Silvestros Syropoulos

LEONIS ALLATII

IN

ROBERTI CREYGTONI

Apparatum, Versionem, & Notas

AD HISTORIAM

CONCILII FLORENTINI

Scriptam

A SILVESTRO SYROPVLO

De vnione inrer Græcos, & Latinos,

EXERCITATIONES.

AD REVERENDISSIMVM PATREM

F. RAYMVNDVM CAPISVCCHIVM

Ordinis Prædicatorum, Sacri Apostolici Palatij Magistrum.

ROMÆ, TYPIS MICHAELIS HERCVLIS. 1674.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Felicis Cæsaretti.

REVERENDISSIME PATER

ERVDITISSIMI Viri Leonis Allatij nomen non parum augere mihi videor, dum hasce ipsius exercitationes tuo nomini inscriptas volo, Reuerendissime Pater; Quid enim sibi felicius auspicari potest quisquis in militia literaria desudat, quàm post exantlatos labores, doctissimorum subire oculos, eorumque approbatione vegetari? Scientia in hoc à virtute differt, quod cum ista se vna contenta sit nihil prætereà expetens, illa effundi cupit, ac lucis instar, nisi longè, latèque radios emittat, pene deperit cum diletescit. Rectè factorum conscientia vnumquemque erigi satis esto, non item rectè scriptorum: nam exaratis paginis bono maloue fato hoc accidit, vel ingeniosis, peritisque manibus contrectari, vel blattarum epulas fieri. Planè dum Allatius in arenam descendit cum Siluestro Siropulo, ac Roberto Creyghtonio, styloque perstricto vtrũque Schismaticum, atque Hæreticum sternit, quantum gloriæ illi accessurum esse sperandum est, si te huiusce militiæ principem, prælij, ac victoriæ suæ habeat spectatorem. Eiusmodi siquidem hostes abs te ad certamen lacessiri, atq; superari frequens fuit; & quantus in hæreses assurrexeris, Theologicis disputationibus, quæ magnis excusæ volumini-

bus maiori plausu, atque admiratione circumferuntur, palam facis, calamo atque atramento illud ipsum Domi contra Hæreticos perficiens, quod Maiores tui aduersus eosdem in Castris inuicti Duces, armis, ac sanguine præstiterunt; vt proindè in te vno, & Maiorum tuorum imagines, & propriam tuam virtutem suspiciamus. Ego verò nuncupando tibi Allatianas istas exercitationes hoc exequor, quod obsequium ergà te meum, cultumque obtestor.

Tuus Reu:me Pater

Humillimus, atque addictissimus Seruus

Felix Cæsarettus.

LEO-

LEONIS ALLATII
OPERVM ELENCHVS,

Quæ Romæ venalia reperiuntur in Bibliotheca Felicis Cæfaretti.

1. ORTHODOXAE GRAECIAE *Scriptores* NICEPHORVS BLEMMIDA, IOANNES VECCVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, PETRVS *Episcopus Mediolanensis*, GEORGIVS PACHYMERES, ESAIAS CYPRIVS, IOANNES ARGYROPYLVS, GREGORIVS PROTOSYNCELLVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, GEORGIVS TRAPEZVNTIVS, IOANNES PLVSIADENVS, HILARIO MONACHVS, *De Processione Spiritus Sancti à Patre, & Filio*, NICETAE BYZANTINI Philosophi, & Magistri *Refutatio Epistolæ scriptæ ab Armeniorum Principe*, qua fidem catholicam, & Chalcedonensem Synodum criminabatur, & alijs. Tomus primus. LEO ALLATIVS nunc primum e tenebris eruit, & Latinè vertit, ad Cardinalem ALOYSIVM CAPPONIVM. Addita est, de GREGORIO PALAMA Archiepiscopo Thessalonicensi in numerum Sanctorum a nonnullis Græcis adscito *Græcorum* sententię. necnon GREGORII ACYNDINI, *de Hæresibus Palamæ*. Romæ typis S.Congregationis Fidei propagandæ 1652. in 4.
2. ORTHODOXAE GRAECIAE *Scriptores*, IOANNES VECCVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, CONSTANTINVS MELITENIOTA *Chartophylax*, MAXIMVS CHRYSOBERGA, *De Procesfione Spiritus Sancti*, & alijs. ad Eminentissimum Card. FLAVIVM CHISIVM S.R.E. Bibliothecarium, Tomus Secundus, LEO ALLATIVS nunc primum e tenebris eruit, & Latide vertit. Romæ typis S.Congreg.de Fidei propagandæ 1659.in 4.
3. In ROBERTI CRYGTONI *Apparatum, Vnionem, & Notas* ad Historiam Concilij Florentini, scriptam a SILVESTRO SYROPVLO *De Vnione inter Græcos, & Latinos*.
4. DE SIMEONIBVS. in 4.
5. *Confutatio fabulæ De* IOANNA *Papissa*. Coloniæ Agrippinæ apud Iodocum Kalcouium 1653.in 8.
6. *De Viris Illustribus*, qui annis 1630. 1631. ac toto sequente Romæ fuerunt, & typis aliquid commiserunt, quibus

bus titulum fecerat APES VRBANÆ. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 8.

7. *De ætate, & interstitijs in collatione Ordinum etiam apud Græcos seruandis*, ad Cardinalem FRANCISCVM BRANCACCIVM. addita sunt eiusdem ALLATII Ode Pindarica, & Epigrammata VII. Græca in Assumptam DEIPARAM. Romæ apud Mascardum 1638. in 8.

8. SALLVSTII *Philosophi Opusculum De Dijs & Mundo*, nunc primum è tenebris erutum, & e Græco Latinè versum, cum *Notis* LVCAE HOLSTENII. Ibidem anno eodem, & Leydæ apud Ioannem Maire 1639. in 12.

9. *De Patria* HOMERI, cui additi, NATALES HOMERICI carmine Elegiaco Græco, interprete ANDREA BAIANO GOANO. Lugduni apud Laurentium Durandum 1640. in 8.

10. PHILO *Byzantius De septem Orbis spectaculis*, Græcè & Latinè cum NOTIS. Romæ apud Mascardum 1640. in 8.

11. *Excerpta varia Græcorum Sophistarum, ac Rhetorum*, HERACLITI, LIBANII ANTIOCHENI, NICEPHORI BASILACAE, SEVERI ALEXANDRINI, ADRIANI TYRII, ISAACI PORPHYROGENNETAE, THEODORI CYNOPOLITAE, & aliorum. Annexa sunt nonnulla CARMINA diuersorum. & LEONIS ALLATII *ad* VRBANVM VIII. *Enneadecaetericus*, carmine Iambico. ex primo Tomo nondum edito variorum antiquorum eiusdem ALLATII, ab eodem nunc primum vulgata Græce, & Latinè reddita. Ibidem anno eodem. in 8.

12. *Hellas in Natales* DELFINI GALLICI, carmine Iambico, cum interpretatione GVIDONIS *de* SOVVIGNY *Blæsensis*. Ibidem 1642. in 4.

13. *De mensura temporum antiquorum, & præcipuè* GRAECORVM. Coloniæ Vbiorum 1645. in 8.

14. *Melyssolira de laudibus* DIONYSII PETAVII S.I. Presbyteri, carmine Iambico Græco. Romæ 1653. in 8.

15. *De vtriusque Ecclesiæ* ORIENTALIS, *atque* OCCIDENTALIS *perpetua in dogmate de Purgatorio consensione*, ad ALEXANDRVM VII. Pont. Opt. Max. Addita sunt. Eiusdem *Epistola ad* IOANNEM CHRISTIANVM *de* BOINEBVRG *De perpetua Ecclesiæ* ORIENTALIS *atque* OCCIDENTALIS, *tum in dogmate, tum in ritibus consensione*. Ad BARTOLDVM NIHVSIVM Epistola secunda *De communione Græcorum sub vnica specie, & De textu Maccabæorum, De Sacrificio pro mortuis*, & *textum*

Græcum

Græcum dicere quod exprimit textus Latinus . EVSTRATII *Constantinopolitani De Animabus separatis* IOANNIS VEGCHI *Patriarchæ Constantinopolitani ad Sugdææ* THEODORVM *Liber tertius, de causa schismatis*, Græcè & Latine eodem ALLATIO Interprete, Romæ Typis Sacræ Congregationis Fidei propagandæ 1655. in 8.

16. S.METHODII *Episcopi & Martyris* CONVIVIVM *decem Virginum*, siue *De Castitate*, ad ALEXANDRVM VII.Pont. Opt.Max.LEO ALLATIVS hactenus non editum primus Græcè vulgauit, Latinè vertit, NOTAS, & DIATRIBAM *De Methodiorum scriptis* adiecit. Romæ Typis Sacræ Congregationis Fidei propagandæ 1656.in 8.

17. *Vindiciæ Synodi* EPHESINAE, & S.CYRILLI *De Processione ex Patre & Filio Spiritus sancti*. Romæ Typis iisdem 1659. in 8.

18. *Enchiridion de Processione Spiritus sancti*, Linguæ Græcorum vernacula. Romæ ibid.1658.in 12.

19. IOANNES HENRICVS NOTTINGERVS *Fraudis & imposturæ manifestè conuictus* a LEONE ALLATIO. Romæ Typis Sacræ Congregationis de propaganda Fide 1661. in 8.

20. LEONIS ALLATII *De octaua Synodo Photiana* annexa est, IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Disputationis Apologeticæ*, *de Ecclesiæ* ORIENTALIS *atque* OCCIDENTALIS *tam in Dogmate, quam in Ritibus dissensu*, & IVVENIS VLMENSIS *Exercitationis Historico-Theologicæ de Ecclesia Græcanica Hodierna refutatio*. Romæ Typis Congregationis de propaganda Fide 1662.in 8.

21. LEONIS ALLATII *De Symeonum scriptis* DIATRIBA, SYMEONIS METAPHRASTAE *Laudatio*, Auctore MICHAELE PSELLO *Sanctæ Mariæ Planctus* ipso METAPHRASTE Auctore, Eiusdem *aliquot Epistolæ* LEONE ALLATIO ipso Interprete. *Originum rerumque Constantinopolitanarum Manipulus*, varijs Auctoribus. F.FRANCISCVS COMBEFIS Congregationis S.LVDOVICI Ord.Prædicatorum, ex vetustis Mss. COD. partim eruit, omnia reddidit, ac Notis illustrauit, versa pagina syllabum indicabit. Parisijs, sumptibus Simeonis Piget, Bibliopolæ Parisiensis, via Iacobæa, sub siigno Prudentiæ. 1664 in 4.

22. LEONIS ALLATII ΣΥΜΜΙΚΤΩΝ, siue *Opusculorum Græcorum, & Latinorum Vetustiorum, ac Recentiorum* Libri X. Romæ apud

apud Successorem Mascardi. 1668. in 4.

Scripsit etiam Italicè.

22. *Il Viaggio della Signora* D. LVCRETIA BARBERINA *Duchessa di Modena a Modena da Roma*, al Signor MARCANTONIO SPINOLA. In Genoua. 1654. in 4.

23. *La Vita della venerabile Suor* MARIA RAGGI *da* SCIO *del terzo Ordine di S. Domenico*, al P. Reuerendissimo Maestro Generale dell' Ordine di S. Domenico F. GIO: BATTISTA MARINI. In Roma per il Mascardi. 1655. in 4.

24. *Vita e morte del* P. F. ALESSANDRO BALDRATI *da Lugo*, fatto morire nella Città di Scio da' Turchi per la Fede Cattolica li 10. di Febraro 1645. al P. Reuerendissimo F. RAIMONDO CAPIZVCCHI Maestro del Sacro Palazzo Apostolico. In Roma per Francesco Moneta. 1657. in 12.

25. *Drammaturgia*, ouero *Raccolta di tutte l'Opere rappresentatiue peruenute alla publica notitia al suo tempo*, e diuisa in sette Indici per facilitare il ricerco de' titoli dell'Opre; de' Nomi, de' Cognomi delle Città, e Patrie degli Autori; d'alcuni particolari scenarij; dell'Opere non ancor venute in luce; e de' titoli varianti della DRAMMATVRGIA di LEONE ALLACCI. In Roma per Michele Hercole. 1674.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Ap.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Vicesg.

Historia Concilij Florentini, quam Syluester Sycopulus Schismaticus sublesta fide Græcè scripsit, & Robertus Creyghton Anglus Heterodoxus maligna præfatione prætixa, & impijs additis notis Latinè edidit, a Leone Allatio V. C doctissimis istis Exercitationibus subtiliter examinatur, detecta Interpretis ignorantia, eiusque mendaciis solidè confutatis. Prælo itaque dignissimæ sunt, vtpote necessariæ ad Nouatorum retundendam audaciam, & vt agnoscatur Ecclesiæ Orientalis cum Occidentali in præcipuis Dogmatibus fidei perpetuus consensus, qui in hoc libro ex Scriptoribus Græcis tam orthodoxis, quam schismaticis luculenter probatur. Sic censeo, in eius censuram iussus incumbere, ego infrascriptus S. R. Inquisitionis Qualificator, & Sacræ Congregationis Rituum, & Indicis Consultor. Romæ in Monasterio S. Bernardi ad Thermas die 9. Februar. 1664.

F. Ioannes Bona.

Imprimatur iterum.

Fr. Raymundus Capisuccus Magister Sacri Palatij Apostolici.

PHI-

PHILIPPVS LABBE, S. I.

In Synopsi Conciliorum.

DVM hæc formis exprimenda Typothetæ traderentur, venit in manus meas recens ex Hollandia aduectum volumen, Hagæ-Comitis in folio impressum, hoc titulo; *Vera historia vnionis non veræ inter Græcos, & Latinos: siue Concilij Florentini exactissima narratio, Græce scripta per Syluestrum, magnum Ecclesiarcham, atque vnum ex quinque Crucigeris, & intimis Consiliarijs Patriarchæ Constantinopolitani, qui Concilio interfuit: transtulit in sermonem Latinum, Notasq; ad calcem libri adiecit Robertus Creyghton*, &c. Sed quæ fides huic Inscriptioni habenda sit, quamque titulus hic magnifice mentiatur, cum alia multa declarant, tum illius operis Auctor, atque Interpres. Quis enim ille sit vere *Syluester*, ac babarus *Sguropulus*, si temporum testem historiam, si coætaneos posterioresque Scriptores interroges, homo nihili, ignotus, ignobilis, qui vnus sibi testimonium dixit, illudque mendacissimum, neglectus hactenus ab eruditis, schismaticus, hæreticus, ac nationis suæ, quæ Catholicam fidem, cum Imperatore, Patriarcha, Episcopis, ac Principibus, doctissimisque viris susceperat, hostis infensissimus illico deprehendetur. Neque alia eiusdem debet esse apud cordatos homines ratio, quam Arij, aut Philostorgij de Nicæno, Nestorij de Ephesino, Eutychetis, aut Dioscuri de Chalcedonensi, Hieronymi Pragensis de Constantiensi, Albigensium de Lateranensibus Concilijs disserentium. Quis enim ignorare potest, quid in iudices, quid in aduersarios, quid in ipsos quoque interdum patronos, aduocatosque suos deblaterent, quæ crimina obijciant, quas calumnias texant, qui causa ceciderunt rei? Tales plerique Græculi, qui Marco Ephesino Antistiti, ac similis farinæ contumacibus Schismaticis, quam apertissimæ veritati, ac catholicæ fidei adhærere maluerunt: sed de his alias conquerendi commodior occurret occasio. Ad Interpretem Creyghto-

ghtonum venio, cuius effrænis in Ecclesiam Catholicam, ex qua cum maioribus suis desertor profugit, atque efferata rabies ex hoc ipso titulo Libri, quem falso dicit, e veritatem amantium manibus nunquam deponendum, ex dedicatione, præfatione, ac notis manifestissime elucescit, quas spurcissimis in Romanos Pontifices, Cardinales, Episcopos, cæterosque Clericos ac Laicos, qui interfuerunt, quique secuti sunt, calumnijs vsque ad nauseam, tædiumque Lectorum refersit. Quodque mirere magis ipsam quoque vnionem ab hac hæretica lue in Papam efferuescente noluit esse immunem. Consule paginam sextam: Ἐν τοῖς μεγίστοις ἐτίθεντο, ὅτι νῦν τὸν τῆς νέας Ῥώμης Ἀρχιεπίσκοπον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ὀνομάζει ὁ Πάπας, καὶ ἀδελφὸν καλεῖ τοῦτον κ' ἐντεῦθεν ἐτεκμαίροντο, ἐφίεσθαι τὸν Πάπαν τῆς ἑνώσεως, καίτοιγε οὐ Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλὰ Πατριάρχην τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν αὐτὸν ἔγραψεν. ὥσπερ τοίνυν καὶ μέχρι τοῦ νῦν γράφει. ac fidem versionis examina prudens Lector. *At nunc pro magnifico duxerunt, quod in Eudæmonis Epistolis, nouæ Romæ Archiepiscopum Patriarchã Constantinopolitanum disertis verbis Papa nuncupet, & in simili secum sphæra dignitatis atque eminentiæ, fratrem.* An quoties Papa subiectos sibi Archiepiscopos, Episcoposque fratres compellat, eos in simili secum sphæra dignitatis, atque eminentiæ constituit? nec in Græco textu hæc reperiuntur: *Et inde conijciebant Papam vehementi concitatione flagrare pacis inter Ecclesias resarciendæ: quamquam inerat ambiguum, & terminus diminuens, si quis Papæ verba pensiculatius ad trutinam reuocaret: nam non Patriarcham Constantinopolitanum, sed Constantinopolitanorum scripsit.* Omisit reddere; ὥσπερ τοίνυν καὶ μέχρι τοῦ νῦν γράφει. ac de suo Interpretationem præcedentium verborum, quæ nemini cordato in mentem venire poterat, adiecit, *Ciuium non ciuitatis, quasi ad successorem Petri ius, & cura loci pertineret, ad Patriarcham tantum regimen popularium.* Scripsit S. Gregorius ad Augustinum Episcopum Anglorum, quis inde nisi demens colligat, ius & curam Angliæ ad Papam, regimen tantum Anglorum ad Augustinum pertinuisse. Καὶ ταῦτα μέντοι ταῦτα, ὡς ἐν τύπῳ καὶ ἁπλῶς.

IN-

INDEX EXERCITATIONVM.

EXERCITATIO I.

PROPOSITVM Allatij. Quæ in literas profitentibus deſiderat Creyghtonus, literas profitentes in eodem requirere. Illius ἀνιστορησία de Chryſoloris. Impietas in Beatorum gloriam, quam cum portis Inferi componit. Ieiuna loquacitas de laudibus Syropuli, cuius inſulsiſſime cognomen immutat in Sguropulum. Pag. 1.

EXERC. II.

Peſſime Conſtantinopolitanorum Patriarcharum initia ſub Andrea Apoſtolo poni. Eccleſiarchæ dignitas examinatur; & an in eo gradu fuerit, in quo eam Creyghtonus collocat? In Conſtantinopolitana vrbe duplex Officiorum, & Dignitatum genus. In catalogis Officiorum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, Eccleſiarcham inter inferiores ordines figi. Sacellarium diuerſum eſſe ab Eccleſiarcha. Qui primæ Pentadis Quinqueuiri Cruciferi dicantur? Inſulſe a Creyghtono comparari Crucigeros Conſtantinopolitanos Cardinalibus Pontificijs. Pag. 10.

EXERC. III.

Syropuli dictio examinatur. In quo oratoria ab hiſtorica dictione differat? Inſipienter comparari dictio-

EXERC. IV.

EXERC. V.

fascem emisit suo nomine recens Concilij Florentini concinnator. Pag. 68.

EXERC. VI.

Ioannem Epidaurensem, siue de Ragusio falso a Creyghtono inter Cardinales collocari. Ioannem Dominici Ragusæum, Ioannem Hispanum, & Ioannem Epidaurensem, siue Ragusæum perperam confundi, cum alius sit. Ioannes Dominici Cardinalis, sed ante Concilium Florentinum mortuus. Ioannem Hispanum Sacræ Theologiæ Doctorum non bene Scriniarium verti. Ioannem de Ragusio, siue de Monte Nigro non fuisse Cardinalem. Et quæ antea Creyghtono fuerunt Sacrosancta Concilia, nunc ludicra, & fabulas esse. Pag. 74.

EXERC. VII.

Firmitudinem, quam supra concesserat Concilijs Oecumenicis Creyghtonus, inconstantia leuissima, & institutorum Ecclesiæ Catholicæ nescius, infirmat. Græcos ante Florentinum a Florentino decreta contra Græcos defendisse. Scholarius familiæ nomen. Tres Orationes in Concilio habitas Scholarij non esse illius, qui Ephesij familiaris fuit. Ephesij ad Georgium Scholarium Epistola. Duos fuisse Scholarios, & eosdem Georgios. Caryophilus Scholarios confundit. Scholarius qui Græcorum causam agit, fuit Monachus, non Patriarcha: Scholarius, qui Latinorum, Patriarcha. Chalcocondyla expositus. Scholarius, qui postea Monachus, cum Concilium in Italia agebatur, morbo oppressus Byzantij, Byzantij immorabatur. An Matthæus Camariota fuerit præceptor Scholarij Patriarchæ? Georgij Scholarij Catholici scripta. Contra Caryophilum, & Arcudium, librum

quin.

nia similia. Scripta Ephesij contra Synodum cum ijs, quæ pro Synodo, comparari nec possunt, nec debent, cum multis parasangis inferiora sint. Pag. 146.

EXERC. X.

Vbi rationes deficiunt, Creyghtonus Sacramento probat sua, & nihilominus Lectori hariolandum de sua sententia relinquit. Culmen Pontificiæ dignitatis cum a Deo sit, nulli culmini, quod aliunde comparatum sit, etiam excelsissimo æquiparari potest. Historiola de principio, & progressu Schismatis Græcorum αἰτίας, καὶ ἀφορμῆς, causæ, & occasionis differentia. Dissidij inter Græcos, & Latinos non fuisse causam additionem. Quando additio facta sit? Additionis prohibitionem in Symbolo ante Ephesinum factam. Prohibetur addi Symbolo fides aliena, contraria. υἱοπατορείας hæresis quæ? In Trinitate ordinem esse. Filius solus ex solo Patre genitus. υἱοπατορείας hæresi condemnata, videtur saltem tacite asseruisse Damasum Spiritus Sancti etiam ex Filio processionem. Pag. 165.

EXERC. XI.

Additionem in rebus fidei ante Nicænum, & Ephesinum Concilia a D. Paulo fuisse prohibitam. S. Maximi Epistolam ad Marinum Cyprium vti illius genuinam multi cum Catholici, tum Schismatici recipiunt. Creyghtoni in afferenda infallibilitate Ecclesiæ Romanæ inconstantia. Dialogus de processione Spiritus Sancti falso Margunio suppositus. Vt sese gesserint Romani Pontifices in vnione procuranda cum Græcis. Nili Rhodij sententia de Octaua Synodo Photiana. Pag. 189.

EXERC.

EXERC. XII.

EXERC. XIII.

EXERC. XIV.

obnoxia

obnoxia. Male a Creyghtono peti præsidia ad probandam innocentiam Photij, cum contrarium ex eo eliciatur. Photium maledicum in alios male audire iustum esse, & æquum. Non semper eum veracem esse: scripta illius commentitia in Sanctos Ignatium, & Nicolaum. Et propter illa indigna querimonia Greyghtoni, sicuti & Montacutij, & Luteri de alijs. Pag. 220.

EXERC. XV.

Creyghtoni nugamenta de doctrina Photij. Theophylacti ætas. Contentio inter Græcos & Latinos de Bulgaris, tum primum ad fidem conuersis. Mendacia Creyghtoni de conuersione Bulgarorum. Theophylactus inter Schismaticos in Latinos propensior. Bulgaros a Theophylacto ad Isidorum Ruthenum sub primatu Constantinopolitano nullo modo stetisse. Ante Theophylactum alius Episcopus in Bulgariam a Theodora Imperatrice, & Basilio missus. Photium nunquam animo nec corpore quieuisse. Isidorum Kiouiensem fuisse Romæ, & non Sabaudiæ Cardinalem. De illius patria non fuisse vnam omnium sententiam. Romanæ Ecclesiæ in bene de se meritos gratus animus. Isidorus legatus Pontificius in excidio Constantinopolitano euadit, & Romæ moritur. Pag. 250.

EXERC. XVI.

De Synodis pro Photio, & contra Photium Creyghtoni verba proferuntur, & numeratis mendacijs refelluntur. Synodum pro Ignatio contra Photium vti genuinam fere omnes Græci recognoscunt. Quinisexta πενθέκτη Synodus quænam est? De tempore Ioannæ Papissæ non vna omnium sententia. Allatius in Com-

EXERC. XIX.

Multo minus habere sal in chronologicis Creyghtonum. In Græcia esse Episcopos Latinos, qui animarum curam gerant, iurisdictioni Pontificiæ obnoxios: Apameas, in quibus præsidet Spondanus, esse in Gallijs, non in loco Patriarchæ subiecto. Quæ certitudo reponenda est in synodis ex Creyghtono? Seculares non se intromittunt in rebus Ecclesiasticis, quod rebus in Ecclesia gestis, comprobatur. Pag. 357.

EXERC. XX.

Annæ Comnenæ de præeminentia in Ecclesia ridicula assertio. Patriarchæ Romani Pontificis obedientia se eximere conati sunt: sed nunquam super illum dominium sibi vindicare præsumpserunt; & frustra ab Imperatoribus miseris modis afflictati impetrassent. Etiam seculo vnico post Photium in Græcia literis & eruditione plerosque inclaruisse. Creyghtonum vel non legere, vel non intelligere lectos Auctores euincitur. Dissidium inter Cerularium & Leonem Pontificem Romanum, & alterutrius ab alterutro excommunicatio contra Greyghtonum veritatis trutina examinata. Photij ineptissimum præconium. Matthæi Hieromonachi perridicula dicta in Pontificios refelluntur. Nullum Concilium Oecumenicum esse sine approbatione Romani Pontificis. Concilium Barense vere coactum Scriptorum testimonijs probatur. Pag. 372.

EXERC. XXI.

Rem & notionem subiectam Transubstantiationis nomini ante Innocentium in Ecclesia tum Græca, tum Latina

EXERC. XXII.

EXERC. XXIII.

çra-

cramento est mutatio substantiæ in substantiam. Pag. 449.

EXERC. XXIV.

Panis post consecrationem neque Azymus, neq; Fermentatus est, sed corpus Christi. Azymorum in Ecclesia Latina antiquitas. Petri Antiocheni sententia de vsu Azymorum. Transubstantiationis nomen antiquum. Pag. 472.

EXERC. XXV.

Corpus Christi, & sanguinem non esse neque figuras, neque imagines, neque typos, neque symbola, neque antitypa, sed ipsissimum corpus Christi, & ipsissimum sanguinem, &, si aliquando sic dicta inueniuntur, quomodo intelligenda sunt? Dionysius Areopagita, Theodoretus, Basilius, & alij exponuntur. Antitypa quid notant? Consecrationis formam Apostolis referre Græcos. De forma consecrationis, quænam sit Basilij sententia, disquiritur. Basilij capita de Spiritu sancto ad Amphilochium, Basilij esse genuina. Precationum Basilianarum, & Chrysostomianarum expositio. Pag. 485.

EXERC. XXVI.

Licet in Ecclesia Græca aliæ atque aliæ Quæstiones circa Sacramentum Eucharistiæ exortæ sint, nunquam tamen Transubstantiatio in quæstionem vocata est. Prima tempore Cœlestini Papæ, & Cyrilli contra Nestorium, Secunda contra Soterichum & Socios, sub Emmanuele Comneno. Tertia sub Alexio Isacij Comneni fratre. Quarta de qua nunc inter Græcos ipsos decertatur,

&

EXERC. XXVII.

EXERC. XXVIII.

EXERC. XXIX.

ret, Constantinopolitanus nihilominus nomine inter Græcos munia sua exercebat. Michaëlem Autorianum non esse electum Patriarcham Constantinopolitanum a Venetis. Cura Summorum Pontificum super omnes fideles, & infideles. Michaël Imperator vindicatur calumnijs Creyghtoni. Legationes Michaëlis Imperatoris ad Romanum Pontificem, pro vnione Græcorum, Ioannis Vecci laudes, & eius conuersio. Nicephorus Blemmida quis, & qualis? Metochitarum familia nobilissima. Pag. 595.

EXERC. XXX.

In Concilio Lugdunensi non interfuisse Michaëlem Imperatorem. Ioannem Palæologum honorificentissime exceptum ab Italis ante, & post Concilium. Michaël auitæ religionis defensor, & propugnator: & maxima illius laus est, ob hanc causam caruisse sepultura. Pag. 626.

EXERC. XXXI.

Creyghtonus ex enauata opera, & labore suo nullum meretur præmium, cum nullum inde a Lectoribus emolumentum deportetur, post tot illius nugis: & potissimum quia Syropuli neque fidus, neque bonus interpres sit, quod multis adductis ex Syropulo locis demonstratur, quibus ostenditur eum, multa de suo addere, multa detrahere; & multa pro libidine demutare. Quæ in Pontificios a Syropulo eiectantur; importuna loquacitate auctiora fieri, quæ in hostes Pontificiorum, malignissime extenuari. Sic etiam multiplici ἀνιϛορησίᾳ nomina propria, & cognomina inuertit, imo peruertit, vt ex illis Vrbes, quæ nunquam fuere, vel sunt, de nouo exoriantur, & quæ somnians, & res male intelligens con-

confingit, calamo inconsideratissime displodat; sæpe etiam Hæreses suas Syropulo, alijsque appingat, vt est, omne ius vindicare sibi Imperatores Synodos congregandi. Non distinguit ἱερομονάχους, a cucullatis. Est præterea in exponendis aliorum cognominibus, & familijs infortunatissimus. Hinc illi Macres Longus est, Notaras Notarius, Philanthropenus Philanthropicus, Coressius Adolescens, Chrysocephalus Aureum caput, & Scriniarius, Dermocaita Dermocæta, Michelettus Zenus Michaël Chiensis, Charistenus Angarius, & Cursor publicus, Mammalas Mammalides, siue Philometor, Phacrassa Tribunus, Chortasmenos multa corporis aruina pinguis. Et quod permirum accidit, de nouo ipse, auctoritate nescio qua, alios atque alios in numerum Sanctorum collocat, qui neque in Græco, neque in Latino, neque in Reformatorum Calendario de nomine commemorantur. Sic Basus Patritius in S. Blasium abijt, Xanthopuli religiosi homines in Sanctos Xanthopulos, Monasterij nomen Calei a conditore in Sanctum Caleum. Multa etiam nomina non intellexit, vti τζόχα παπαδάρεια, καμουχένον, κοπέλιν. *Scriptus* alius a Theodoro Studita. Ritus consecrandi Patriarcham. Pag. 636.

LEO-

LEONIS ALLATII EXERCITATIONES

IN ROBERTI CREYGHTONI PRÆFATIONEM AD LECTOREM

De Syropuli Historia aduersus Concilium Florentinum.

EXERCITATIO I.

Propositum Allatij. Quæ in literas profitentibus desiderat Creyghtonus, literas profitentes in eodem requirere. Illius ἀνιστορησία de Chrysoloris. Impietas in Beatorum gloriam, quam cum portis Inferi componit. Ieiuna loquacitas de laudibus Syropuli, cuius insulsissime cognomen immutat in Sguropulum.

QVAS Robertus Creyghtonus in ipso operis limine *Dedicatione ad Regem Angliæ*, & *ad Lectorem Præfatione* in suos Reformatos pro sua summa dignitate Doctor Theologus labes, & turpitudines inurit, missas facio. Ipsi sibi prospiciant, & honori suo, & commodis consulant. Certe flagitia, quibus illos denormat, & scelera, quibus obligat, iam prorsus in populi animis inueterata, nulla perennitas eluet, neque obliterabit. Vidimus hac nostra ætate facinus, vel sola commemora-

tione deteſtandum: Eſtne hæc Reformatorum libertas? purioris doctrinæ ſanctitas? religionis Euangelicæ norma? Chriſtianæ pietatis rectitudo? Populos & vilem plebeculam principum capitibus ſupergerere, Principes humi deijcere,omnia libidini, & effrænatæ licentiæ concedere? Non ſunt iſti veræ religionis vindices, ſed politiæ tum ſecularis, tum Eccleſiaſticæ, morum etiam corruptores peſſimi. Verum cum hæc inſtituti mei non ſint, ſilentio inuoluantur, & Reformatis dedecora a Creyghtono aſperſa illis relinquantur.

Ad Græcorum vnionem cum Eccleſia Romana, quam vna cum ſuo Sguropulo, ſiue Syropulo Creyghtonus conuellere totis viribus deſudat, elaboratque,orationem conuertam: & ante alia propono, quæ ille ad Lectorem, dum inſcitos a literas profitentibus diſcernit, in medium affert, ſcribit ſiquidem; Pag. 1. *Literas profitentem religioſa decet integritas, ſimplexque voluntatis candor, vt quæ proferat, cenſuræ aliorum expendenda permittat, nec encomia captet, nec vituperia pertimeſcat. Quis enim vt leuem non merito redarguet, qui inania ſæpe crepat, vt populum permulceat, atque ita nominis exiſtimationem aucupatur, vt ſynceritatem ab inceptis ambitioſa vanitate propellat.* Hinc ſi probauero in Creyghtono, nullam fuiſſe religioſam integritatem, nullum voluntatis candorem, ſua aliorum cenſuræ non ſuppoſuiſſe, encomia captaſſe continuo, & vituperia, quamuis fingat ſe non pertimeſcere, ſemper pertimuiſſe, hiſce meis Exercitationibus, conſtabit omnibus, Creyghtonum, nullas literas incorrupte profiteri, vti leuem redargui, inania crepaſſe, & malis artibus nominis exiſtimationem captaſſe. Quinimo more ſtultorum piſciculorum cæca mentis libidine in naſſæ foramina pertractum fuiſſe. Idque vt perſpicias, Lector, Præfationem ipſius ad Lectorem examinabimus. Sic quantum illius literis tribuere debeas, in ipſo operis veſtibulo animo capies.

Pag.

Pag.2. *Te vero qui taceam, vel satis digno elogio prædicem, &c. Quid tuæ genti fieret in hac Florentina, fatidicus augurio præsagires.* Hic tu res gestas longissime diuersorum ad vnum inconsiderate trahis. Idque vt intelligas, tres Chrysoloras cognomine, eodem fere tempore fuisse scito, Manuelem, Demetrium, & Ioannem. Manuel, scriptore Paulo Iouio in Elogijs, post septingentos annos in Italiam Græcas literas reportauit, & Byzantio emissus a Ioanne Imperatore, Europæ Reges adiuit, pereunti Græciæ maturam opem imploraturus; sed Græcia præsenti metu liberata, quod Tamberlanus terror Orientis Baiezetem Ottomanum viuum cepisset, in Italia pedem sistit, & Venetijs primum, & mox Florentiæ, Romæq; ac demum vocante Galeatio Principe Ticini Græcarum literarum ingentibus præmijs studium excitauit, tanta felicitate, vt ex eius Schola summæ laudis ingenia prodierint. Inter quæ fuere Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Pallas de Noferi, Strozzius Franciscus, Guarinus Veronensis, Philelphus, & Poggius. Tu adde Nicolam Nicolum, Petrum Paulum Vergerium, Albertum Rubeum, Leonardum Iustinianum, Philippum Vgolinum, Ambrosium Camaldulensem, Andream Dominicum Florentinum, Antonium Corbinellum, Iannoctium Manettum, siue, vt eum vocat Leander Albertus, Iannettum Manettum. Postremo cum Constantiæ Synodus ad tollendum Pseudo-Pontificum controuersiam indicta, tanti spectaculi cupidum exciuisset. Constantiæ interijt, ibique tumulatus est, in Prædicatorum Monasterio ante Aram, cuius legitur hoc Epitaphium; *Manuel Chrysoloras Miles Constantinopolitanus ex vetusto genere Romanorum. Qui cum Constantino Imp. migrauit, Vir doctissimus, prudentissimus, optimus, qui tempore Generalis Concilij Constantiensis diem obijt ea existimatione, vt ab omnibus Sacerdotio dignus haberetur die xv. April. conditus est anno MCCCCXV.*

Ille ego, qui Latium priscas imitarier artes
Explosis docui sermone ambagibus, & qui
Eloquium magni Demosthenis, & Ciceronis
In lucem retuli Chrysoloras nomine notus,
Hic situs, emoriens peregrina sede quiesco.
Hic me Concilij deduxit cura, trium dum
Pontificum Ecclesiam vexaret schisma per orbem.
Roma meos genuit maiores, me bona tellus
Byzantina tulit, cineres Constantia seruat.
Quo moriare loco, nil refert. Vndique coelum
Poenarumque locus mensura distat eadem.

Notat Iouius, nulla opera præter artis Grammaticæ regulas grauioris doctrinæ monumenta reliquisse. Ego ipsius Comparationem Veteris & Nouæ Romæ, nec non Epistolas, alteram ad Ioannem Chrysoloram, alteram ad Demetrium Chrysoloram, Græce scriptas elegantissime, editasque in postrema Codini impressione de Antiquitatibus Constantinopolitanis: nec non Tractatum de processione Spiritus sancti contra Græcos breuem, sed satis acutum & solidum legi. Incipit; Ῥωμαίοις γράφων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φησίν.

Alius est Ioannes Chrysoloras, ad quem extant Epistolæ Manuelis Chrysoloræ, & Nicephori Gregoræ de Ecclipsibus solaribus; cuius illud est principium; Τὴν μὲν παροιμίαν, ἀεί τι Λιβύη, φάσκουσαν. An aliquid scripserit, clam me est. Et forte ille est, cuius meminit Georgius Phranza, non sine laude; quamuis addat, eum sententiarum Monachi Calabri sectatorem a Gregorio Palama fuisse oppressum lib. 1. cap. 12. *Quod Ioanni Chrysoloræ eadem sentienti, dicendique ac disputandi similiter bene perito perinde fecit.* Et supra de Calabro scripserat. *Persuasibilia verba, & nugas Calabri Palamas veluti aranearum telas discussisse.* Etsi quæ de Ioanne dicit Protouestiarius, ad Manuelem referat Iacobus Pontanus.

Ter-

Tertius est Demetrius Chrysoloras, cuius virtutem grata memoria prosecutus est tuus Syropulus sect. 2. cap. 7. quem ait cum Gudele sequestro, & Demetrio Angelo Philomate missum ab Imperatore Ioanne ad Synodum in Ecclesia Sanctorum Apostolorum coactam, vt partes Imperatoris tutaretur, & oppugnaret immunitatem Ecclesiasticam. Tu vero Manuelem Chrysoloram, quem Constantiæ mortuum asseris cum isto Demetrio Chrysolora, cui *augurium* appingis inconsiderate confundis, cum alium atque alium esse, ex tuo Syropulo addiscere poteras, Syropulus enim historiam vaticinij prolixe nimis prosequitur Sect. 3. cap. 8. Is enim in aduentu Despotæ Constantini e Peloponeso, cum exorta esset tempestas, in memoriam reuocat Vaticinium Demetrij Chrysoloræ, quod ille ante triginta annos prædixerat, Φιλόσοφος ὢν, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλος τυγχάνων τοῦ σοφοῦ βασιλέως κυρίου Μανουήλ. *Philosophus existens, & Astronomicæ scientiæ operam nauans, alio etiam nomine sapientis Imperatoris Manuelis pernecessarius*. Hic itaque Demetrius interrogatus, an aliquid sciret ex artis peritia circa futurum, respondit; septimum Palæologum initurum concordiam cum Latinis, & postmodum magnam calamitatem Christianis maxime exitiabilem futuram. Ο δὲ ἀνέφερεν, ὅτι εὗρεν, ὡς ὁ ἕβδομος Παλαιολόγος μέλλει ποιῆσαι τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἕνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι καὶ πολὺ κακὸν εἰς τοὺς χριστιανούς. Tu vertis pro tua integritate; *Reospndit, se reperire ex siderum concursu, septimum Palæologum initurum concordiam cum Latinis, & vnionem Ecclesiarum maxime perniciosam & Christianis omnibus detestandam*. Hic licet clamare cum Terentio; O *Iuppiter. tantam esse in animo Creyghtoni inscitiam ! Id quidem ego, etsi tu negas, certe scio, te inscientem, atque imprudentem dicere & facere omnia*. Demetrius dicit vnionem cum Latinis sub Palæologorum septimo, postmodum Christianis crucem malam maximam futuram, quæ alio atque alio, & sub diuersis Imperatoribus

euc-

euenere, vnio ſub Ioanne, fortuna aduerſa & miſera ſub Conſtantino: & tu vnioni & concordiæ peſtem atque perniciem appingis. *Initurum concordiam cum Latinis, & vnionem Eccleſiarum perniciòſam, & Chriſtianis omnibus deteſtandam*. Nimis nequiter. Quaſi vero ad calamitates, quæ Græciam, & Chriſtianum nomen oppreſſerunt, vt cum Comico loquar, feneſtram vnio patefecerit. Quod etiam ſi ita fuiſſet, hoc plane non aſſerit Syropulus, quem ipſe tibi reddendum bona fide ſuſceperas. Et alium eſſe Manuelem, alium Demetrium, ſi ſcripta eorum conſideraueris, certe fateberis. Manuel cauſam Pontificiorum ſcripto tutatur: Demetrius totus eſt in oppugnando. Indicaui ſupra Manuelis ſcriptum pro Latinis: nunc Demetrij accipe. ſcripſit pro D. Thoma Aquinate Demetrius Cydonius contra Nilum Cabaſilam, qui ante in D. Thomam acerbiſſime inuectus fuerat, Demetrius Chryſolora acriore aceto Dialogo in Cydonium aſperatur; P. Μέγας μὲν ὁ τῶν ὁμοφύλων καθ' ἡμῶν πόλεμος. Et alijs etiam ſcriptis in Pontificios debacchatur, altero Dialogo, cuius P. Τί δὲ τὸ κατηγορεῖν, ὦ Θεόδοσιε καὶ τίνες οἱ τούτῳ χρώμενοι. Item Tractatum ex libris Nili contra Latinos de proceſſione Spiritus ſancti. P. Ἀρχαία δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ. Legitur etiam ipſius in S. Martyrem Demetrium Laudatio non inelegans. P. Δημήτριε τὸ γλυκὺ πρᾶγμα, καὶ θαυμαστὸν ὄνομα. Edita etiam eſt eiuſdem Epiſtola ad Barlaamum Epiſcopum Giracenſem Latina, *qua ponens omnia dubia de proceſſione Spiritus Sancti, petit ab eo ſcire, per quas ipſe cogitationes ex opinando, quod ex ſolo Patre Spiritus Sanctus procedit, reuerſus eſt ad tenendum, quod etiam ex Filio procedit*, forte ab eodem Barlaamo Latina facta, mihi enim vſquedum Græcam videre non contigit. Epiſtolæ reſpondit ipſe Barlaamus, & legitur reſponſio in Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis. Legitur præterea ipſius alia ad Antonium Aſculanum Epiſtola dubitantem, Ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν κρεῖττον τοῦ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι καλὸν

καὶ αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη. P. Ἀπορῶντι σοι ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος κρεῖττον. Et tu Manuelem Chrysoloram, & Demetrium vnum facis, cum asseris Manuelem Chrysoloram *& cum dolore pari, quid tuæ genti fieret in hac Florentina, fatidicus augurio præsagires. Integerrimæ fidei inuictam firmitudinem, & in enunciandis historię momentis Syropulum, qui omnes etiam vetustissimos, quotquot Athenis & Romæ floruerunt, absque æmula contentione indubiam palmam omnibus præripuit*, sic Demetrium asserentem, parum tibi consulens, nec Syropuli verba excipiens, in ipso Præfationis limine in Manuelem ἀνιστορησίας fœdissimo errore immutas. Vis dicam? εἰ δὲ καθ' ἡμέραν ἀκούεις, αὐτὸν ἀσφαλῶς οὐ καταvοεῖς, πῶς ἂν ἃ μὴ φιλοτίμως εἴδεις, βέλτιον εἴποις. διὰ τί τοῦτο ἅπαντα ἐν τοῖς σοῖς συγγράμμασι, τὰ μὲν παραλογιζόμενος, τὰ δὲ σοφιζόμενος, τὰ μὲν ψευδόμενος φανερῶς, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἀναισχυντῶν τὴν τῶν χελιδόνων λαλιὰν παρῳδοῦντες.

Et sequenti pagina, cum primum multorum Græcorum fidelium ingenia celebrasses, subdis; *Saluete Heroicæ animæ, & excelsi Spiritus*, καὶ ἐν ἀΐδαο πύλησι, *vt Patroclum suum Achilles Homericus*. En religiosam Creyghtoni integritatem! Quis crederet eum Christianorum & fidelium animas, deque literis tum sacris tum profanis optime meritas, iubere saluas esse ἐν ἀΐδαο πύλησι, & quas, ne in illas magno ritu sacratissimas iniurius existimaretur, in cœlo esse, & visione beatifica perfrui, credere debebat, quasi in inferno & in illius pænis sepultas, ideoque collacrymandas, nec præter modum, pro eo quo est animi temperamento, ærumnis diuexando salutat, multis nominibus impius? Abnegat Christi doctrinam, profanam ex Homero sequitur. Commercio infami & votis omnibus deuitando associatur, & dum piarum animarum reuerentiam & cultum declinat, Diaboli iugo sese submittit. Et sacro ablutus esse, ad te enim Creyghtone orationem conuerto, Baptismate contendis? sunt nugacia ista tua efflorescentis elo-

eloquentiæ in ipso Præfationis limine dictamina. Videte religiosam integritatem, & vna simul iunctum candorem simplicem? Nescis fingere, candide edicis, habere te plus spei in Cerbero, & Rhadamantho, quam in Christo Crucifixo, & in Sanctis æuum sempiternum cum Christo agentibus. Dices, puto, nescire te, amore ne an odio digni habiti sunt. Quare ergo si nescis, adeo præcipiti confidentia in seruitutem Diaboli tantos viros adiudicas? Ita tibi licuisse contendes, quia vituperia non pertimescis: es enim homo inglorius, qui tui oblitus, eos post tres lineolas inter cœlicolas ponis, *Inter cœlicolas laureola, quam nulla ætas deteret, in candidissima luce perfruimini*. Non mirum. Tibi alijsque tui similibus,vnum sunt cœlum & Orcus, visio Dei & Diaboli consortium, gloria æterna & Acherusia templa: cui etiam idem sunt exporrecta domorum laquearia, & cælestis laureola. Non negabis id ex sublesta fide gentilismi esse, quocum tu arte & natura amice coniurasti.Cui non nota sunt Plautina illa,*Limen superum, inferumque salue*. Vis dicam? si cælestis laureola, qua Heroes isti tui perfruuntur, in portis Inferi perennat, & illi atque *cœlum Brentij*, teste locuplete Petro Martyre apud Meliorem Adamum, *nullo in loco sunt*: & beatitudo illorum, quam sermonibus celebras, vna cum Christo, Diua Virgine, Petro, Paulo, Theseo, Aristide, Catone, Numa, in perpetuum cum Diabolo manebit, *sic aperte fateris*, verba sunt Luteri *contra Paradisum Zuinglij, quod sentis nullam esse fidem, nullum Christianismum, si enim Scipio & Numa Pompilius, qui fuerunt Idolatræ, salui sunt, cur oportuit Christum mori? aut quorsum opus est baptizari Christianos, aut doceri Christum?* I tu modo & defende,infideles sine Christo olim fuisse saluatos, hodieque saluari, & fideles sanguine Christi redemptos etiam si in gratia obierint, *in portis inferi inter Cœlicolas cœlesti laureola, quam nulla ætas deteret, in candidissima luce perfrui*, & nos ex vano in Christo Crucifixo spem ponere.

nere.

nere. Et nihilominus simili dicacitate in rebus fidei potissimis Creyghtonus decertat, & ludit.

Tum profiteris candorem animi, & nihilominus nullo in numero homo, & minorum gentium Pædotriba, tuæ vilitatis oblitus, tantis hominibus te comparabilem facis. Illi & literis & moribus præclarissimi, si eiecti propria patria in summa mendicitate vixere, digni habiti sunt, quorum malis indoleretur, quia videbantur quodammodo non pati pro dignitate, & non pro meritis obrui. Tu vero comparabilis es in ærumnis, quia doctrina & virtute longe longeque plurimum inferior, non is videris, cuius commiserandum sit infortunium. Non æquum itaque est, terminos transilire, & a rebus aliorum aduersis ad eorum virtutes & in genus humanum bene merita transcendere. Insulse proinde infers; infortunia Caij & Titij consimilia fuere, ergo virtutes quoque. Ni tu squalorem vilissimi gurgustij tui ad exporrecta eorum laquearia conferas. Iam enim tu quoq; fateris. Pag. 3. *Quamquam si vera virtutis ratio, aut eruditionis ineunda sit, tam infra excellentiæ vestræ immensitatem subsido, quam exporrecta domorum laquearia, quas nunc incolitis squalorem vilissimi gurgustij mei transcendunt.*

Noxam tam diræ dictionis nequaquam attenuabit illud Theodori Prodromi Monodia in Constantinum Hagiotheodoritum de eodem; Ὁ δὲ ἄρα θειότερος καὶ οὐράνιος ἐν οὐρανῷ μετὰ τῆς καλλίστης γέγηθεν Ἥβης. *At hic diuinus & cœlestis in cœlo cum pulcherrima Hebe lætitia exultat.* Errauerit Prodromus: neque enim Prodromi causam tutor. Ego, quæ probat populus Christianus, exempla, non quæ condemnat, sequor, & a viris, rebusque probatissimis sumo. An quia Theodorus nugas egit, tibi quoque nugas agere licere credis? Esto. Et id est, quod ego assumo, te nugas & deteriori modo egisse. Ille siquidem suum Heroa, quoquo tibi videtur modo, in cœlo collocat, tu tuos ad portas Inferi demandas. Nec aduertis miselle, eodem temporis momento, simul & sancta-

ctitatem & religionem tollere, quibus sublatis perturbationem vitæ, & magnam confusionem sequi necesse est, cum, quos ob probitatem morum in cœlum euehere conaris, in Tartari, inferique portas detrudis. Et poteris ne vnquam tu, qui illis associaris, respirare, vnquam acquiescere, cum tibi semper Orcus obuersetur in animo, & opinio certa de tua damnatione continuo mentem excruciet? An non verum fuerit, vt quisque contemptissimus, & maximo sibi ludibrio est, ita solutissima improbitate esse, & gloriam, pro qua factus est, & sanguinem Christi, quo redemptus est, non agnoscere, nec animo complecti? Quantus porro sit tuus ille simplex voluntatis candor, ex infra expediendis satis patebit. Quodsi arcana religionis Christianæ mysteria ludicra tibi sunt, & aniles fabulæ, ideoque cum profanis permisces, te cautiorem reddere poterat Theophylactus Simocata lib. 2. histor. cap. 6. de generosissimo illo milite edisserens; Ἐπεὶ δὲ τὸ βέλος τὸ ἐπιθανάτιον τῆς πλευρᾶς ὑπεξῄρετο, συνεξορμᾷ ἡ μεγάλη ἐκείνη καὶ γεννικωτάτη τοῦ ἀριστέως ψυχὴ, εἴπω ἐπὶ τὸ Ἠλύσιον ποιητικῶς, ἐπειγομένη ἀφικέσθαι χωρίον; ἀλλ' αἰσχύνομαι μύθῳ περιπλακίζειν τὸ τῶν θριάμβων ἀξίωμα. *Vbi telum mortiferum latere extractum est, anima illa magna, & generosissima viri fortissimi, simul iter solicitat, dicam ne ad campos Elysios, vt Poëtæ loquuntur, properans deuenire? sed eius triumphi claritatem pudor est fabulis eleuare.*

EXERCITATIO II.

Pessime Constantinopolitanorum Patriarcharum initia sub Andrea Apostolo poni Ecclesiarchæ dignitas examinatur, & an in eo gradu fuerit, in quo eam Creyghtonus collocat. In Constantinopolitana vrbe duplex Officiorum, & Dignitatum genus. In catalogis officiorum Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Ecclesiarcham inter inferiores ordines figi. Sacellarium diuersum esse ab Ecclesiar-

siarcha. Qui prima Pentadis Quinqueviri Cruciferi dicantur. Insulse a Creyghtono comparari Crucigeros Constantinopolitanos Cardinalibus Pontificijs.

NEC *te in tanta illustrium patriotarum recensione obliuioni decet tradi, ò magne Ecclesiarcha Siluester Sgyropule. inter purpuratos proceres sacri Senatus eximie patritie, & Concilij Patriarchalis sublime decus!* Hinc in laudes Ecclesiarchæ effunderis adeo, vt nullum illi parem inuenias, nec dignitate, vel doctrina, vel ciuili prudentia, vel fide, vel scriptorum elegantia maiorem. Id si ex animo dicis, iam candor ille simplex, quem profiteris, euanuit, cum firmissima asseueratione enuncies, & nulli dicta tua expendenda permittas. *Magne Ecclesiarcha.* Nunc primum ex te disco Creyghtone, magnum ministerio, atque officio, magnum quoque & doctrina & prudentia, & cæteris rebus esse, sed cum non ipse solus magnus sit, sed alij quoque in eadem Pentade, non dum video, quare hoc *magnum* in tuo Sgyropulo permirum tibi accidit. Eodem siquidem modo, quo Sgyropulus magnus est, ita & Sceuophylax, & Chartophylax magni sunt: & in ipsa Pentade non præponitur, sed quarto loco digeritur, quasi iam prius nominatis depressior. Et quamuis in Pentade locum occupauerit quartum, forte ob defectum aliorum, attamen in Catalogis ex Bibliotheca Regia, alijsque collectis a doctissimo Goare, non in prima, neque in secunda; in aliis etiam extra dictas Pentades reijcitur, vt hinc arguas, Lector, ad extollendum hunc suum Ecclesiarcham, specioso hoc *magni* nomine, vana Creyghtoni commenta. Ab hinc illa somnia; *Purpurati Patres, sacer Senatus, eximius Patritius, & Concilij Patriarchalis sublime decus*, & submolesta molimina. Scio Officia hæc Ecclesiæ, siue Ministeria non vnius dignitatis fuisse, sed in ijs suprema, media, & infima, nec omnia semper in eadem conditione & ordine stetisse, sed alio at-

quæ alio tempore nutu Patriarcharum, vt in rebus humanis fit, immutata, locum confuso ordine variasse. Et quod erat obscurioris conditionis, in nobiliorem gradum fecisse, & contra. Quod magno Ecclesiarchæ contigisse ex ijsdem Catalogis manifestum est. Citrius Reponf. 8. Τὸ δὲ τοῦ Πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον ἐν τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. *Protecdici officium cum primis temporibus ex inferiorum numero foret, sequentibus deinde inter eminentiora locum occupauit, iussu beati exitus Patriarchæ Constantinopolitani Georgij Xiphilini*. Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses; Ταῦτα δὲ τὰ ἱερὰ λειτουργήματα ἐν ἱερωμένοις ὀφείλουσιν εἶναι διακόνοις τε καὶ πρεσβυτέροις, καὶ οὐκ ἐν αἱρέσι κοσμικοῖς, καὶ μὴ ἱερωσύνην ἔχουσιν, ὅτι ἱερὰ ταῦτα, καὶ διὰ σφραγῖδος ἀρχιερατικῆς, καὶ χάριτος πνευματικῆς ἐνεργούμενα. καὶ τοὺς μὴ κεκτημένους χειροτονίαν, οὐ δεῖ λαμβάνειν αὐτὰ, ὡς ἐν τῇ μητροπόλει Τραπεζουντίων ἐνεργεῖται. παρὰ τὴν τάξιν γὰρ τοῦτο. καὶ μᾶλλον ὅτι πλεῖστα τῶν ὀφφικίων τούτων καὶ πολλῶν ἱερέων προΐστανται· καὶ οὐδ' ὅλως χρὴ ἱερωμένου τινὸς ἀχειροτόνητον προΐστασθαι. *Hæc vero sacra ministeria Sacris ordinibus debent attribui, Diaconis nempe, Presbyteris, & non secularibus, ijsque, qui nondum Sacris ordinati sunt, quod Sacra illa & sigillo Præsulum, & gratia Spiritali conferantur. Et ab illis, qui ordinationi subacti non sunt, non debent accipi, vt in Metropolitana Trapezuntina Ecclesia in vsu est. Hoc enim præter scita, statutaq; Ecclesiæ fit. Et ea potissimum de causa quod pleraq; ex his officijs multis presbyteris anteponuntur. Tandemque prorsus, nemo, qui in Sacris ordinatus non sit, ordinatis anteponendus est*. Non ergo vnus erat in Ecclesia Græca conferendi hæc officia modus, & quamuis hic vel ille modus conuenientior putaretur, attamen in Ecclesia, vt dominantibus placebat, quemadmodum & in illis constituendis, conferendis, augendis, imminuendis, commutandisque alius atque alius obseruabatur. Eiusdem Ecclesiarchæ si munia bene consideres, non ea sunt, vt tantum splendo-

dorem nominis mereantur. Quem *Deus ipse designasse videretur, vt ex vniuersis, quotquot Synodum Florentinam adierint, septingentis Patribus, tu solus eiusdem historia posterorum secula locupletaris.* Deerant scilicet omnipotenti Deo ex Adamica illa prima prole in humano genere capita, quæ succollare possent similis scriptionis genus, si Sgyropulus iste in re præsenti non adfuisset, quem Deus nouo molimine designaret, *Vt ex vniuersis, quotquot Synodum Florentinam adierint, septingentis Patribus, solus sua historia posterorum secula locupletaret.* Omnes nempe, etiam seruorum venalium grex, & gulæ magistri, & reliqua seruituti nata multitudo, & virtute bellica clari, quibus stipabatur Imperator, literis instructissimi, & stylo exercitatissimi Ferrariam conuenerunt, qui mira sagacissimi ingenij dexteritate in abditissima mysteria penetrare, & Florentinæ Synodi enarratione possent posterorum secula locupletare, inter quos solus vnus à Deo electus est Sgyropulus, qui opus perficeret. Et quomodo solus? cum & collega illius alter acta illius Synodi scripto, & satis fuse, superuacaneis contentionibus priuatis omissis, prudentius tradiderit Græcè, & apud Pontificios Andreas Sancta-Crucius, & Gualterus Hunte Anglus, professione Carmelita magni nominis Vir, qui vniuersæ Angliæ nomine missus ad Synodum, Ferrariæ primum, ac post Florentiæ habitam, ibi proprijs oculis lustrauit omnia, descripsitque acta, quæ tamen ego non dum vidi.

Pag. 3. *Tam sancto patriæ religionis, & veritatis tuendæ studio, vt ei fidem omnem deesse necessum sit, qui tuis integerrimis narrationibus detractum iuerit.* Admitterem testimonium tuum, si tua mihi fides suspecta non esset. Nunc quia te, sicut etiam alias sæpiissime, inimicum Pontificijs experior, non credo, quia res est contra Pontificios, quorum causam subuertêre pertinaci contentione, & variis adiunctis mendaciorum siluis ille laborat. Cui neque tu, si animo inte-

teger es; fidem adhibeas; cum peioribus te exemplis discruciet. Ille siquidem Ecclesiæ traditiones etiam non scriptas amplectitur: Sanctorum imagines, & lipsana veneratur: transubstantiationem ex pane & vino in verum corpus & sanguinem admittit, quod Cruci affixum est, & effusum, eaque mandere & bibere confitetur, & sexcenta alia, ne singula recenseam, quæ Ecclesia Græca eodem, quo & Pontificij, modo cognoscit: & tandem processionem Spiritus sancti ex solo Patre. Tu vero contra omnia ludos facis, & Spiritum ex vtroque, si tamen aliorum Nouatorum semitam sequeris, procedere asseris. Et is, qui aduersus te tot pugnantia loquitur, & suis narrationibus tot arma conuertit, & ab antiqua veraque doctrina te defecisse demonstrat, te iudice ac censore, religionis patriæ, & veritatis studiosus, non tibi persuadebit, vt diuulsis errorum tenebris, & nouo exemplo introductis opinionibus reiectis, ad portum te ab omni periculo tutum, & extra quem ex vano spem salutis habueris, recipias. Quod si tu diuino hoc Heroi fidem non adhibes, temere alios adhortaris, vt illius fidem sequantur, adeo *vt ei fidem omnem deesse necessum sit, qui illius narrationibus detractum iuerit*. I præ tu, adcredito; & nos postmodum illius fidem sequemur. Sin minus, te & illum vti nebulones, & singulari nequitia præditos, & vestras narrationes, & fidem repudiabimus.

Et cum ferrum tuum nunc, etiam si nolis, in igne est, age sis enuncia, vnde expiscatus es tantam in tuo Sgyropulo fidem? Vnus est hic Ecclesiarcha harum narrationum Græcarum auctor, vnus est & Concilij Ferrariensis ac Florentini iam sæpius editi scriptor: si conueniunt, frustra incumbis in Sgyropuli fide locupletanda: si non conueniunt, quis tibi in aurem dixit, vera Sgyropulum, primum editum falsa narrare? Vterque est ex tuis Cardinalibus, purpuratus, & conditionis non absimilis, vnus Pontificijs vtcumq; fauet, alius est Pontificijs hostis infensissimus. Tu credis ho-

hosti, non credis amico; & quia hic in Pontificios insolenter atque impudenter debacchatur, fidem demeretur, qui non laudat, sed, vt res sese habuit, narrat, reijcitur. Et est ne tuus ille candor simplex, quem profiteris? Hariolaris, & non ex extorum inspectione, sed inferiorum & fæculentorum intestinorum mala auguraris, perfide, quod nec ipse negas, cum scribis; *Fas mihi sit de vtroque, quantum vel coniectura hariolari, vel certa scientia assequi potuerim, conuerso ad Lectorem sermone, vt primitus occeperam, pauca præfari.* De dignitate magni Ecclesiarchæ dicemus alibi.

Sic quæ infra hariolaris de cognomine Sgyropuli, nulla certa fide efferuntur, sed sua inanitate ruunt, vti & quæ supra attulisti ad comparandam Sgyropulo fidem. Siluestri nomen illi impositum scribis, *ad continuandam forsan Siluestri Pontificis Romani memoriam, qui Constantinum magnum, carum Græcis Latinisque caput, religione Christiana primus imbuit, quamuis ad ea tempora Constantinopolis suis Patriarchis non carebat, ab Apostolo Andræa, & Stachi, vt Roma a Petro, & Clemente succedentibus.* Esto. ex Siluestri Romani Pontificis nomine sub Constantino caro Græcis Latinisq; capite, nomen Siluestri in Græcia inualuerit. Exceptio illa de Patriarchis Constantinopolitanis ex peruerso tuo, & incomposito ingenio est. Ne enim videreris, in Ecclesia Romana solum Pontifices summos concedere, quibus vniuersalis Ecclesiæ cura a Christo demandata fuerat; ideoque Patriarcha Constantinopolitanus posteriori satu prognatus minor haberetur, ab Andrea primo Apostolo & Stachi eorum ortum, sed stolidissime, deriuas. Quis in historijs vel minimum versatus, vno excepto Creyghtono id asseruerit? Græci omnes etiam ex schismate tradunt, Byzantium post triennalem obsidionem rerum necessariarum inopia in potestatem Seueri Imperatoris venisse, a quo mœnibus solo æquatis, iuribusq; suis viduatum, & imperium illius ad Perinthios delatum fuisse: indeque postmodum Metropo-

litæ

litæ Heracleæ, quæ Perinthus eſt, Byzantinum Epiſcopum ad tempora Conſtantini magni obnoxium dicunt, quod anno vigeſimo in Patriarchatum euectum, a poteſtate Heracleenſis auulſum fuiſſe, ſeruata auctoritate Heracleenſi, vt Patriarcha Conſtantinopolitanus a nullo alio, quam ab Heracleenſi conſecraretur, quæ conſtanter vſque dum perdurat ita, vt cum aliquando Patriarcha Conſtantinopolitanus, vacante Heracleenſi, ab alio conſecratus fuiſſet, dignitas Patriarchalis in controuerſia poſita fuerit. Vide noſtram de hoc argumento diſputationem lib. 1. de Conſenſione perpetua cap. 15. Iſthinc colligas, te in hiſtoria Eccleſiaſtica plane ieiunum eſſe. Ad alia properantem me inhibere non poſſum, quin paululum te Creyghtone iocoſe rideam, quando feſtiue perfaceteque omnia diſſoluis. Age dicito, ſed preſſe. Scribis hic; *Quamuis ad ea tempora* Conſtantini, *Conſtantinopolis ſuis Patriarchis non carebat, ab Apoſtolo Andræa & Stachi, vt Romæ à Petro & Clemente ſuccedentibus*. Mente hæc memori recole. Et infra pag. 22. *Et ſicut ciuile Græcorum Imperium à Conſtantino primo ad Conſtantinum vltimum, noſtri Ioannis fratrem, perdurauit; ita a Metrophane ad Metrophanem Patriarchale, & Eccleſiaſticum. Magnus enimvero Conſtantinus cum Licinnium bello perſequeretur, inuenit Byzantij Metrophanem Domitij filium, Probi Imperatoris nepotem viceſimum tertium ab Apoſtolo Andræa Patriarcham, à quo ſupra mille & centum annos continuata ſucceſſio Patriarcharum deſijt in hunc vltimum Cyzici Metrophanem*. Hæc quoque tua ſunt. Sicut enim a Conſtantino primo ad Conſtantinum poſtremum Imperiale, vt aſſimilis ratio ſit, ita debuit à Metrophane primo ad Metrophanem Cyzicenum poſtremum Patriarcham Patriarchale faſtigium perdurare. Sin minus, conſideratio iſta tua nihili eſt, & plane ridicula. Debuit ergo ab Andrea primo Patriarcha in Andream definiri, quod factum non eſt, cum poſtremus Patriarcha per te fuerit Metrophanes & non Andreas; & ſi deſijt in Metrophane,


ne, non eodem nomine, quo cepit Patriarchatus, terminatus eſt: cum te auctore Metrophanes primus non ſit, ſed Andreas; Namque ſcribis, *ad tempora Conſtantini Conſtantinopolim ſuis Patriarchis non caruiſſe ab Apoſtolo Andræa & Stachi, vt Romæ a Petro & Clemente ſuccedentibus*. Quare vel nega, Metrophanem primum fuiſſe Patriarcham, cum viceſimus tertius ab Andrea numeretur, & tum alluſio nominis cadet: vel ſi id non inficiaris, pernega vel inuitus, Andream & Stachim Patriarchas fuiſſe. Et tum plane perſpicies, Conſtantinopolitano Patriarcha multo eſſe antiquiorem Romanum, & multo Romano Conſtantinopolitanum recentiorem. Et deinceps collige, quæ de Metrophane hic adnectis, vt videaris aliquid boare, ridiculoſiſſima eſſe excogitata, & mera tuæ imaginationis ληρολογήματα: & potiſſimum cum nec iſte tuus Metrophanes poſtremus ſit inter Patriarchas Conſtantinopolitanos, & in expugnatione Vrbis per Mahometem facta non cenſeatur, multos annos ante demortuus, vt infra videbimus. *Qui Conſtantinum magnum carum Græcis Latiniſq; caput religione Chriſtiana primus imbuit*. Te ergo auctore Conſtantinus magnus Romæ a Silueſtro Romano Pontifice ſacro lauacro ablutus eſt. Liceat ergo mihi cum Cicerone pro M. Cœlio exclamare. *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile ſe per ſeipſam defendat*, cum hac vice ab ſacerrimo veritatis hoſte, eoque perinuito, hoc exculptum ſit, Conſtantinum magnum a Silueſtro ſacro lauacro tinctum eſſe. Non puto dictum retexet, dixiſſe ſe Chriſtiana religione imbutum, non ſacro lauacro ablutum, nempe a Silueſtro catechumenum factum, ſalutare ſibi lauacrum ad extremum vitæ finem diſtuliſſe, quod fuſiſſime, & ſolidiſſime reiectum ab alijs, non eſt quod orationis noſtræ curſum impediat.

Pag. 3. *Nec te in tanta tuorum illuſtrium Patriotarum recenſione obliuioni decet tradi, ò magne Eccleſiarcha, Sgyropule, inter*

purpuratos proceres sacri Senatus eximie Patritie & Concilij Patriarchalis sublime decus. De laudibus Sgyropuli, quas hic subnectit Creyghtonus, infra dicemus, quam immerito falsoque illi tribuantur : nunc de cognomine pauca, vt quantus sit in eruditione Creyghtonus, inspiciatur. Ecclesiarchæ Patriarchali in Florentina Synodo Siluestro nomen fuisse nemo dubitauerit. De Cognomine perquam fatue hariolatur Creyghtonus, & in Sgyropulum immutat, cum Syropulus sit. De vocabulis σγουρὸς, & σγουρότης & eorum significatione multa insulsissime garrit. Certum est, nomen hoc tempore in Græcia familiæ nomen designare, & legitur inter Epistolas Theodori Gazæ vna vel altera ad Demetrium Sguropulum, & alibi. Sed quid hoc ad Siluestrum, qui Syropulus est. Pag. 6. *Hic liber auctorem Magnum Ecclesiarcham venditat, qui in subscriptionibus ad definitionem publicæ pacis inter Ecclesias sancitæ Siluester Sguropulus nominatur*. De cognomine falsum est: ibi enim *Syropulus* scribitur, non *Sguropulus*, vt quicunque non orbus luminibus videre poterit, tum in editis & publicatis, tum in Manuscriptis Codicibus, vbicunque & cuicunque obuijs: & in vna propria manu vnitorum omnium subscripta Definitione, quæ in hunc diem in Archiuo Florentiæ conseruatur, & altera in Archiuo Castri S. Angeli Romæ, *Syropulus* intuentibus obijcitur vt infra. Præterea in Epistola ad Boëmos inter Boëmorum scriptores Græce, & Latine hic idem Siluester *Syropulus* subscribitur. Et in Apologia, siue Anaphora Præsulum, & aliorum de Synodo Florentina in subscriptione eodem modo *Syropulus* est, & non *Sguropulus*, quod ex tuis male conceptis somnijs, subscriptionibus *Syropulum* insinuantibus, quas vti corruptas antea reieceras, captione pessima appingis. Anaphora legitur in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani Cod. 229. pag. 173. Et tandem Dorotheus Metropolita Monembasiensis in Synopsi Historiarum pag. χα'. Syropulum appellat. Et vt tandem tricas

nar-

narrare deſinas, en Syropuli ipſius ſubſcriptionis manu Syropuli exaratæ typũ idiographum ad amuſſim expreſſum.



Hinc corrigendus eſt Andreas Sancta-Crucius collat. 22. apud Iuſtinianum, in quo Syropulus iſte Siſopolus ſubſcribitur errore amanuenſium. Poteras itaque labori tuo parcere Creyghtone, nec in re adeo inſulſa ineptaque nugipolyloquides eſſe. Quid enim refert, ſi Silueſter iſte, ſiue Syropulus, ſiue Sguropulus ſit, & tanta pullorum congeries, & indigeſtus rerum aceruus, ne Silueſter *Syrus puſillus præmonſtretur, vel nanus in Syria progeneratus, quemadmodum de Marſilio Ficino, qui ad ſemihominis ſtaturam vix aſſurgeret,* ridenda plane ſimilitudine, narrant. Mirum, te non iunxiſſe ad Ficinum ex Eunapio Alypium in dialecticis exercitatiſſimum, corpuſculo exiguo admodum, pauloq; Pygmæi maiore, & quod inſpiciebatur corpus, in dubium vertebatur, anima ne, an ſpiritus eſſet, adeo vt quod corruptioni obnoxium erat, nihil adoleuerit, & in diuinam quandam naturam conſummatum fuerit. Vt igitur magnus ille Plato diuina corpora, ait, diuerſa eſſe ab ijs, quæ ſunt animis circumfuſa, ita quiſpiam dixerit, etiam illum in animam immigraſſe, & detineri poſſiderique velut a Deo. Neque opus eſt, licet Syropulum ſcribas, *vt ad Syros genus illius, aut de commercijs illius cum gentibus vltra Libanum* quæſtiones inter eruditos exerceas; & licet *inter alios auctores nuſquam Syropulum inueneris,* an is eſt Syropulus, vir ſummæ apud te fidei, qui fidem apud te demereri non valeat, vt Syropulus ſit, qui ſe Syropulum alio, atque alio tempore occaſione oblata vocat, & ſuis ſubſcriptionibus

iuratus testatur? Sed non reperisti *apud alios auctores Syropulum, sed Sguropulum*. Ergo Syropulus non est. Omnes ne, qui in hac vita fuerunt, suo nomine cognomineq; commemorati apud Auctores, quos legeris, adinueniendi sunt? Sin minus, non fuerunt? Sed inuenisti Sguropulum. Ergo Sguropulus est, quia Syropulus *pulo* terminatur. Quare non erit propterea, & Harmenopulus, qui referat genus suum ad Armenos, ex Xanthopulus, qui ad Xanthum fluuium, & Camateropulus qui ad Camateros, & Comitopulus, qui ad Comitem Chalcomatopulus ad quem extant epistolæ Maximi Planudis, ad Chalcomatem, Spanopulus ad Spanũ, Sergopulus ad Sergum, & Saponopulus, ad quem tot extant Gregorij Cyprij Patriarchæ Constantinopolitani Epistolæ, ad Saponem. Tandem coniectio tua de Amanuensibus in transcribendo, & Typographis in edendo inanis argutia est. Pag. 6. *Inter Epistolas Planudis vna fert titulum* Τῷ Σγουροπούλῳ Κυρίῳ Δημητρίῳ, *& apud Phranzem Chronicon 3. cap. 25. quidam Palæologus sic cognominatur. In lib. Turcogr. extat Epistola Oecumenico Patriarchæ, cuius inter subscribentes a sinistro latere nomen* σγουρὸς *occurrit, ab aduerso* σγουρόπουλος, *vterque Georgius*. Et satis ne sanus esse dicetur Creyghtonus. Crebra est apud Scriptores Harmenopuli mentio. Ergo Siluester iste Harmenopulus est. Vti a mentione Sguropuli Siluestrum hunc tuum Sguropulum, quare non ex Harmenopuli quoque mentione Harmenopulum facis? Quid vetat, vnum quempiam eodem tempore cognominis Syropuli esse, & alium Sguropuli? Si sunt in nominibus sæpe numero non admodum differentibus similes homines, quare non & in cognominibus erunt? Cum repereris Isidorum, quia Theodorum in alio, atque alio Auctore quærendo inuestigas, arbitratu tuo Isidorum in Theodorum inuitis licet Musis, & obnitente veritate commuta. O quantum sibi tribuit inertia cum proiecta proteruitate coniuncta! Lepidum sane inuentum, dignumque, quod

inter

inter Guidonis Panciroli *noua reperta* inſeratur, Henrici Salmuthij commentarijs illuſtrandum. Facilior ſiquidem vocis Syropuli intelligentia eſt, quam Sguropuli, pro cuius captu tu tot verborum ambages inſumis, & quæ de G & E hariolaris, & mutatione Syropuli in Sguropulum, gerrę prorſum, & vacillantis, & multa præſumentis ingenij ſunt. Quare quidquid tu garrias, auctor Operis, ſi tamen eſt, Syropulus erit, non Sguropulus. poſſem & alia producere, ſed tædet ineptiarum.

Et quando reliqua omnia deficerent, in ruborem te totum dabit, mutumque reddet Ducas in Hiſtoria Byzantina cap. 31. qui Doctores omnes, & alicuius æſtimationis Viris commemorans, qui interfuerunt Concilio, Eccleſiarchæ tui nullam mentionem habet, tantũ abeſt, vt honorificam fecerit: quod non feciſſet, ſi eximius etiam ille inter reliquos fuiſſet, cum Chartophylacis vnius ex tuis purpuratis habuerit. Ὁ Ἐφέσου Μάρκος ἐν ἑλληνικοῖς μαθήμασιν, καὶ ὅροις τῶν ἁγίων συνόδων κανὼν καὶ στάθμη ἀπαρέκβατος. ὁ Βησσαρίων Νικαίας, καὶ ὁ Ῥωσίας Ἰσίδωρος. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ λογιώτεροι τῶν ἀρχιερέων. καὶ μέγας χαρτοφύλαξ ὁ Βαλσαμὼν, καὶ Ἀρχιδιάκονος. ἀπὸ δὲ τῆς συγκλήτου ὁ Γεμιστὸς ἐκ Λακεδαιμονίας, Γεώργιος ὁ Σχολάριος, καὶ καθολικὸς κριτὴς, καὶ Ἀργυρόπουλος. *Marcus Epheſi Metropolita in Græcis diſciplinis, atque ſacrarum Synodorum decretis canon ipſe, & ſtatera inuariabilis, Beſſarion Nicęę, & Iſidorus Ruſſiæ Metrapolita. Hi inter cęteros Archipræſules doctiſſimi erant: etiamque magnus Chartophylax Balſamo. Ex Senatoribus aderant Gemiſtus Lacedamonius, Georgius Scholarius, & vniuerſalis Iudex, & Agyropulus.* Propterea verba tua de illo inflata, & canoras nugas omittere poteras. Quis enim æquo animo ferret, ex te de homine, cuius nec vmbram aliorum teſtimonio noueras, ea eſtari, quæ nec de literatorũ principe, & vſu rerum callidiſſimo eloquereris? Pag. 3. *Inter purpuratos proceres eximia Patritie, & Cõcilij Patriarchalis ſublime decus. Ex vniuerſis quotquot Synodũ Florentinam adierint,*

rint, septingentis Patribus, tu solus eiusdem historia posterorum secula locupletaris. Ei fidem omnem deesse necessum est, qui tuis integerrimis narrationibus detractum iuerit. Tam sublime dignitatis culmen conscenderis, & ex solis quinque vnus ad sanctiora Consilia Patriarchæ adscitus. Ad hæc in sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorij Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arcta necessitudine coniunctus, vt eidem abesse pro piaculo duceretur. Late per longa parentum stemmata in tam sublimem apicem caput exereret, seu propria virtute niteretur. Et sexcenta alia, quæ Lector sine stomacho non percurrerit.

Nescius præterea es. Pag. 6. *Quæ antra Triphonij quæ Cimmeriorum cauernæ tam diutinum latitandi præsidium exhibuere? Præsertim cum a Græcia in seruitutem redacta, tot eruditissimorum hominum indefessi labores, abditissima quæque scrinia, hactenus imperuia penetrarint, eruerintque cuncta historiarum monumenta, non minus fausta ad posteritatem indagine, quam Columbus aut Magellanes nouos orbes aperuere.* Si cuncta historiarum monumenta eruditissimi homines eruere fausta ad posteritatem indagine, hoc vero ad tempora Creyghtoni latuit, clarum est, ab eruditissimis illis data opera vti rem leuem & nullius momenti, neglectum, & vti infaustum & posteritati exitiosum iudicatum fuisse: ideoque inter antra Trophonij occultasse, & Cimmeriorum cauernis seclusum a communi luce addixisse potius, noluisseque oculis hominum monstrum adeo impium concredere. Et sic illi non aliorum contemptu, sed prudenter ac circumspecte ad generis humani vtilitatem viam sibi strauerunt ad laudem non solum occultando, sed concidendo. Vtinam flammis vniuersum concremassent.

Amplius Ecclesiarchæ dignitas peruestigetur. Scribis; Pag. 6. *Aut qua prensatione tam sublime culmen dignitatis conscenderit, vt e solis quinque vnus ad sanctiora consilia Patriarchæ adscisceretur, pro comperto dicere non habeo.* Hic plane laudandus est candor tuus: neque enim pudet fateri te nescire,

quod nescias. De Syropuli siquidem parentibus, & præceptoribus in densis tenebris obuolutis nihil te audere pronunciare fateris. Elegans sane dictum. Cæteri narrant, quæ sciunt; tu nouo atque inaudito scribendi genere scribis, quæ nescis. Ita chartas somnijs opples, & dum scriptor esse conaris, hariolum induis, & similibus hariolationibus posteritatem demereris. *Ad hæc in sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorij Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arcta necessitudine coniunctus, vt eidem abesse pro piaculo duceretur, seu per longa parentum stemmata in tam sublimem apicem primitus caput exereret, seu propria virtute niteretur, quis expediet?* Ecclesiarchæ tantum dignitatis culmen, & sublimis apex expendatur. In Constantinopolitana vrbe postquam illa & maiestate Imperiali, & dignitate Patriarchali effulserat, dignitates & officia, alia erant Palatij, alia Ecclesiæ. Palatij dicebantur δεσποτικὰ, & in illis constituti δεσποτικοὶ ἄρχοντες, Ecclesiæ ἐκκλησιαστικὰ, & eorum tractatores ἐκκλησιαστικοὶ ἄρχοντες. Palatina alij extricent, quemadmodum & Ecclesiastica omnia. Nos de Ecclesiarchę præeminentia quædam insinuabimus. Ecclesiastica itaque pro nutu Patriarcharum non semel atque iterum, sed sæpius de statu suo, & ordine dimota sunt, & munia etiam variarunt, vt in eorum alijs, atque alijs Catalogis cernitur. Qui primum locum obtinebant πρώτου *Primi* additione, inferiores & primo obnoxij, *Secundi*, inferiores simplici muneris nomine præsignabantur. Primum & antiquiori æuo nulla quinarij diuisione censebantur, sed dextera, atque sinistra Patriarchæ manu: Maioris enim dignitatis dexteræ, minoris sinistræ Patriarchæ assidebant: inter quos si Ecclesiarcham quæras, nusquam dextera assedentem, sed sinistra, tertium post Archipresbyterum, vt inferiorem. Si in Pentades, seu Quinarios diuisos, vt postea factum est, consideres, apud Codinum in quinta Pentade secundus censetur, vt in Vaticanis &

Re-

Regijs manuſcriptis, & editis, & in Matthæo Hiero-Monacho; *ὁ πρίμπτης ἄρχων τῶν μονῶν, ἄρχων ἐκκλησιῶν τε. In quinto quinario eſt Præpoſitus Monaſteriorum, & Prępoſitus Eccleſiarum* Adde etiam in Synodo ſub Manuele Imperatore coacta de eo, quod Chriſtus pronunciauerat; *Pater maior me eſt*, in ſubſcriptionibus poſt Oeconomum, Sceuophylacem, Sacellarium, Charthophylacem, Caſtrinſium, Referendarium, memorialium ſcribam, ſacrorum ſuggeſtorem, eum qui a Genibus, & eum qui a memoria: ſubſcribit, *ὁ πρῶτος ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν Θεόδωρος. Primus præſes Eccleſiarum Theodorus*. Vnde ergo eſt hoc tuum tam amplum *ſublime culmen dignitatis, & ſacri ſenatus principatus, & ſublimis Eccleſiarchæ apex*, vel ſaltem eorum imago, vel veſtigium? Per te, qui tranſuertis hominum conſilia ad bene regendam Rempublicam Chriſtianam conſtituta, & veluti herbas, arboreſque tranſplantas, &, qua libet, ſubſeris, inferioris dignitatis munus ad eminentius tranſuehis, pedes atque veſtigia in apicem, culmen, & caput transformantur. O caput defatigatum, atque exſiccatum! Nec potuit tam breui tempore tanta officiorum commutatio fieri, vt pedes atque veſtigia propulſato capite in caput ipſa aſſurgerent, niſi cerebelli tui fœcunditate procreſcerent. Et hoc ſub ſidere pullulauit hic embryo, tantus fœtus, *vnigenitus & ſingularis*: ſed ipſe de ſuo ſimilia monſtra progignit, & venditat. Ergo Creyghtonus merito leuitatis redarguetur, eodemmet ipſo cenſore; *Quis enim vt leuem non merito redarguet, qui inania ſemper crepat, vt populum permulceat, atque ita nominis exiſtimationem aucupatur?*

Adde etiam Syropulum, qui tantum ſibi plaudit, & tanta mole curarum opprimitur, tantamq; ſibi ſuper alios auctoritatem attribuit, vt accerſitus in conſultationibus ad vota ferenda, ire recuſet, & nonniſi poſtea multis comprecationibus adactus, quaſi inuitus accedat, & vt tu latras ac reboas, *Inter purpuratos proceres ſacri Senatus eximius Patri-*

tius,

tius; & Concilij Patriarchalis sublime decus, & qui mira sagacissimi ingenij dexteritate in abditissima mysteria penetrabat, & qui quæ ipse viderat, ac fecerat, memoriæ temporum fideliter commendauit. Inter acta Concilij Florentini licet ignotus lateat, in antris Trophonijs, & Cimmerijs cauernis occlusus, nec de nomine quidem nisi vnica tantum sua subscriptione internoscitur. Et qui tam sancto patriæ Religionis, & veritatis tuendæ studio, eodemmet Scriptore, tot egerat, in eodem Concilio, non nisi vnica ad Summum Pontificem legatione cum Nicæno, Russiensi, & Chartophylace pro concludenda vnione, quam tantundem insectabatur, apparet. Figmenta ergo illa sunt, atque offuciæ, quæ infra narras. Pag. 11. *Ad hæc in Sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorij Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arcta consuetudine coniunctus, vt eidem abesse pro piaculo duceretur: seu per longa parentum stemmata in tam sublimem apicem primitus caput exereret, seu propria virtute niteretur.* Sed hæc & similia ex Historia Syropuli libat Greyghtonus. Non quid stolide libat Creyghtonus, sed quæ vera sunt, quæritur. Sed esto. Referat eadem de se Syropulus. Neque Allatius, neque alij cordati viri Syropulo de se monstra, & portenta loquenti credunt.

Scriptor Historiæ Concilij Florentini iam editi, & nouæ huius Historiæ Auctor in eodem dignitatis gradu Cruciferorum collocantur. Syropulus omnibus consultationibus adest, noua semper ad veritatem conuellendam, & subsequenter vnionem meditatur, & fingit: antiqua editio, licet omnia Consistoria, & consultationes, vbi opus est, prosequatur, de Syropuli gestis nec verbum quidem, vt diximus. Creyghtonus credit Syropulo, qui de se multa ampullatur, qua ratione id agat, non expedit. Id vero agit, quia Syropulus vnionis hostis inficetissimus est, & omnium gentium odia, si fieri posset, æque atque Creyghtonus in Romanum Pontificem conuertere

D studet.

ſtudet. Sed hæc ratio neque Syropulum fideliorem, neque cui plus credi debeat, facit, quinimo apud oculatos ad omnia viros fidem illius minuit, & perfidiæ violatæ veritatis ſuſpectiorem reddit. Ideoque, ſi verbis illius inſiſtendum eſſet, neque ille indolem magnorum moliminum capacem, neque ſcientiam rerum, nec pectus Chriſtianæ pietatis imbutum Sacramentis geſtauit, nec in negotiorum vehementiſſimo æſtu firmis inſtitit veſtigijs, & in his promulgandis apud poſteros tanto famæ ſuæ vulnere velificatus fuiſſet, etiam patrono Creyghtono: ſed de his infra fuſius.

Non dices puto, eundem eſſe Sacellarium, & Eccleſiarcham, nominaque confundi: illis tamen Eccleſiarcham deſignari, vt tuo Eccleſiarchæ locum quartum in prima Pentade præfinias, & illius mentionem habeas. Obſtat ſiquidem ἄρχων ἐκκλησιῶν, *Præfectus Eccleſiarum*, in ijſdem Catalogis poſt tot alios collocatus. Sin minus, bis eiuſdem dignitatis nomen repeteretur, quod in vnica pagella aſſerere, eſſet merum ſtuporem, & memoriam ſcriptorum intermortuam digito monſtrare, quod a tuo candore remotiſſimum exiſtimo. Neque hic ex arena funem tibi nectit Simeon Theſſalonicenſis, Vir apprime doctus, & in rebus Eccleſiaſticis poſteriorum temporum ἀπαράβλητος, cui in ſimilibus neque tu, qui omnia audes, contradixeris. Is Dialogo contra Hæreſes Eccleſiaſticarum dignitatum Catalogum texens, & miniſteria primæ Pentadis vti præcipua recenſens, nullum in illis Eccleſiarcham agnoſcit, tum ea, quæ inferioris dignationis ſunt, exponens, neque inter illa Eccleſiarchæ commeminit. Hinc argui poteſt Eccleſiarchæ dignitatem inter contemptiſſimas habuiſſe. En habe verba; Τῶν λοιπῶν ἐν διαφόροις διακονήμασιν τοῖς λεγομένοις Ὀφφικίοις, λειτουργίας κεκτημένων ἐκκλησιαστικάς, ὧν καὶ τάξεις εἰσὶ καὶ ὑπηρεσίας διάφοροι· καὶ ὁ μὲν αὐτῶν Οἰκονόμος χειροτονεῖται τῶν κτημάτων τε καὶ προσό-

σόδων, καὶ τῶν διαδιδομένων ἑκάστῳ ποιούμενος πρόνοιαν. δεῖ γὰρ καὶ περὶ τούτων φροντίζειν εἰς λυσιτέλειαν τοῦ κοινοῦ, καὶ σύστασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν. καὶ μαρτυρεῖ ἡ οἰκονομία Στεφάνου, καὶ τῶν λοιπῶν Διακόνων ἐξυπηρετουμένων μὲν, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ τῷ κηρύγματι, ὡς Στέφανός τε καὶ Φίλιππος. ἀλλὰ καὶ ταῖς χρείαις, καὶ ταῖς τραπέζαις τῶν ἀδελφῶν. ὁ δὲ τῶν ἱερῶν μονῶν ἐπιμελεῖται καὶ ἐν αὐταῖς, καὶ τὰ τούτων, ὡς δυνατὸν, ἐξετάζει. ὁ δὲ φυλάσσει τὰ σκεύη, καὶ τῶν ἱερῶν προνοεῖται, καὶ τὰ τῶν ὕμνων, καὶ τοῦ λαοῦ εὐτακτεῖ. καὶ τῶν ἱεραρχικῶν ἐνδυμάτων, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων ἱερῶν κέκτηται τὴν φροντίδα. ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων ἐπιστατεῖ, καὶ εὐτακτεῖ τούτους, καὶ ἀνερευνᾷ τὰ περὶ αὐτῶν, προσαγομένους τε ἐξετάζει, καὶ πρὸς τὸ ἱερᾶσθαι προσάγει, καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως φροντίζει γίνεσθαι· τὰ τῶν ἐπισκόπων τε, καὶ τὰ τῶν κρίσεων ἐξυπηρετῶν διοικεῖ μετὰ γνώμης τοῦ Ἱεράρχου, καὶ τὰ ὑπομνήματα φυλάσσει, καὶ χεὶρ ὅλως ἐστὶ τῷ ἀρχιερεῖ δεξιά. ὁ μετὰ τοῦτον δὲ τὰ τῶν εὐαγῶν οἴκων τῶν κατὰ τὴν πόλιν διερευνᾷ, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἐπιμελεῖται εὐταξίας, καὶ μᾶλλον τῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τε καὶ τῷ βήματι, μή ποτέ τι παρὰ τὸ δέον εἴη γινόμενον, ἢ τὰ ἱερὰ ἀμελῆται. ἕτερος δὲ πάλιν τοὺς ἐπιστρέφοντας ἐξ ἀρνήσεως δέχεσθαι τάξιν ἔχει. καὶ τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς ἐκδικεῖν νόμους, τοὺς φόνῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ἁμαρτήματι περιπίπτοντας ἐξετάζων, καὶ ὅσα ὑπὸ βοηθείας αὐτῶν καὶ σωτηρίας διενεργεῖ, οἳ καὶ ἐξαιρέτως χειροτονοῦνται κεῖται τὸ θεῖον λαμβάνοντες εὐαγγέλιον. ὃ τὸ μεῖζον ἐγχείρημα. καὶ ἐγγίζουσι τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ πρῶτοι αὐτοῦ τυγχάνουσιν ὑπουργοί. ἕτεροι εἰσὶ πλεῖστοι, ἄλλος ἄλλην ἱερὰν λειτουργίαν λαμβάνοντες, οἱ πάντες οὐχ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐνεργοῦσιν, ἀλλὰ χάριν λαμβάνοντες πνεύματος, ἵνα καὶ τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ ἱεράρχου, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, καὶ τὴν ἔνδοσιν, καὶ τὴν εὐχὴν πρὸς τὸ ἐνεργεῖν διὰ τῆς χάριτος ἔχουσιν. ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τοῦτό ἐστιν, ὡς καὶ περὶ Βαρνάβα καὶ Παύλου γέγραπται, ὅτι προσευξάμενοι οἱ Ἀπόστολοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἀπέστειλαν· διὸ καὶ ἐνταῦθα χειροτονίαι γίνονται, πλὴν ἔξωθεν, καὶ οὐκ ἐν τῷ βήματι. ἐντὸς μὲν γὰρ τοῦ βήματος, ὡς εἰρήκαμεν, τρεῖς χειροτονίαι γίνονται μόνον, Διακόνου, καὶ Πρεσβυτέρου, καὶ Ἐπισκόπου. ἐν οἷς καὶ τὸ, Ἡ θεία χάρις, διὰ τὸ τέλειον τοῦ χαρίσματος, τότε ὁ ἀρχιερεὺς λέγει, ὅτε καὶ τελεωτέρα ἡ χειροτονία ἐστί,

καθολική τε καὶ ἡ μερική. Reliquorum in diuersis ministerijs, quæ Officia nuncupantur, munia Ecclesiastica obeuntium, varij ordines sunt, & ministeria. Et hic quidem Oeconomus ordinatur, & possessionum, atque introituum; & eorum, quæ singulis dispensantur, curam gerit: namque horum quoque ob publicam commoditatem, & rerum Ecclesiasticarum conseruationem cura habenda est. Idemque Stephani, Philippi, & aliorum Diaconorum ministrantium in doctrina, & prædicatione, sed & in necessitatibus, & mensis fratrum œconomia. Hic in sacrorum Monasteriorum administratione vitam ponit, & res eorum, vti fieri potest, defendit, & in illis conseruandis euigilat. Alius conseruat vasa, & rebus sacris consulit, & hymnos ordinat, & populum via, ac ratione procedere cogit: & vestimentorum Pontificiorum, & aliorum sacrorum vasorum curam gerit. Alius Presbyteris præest, & in ordinem cogit, & eorum consilia expostulat, & ordinandos examinat, & consecrandos consecrantibus offert; &, quæ nuptias respiciunt, mandat; & quæ sunt Episcoporum, & litium inseruiendo disponit ex consilio Præsulis, & Commentaria conseruat, & tandem manus est dextera Præsulis. Qui post hos sequitur, sacrarum ædium, quæ in Vrbe sunt, res disquirit, & vt recto ordine procedant, procurat, & potissimum ea, quæ in altari, & Bemate, ne quid præter decorem, & æquum fiat, & res sacræ negligantur, incumbit. Alteri item eos, qui ex abiuratione fidei in Ecclesiam reducuntur, amplecti, cura demandata est, & sacras diuinasque leges inuiolatas seruare, homicidio, & sceleribus coinquinatos examinare, & omnia in eorum auxilium, & salutem operari, qui præcipue creantur Iudices, diuinum assumentes Euangelium, quæ potissima est eorum executio; & proximi sunt Pontifici, & primi illius administri. Sunt alij perquam plurimi, alius aliud ministerium exercens, qui omnes non simpliciter, & vt sors tulerit, operam impendunt, sed gratiam spiritalem accipiunt, vt & benedictionem ab Hierarcha, & sanctificationem, & facultatem, & orationem ad efficiendum opus per gratiam; quod Apostolorum traditione tenemus, vt de Paulo, & Barnaba scriptum est, orantes

nempe

nempe Apostolos illis manus imposuisse, delegasseque ad opus. Qua propter & hic ordinationes fiunt, extra tamen, & non in Bemate. In Bemate siquidem ipso tres tantum ordinationes, vt diximus, perficiuntur, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, in quibus enunciatur, Diuina gratia, propter absolutam perfectamque gratiam a Pontifice: cum & perfectior ordinatio peragitur, & vniuersalis, & non particularis.

Pag. 11. *Enimuero cum quinque tantum in omni Græcia initiati sacris viri Ecclesiastici Crucis figuram ornamenti causa, & distinctionis honorariæ vestibus adsutam portarent, dicti ob id peculiari nomine Crucigeri, vt nonnulli hodie in Hispania equites Aurati, ac Rhodienses ante iugum Turcicum, qui Patriarchæ in assiduis consultationibus assiderent, secretorum omnium participes, noster in eo principali cœtu quartus locum obtinuit.* Perridiculum est, quod ais, Crucigeros Crucem vestibus adsutam deportasse, vt equites Auratos in Hispania, aut Rhodienses ante iugum Turcicum; nam equites Aurati, & Rhodienses, nunc Melitenses, qui in locum Rhodiensium immigrarunt, Crucem vestibus adsutam ante pectus, Crucigeri Patriarchales super pileum, vti & Patriarcha ipse, deferunt. An pectus, & caput in homine, & vestis, & pileus in indumentis idem sunt Creyghtono? Non moror. *Rhodienses ante iugum Turcicum.* Quasi vero post iugum Turcicum non portent. Plane pupulus es. Cernis, sed non discernis, vti asinus in speculo. Portant ergo nunc quoque, si oculi mei, quod ante eos obuersatur, vident, nec in sole caligant. *Ante iugum Turcicum.* Hoc tempore non gemunt sub illo iugo, & licet Rhodus in potestate Turcarum sit, Equites nemini mancipati, & arbitrio suo omnia agentes, Turcam ipsum grauiter vrunt, & illius seruitio subiectos in famulatum miserum captos deducunt. *Crucis figuram ornamenti causa vestibus adsutam portant.* Dicto hoc tuo licet proteruo Pontificijs non noces. Verum est, Crucem portant, non ornamenti cau-

ti cau-

ti causa, sed distinctionis honorariæ. Quare vero causam potissimam taces? Ideo deferre, quia vti veri Christiani salutem suam atque redemptionem ex ea agnoscunt, & propterea eadem ipsa ratione, qua & Christum ipsum, qui in ea pependit, venerantur, & colunt, in infortunijs atque ærumnis sibi salutarem, propitiam, atque auxiliarem sperantes adfuturam. Sic ante oculos in pectore, sed menti cordique infixam deferunt, semper parati pro illius cultu, & propugnatione, quandocumque occasio se tulerit, vitam ponere. Hoc tu taces, & ad ornamenta confugis. An illi mulierculæ sunt nondum virum expertæ, qui ornamentis quæsitis amatores sibi conciliant? Sint tibi ornamento, qui extra Ecclesiam es, Christianæ pietatis insignia. Illi suæ pietatis, & in Deum Christianorum cultus signa manifesto degerunt. Sic etiam Græcorum Crucigeri super caput, vti in homine locum honoratiorem Crucem gerunt. Dicito sodus, an qui amplitudine officij magnus est, idem est, & magnitudine meritorum conspicuus? Quasi vero ad dignitates, in Græcia non nisi promeriti euehantur, & decernantur officia, & semper sint Lusciniæ coruis honoratiores, & detur omnibus, quod tu supra innueras; Pag. 6. *Quod & Adriano eius nominis sexto Pontifici Maximo, qui plerisque Cardinalibus ignotus, & vmbra otij literarij delitescens absque vel ambitione sua, vel alieno adminiculo ad papatum ab vltimo Cantabriæ ore peruolauit.*

Tum veluti Christiana sacra expuijsses, in gentilismum conuersus loqueris, Pag. 6. *Paucos præterea charitate Dij superi amplectuntur, & promouent, & pro beatissimis habendi sunt, quos Numina in medio cursu non destituunt, aut non conijciunt in ea infausta tempora, quibus iustos homines expetiscere est ad certissimum ruinam iter præcipitare.* Deus vnus tibi, *Dij superi*, &, *Numina*, & non semper de humano genere merentes bene, sed sæpe sæpius hominibus etiam probatissimis noxij, quibus agendæ sunt gratiæ, si non noceant,

ceant, vel in medio cursu non destituant. Plane Dij similes inferi sunt, quibus offerebant Ethnici sacrificia, tantum ne nocerent. Et Deum optimum, & maximum causam malorum facis, impie? Sed ad hos tuos Crucigeros reuertamur. Pag. 12. *Nec enim huius rubræ Crucis in Constantinopolitana rubri pilei gestamine in Romana multum abludebat. Quinqueuir Patriarchalis a Cardinale Pontificio.* Tantus stupor Creyghtoni, cum nullis legibus, & nullis iudicijs frænari possit, ferro & fune a ceruicibus suis repellendus est. Inter Crucem, & Crucem, siue ea Constantinopolitana sit, siue Romana, dissimilitudinem esse nemo nisi fatuus affirmauerit. Siquidem linea lineam medio perscindens tam Constantinopolitanis, quam Pontificijs Crux est: parique cultu Crucem dominicam referens colitur ab vtrisque. Quas Cruces supra vestibus adsutas somniaueras, nunc rubras; nec multum illas abludere a rubri pilei gestamine in Romana Ecclesia, & quinqueuiros Patriarchales non absimiles a Cardinalibus, scribis. Et sic iam Pithecium Leonibus simile est. Tanta rerum cæcitas in Creyghtono constipatur. Dignitas Cardinalium super alias emicat, Quinqueuirorum Patriarchalium infra Presbyterorum succumbit: Balsamon tuus, quem pro te laudas. Μόνοι γὰρ οἱ ἀξιωθέντες ἀρχοντικίων Ἐκκλησιαστικῶν παρὰ τοῦ Πατριάρχου πρὸ τῶν ἱερέων κάθηνται. γίνεται δὲ τοῦτο παραλόγως. ὁ γὰρ κατὰ καιρὸν Χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας προκάθηται ἐν ταῖς ἔξω τῆς Συνόδου συνάξεσιν οὐ μόνον τῶν ἱερέων ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχιερέων ἀπὸ προστάξεως τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως Κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. *Solum enim ij, qui a Patriarcha officijs Ecclesiasticis digni habiti sunt, sedent ante Sacerdotes. Fit autem, & hoc præter omnem rationem. At is, qui nunc est Sanctissimæ Ecclesiæ Chartophylax in Congregationibus, quæ sunt extra synodum, sedet non solum ante Sacerdotes, sed etiam ante Pontifices ex constitutione inclyti Imperatoris D. Alexij Comneni.* Solutus est legibus Chartophylax

lax

lax in sessione indulto Imperatoris Alexij, sed in Congregationibus, quæ sunt extra synodum. Cardinales in Romana Ecclesia a solo Romano Pontifice creati, non solum in Romana Diœcesi, sed in alijs vbicunque gentium prouincijs sint, non pileo rubro, sed sua dignitate collucēt, & auctoritate etiam apud Reges, & Imperatores conspicui sunt. Quinqueuiri extra vrbem Byzantium in multis numerantur, & alga viliores sunt. Et tu ex solo rubræ Crucis gestamine cum Cardinalibus Pontificijs corponis.

Vna Romana Ecclesia est, quæ Cardinales ea circumuestit dignitate, maiestateque, vt nec filij Regum, nec sanguine illis coniuncti in eorum numero collocari non dedignentur, imo vt id assequantur, orant, &, vt ita dicam, suppliciter postulant, & multa solicitudine procurantes tandem extorquent. Sed vnde nam habes, crucem illam rubram fuisse? Balsamom, quem tu laudas, vocat χρυσῆν τιάραν. Tibi τιάρα Crux est, χρυσῆ rubra, & cum Cruce Cardinalium insulse admodum comparas, qua tradis *Scriniarium caput redimire solitum*, eodem Balsamone referente. Non negabis hic, si frontis integræ es, Balsamonis verba Græca non lectitasse, sed interpretis, a quo tantus homo deceptus es. Vel si dicas legisse, iam edico, non intellexisti. Hinc quilibet arguerit, Creyghtonum linguam Græcam ita callere, vt quæ in ea scripta sunt, præpostero, imo contrario modo intelligat. Et vide. Balsamo post Constantini decretum de Priuilegijs Papæ, notat vi illius edicti, siue iussionis ius habere Romanum Pontificem Imperatorijs priuilegijs, vna excepta corona, fruendi, & Papæ Romani priuilegia secundam Synodum vniuersalem Patriarchæ Constantinopolitano concessisse, & Cerularium Michaëlem, & nonnullos alios conatos fuisse ea sibi arrogare, sed inani conatu. Disce ergo ex Balsamone Canonem illum secundæ synodi de priuilegijs Constantinopolitano concessis, ante

& post

& poſt Cerularium vſu non fuiſſe receptum. Hinc ad Clericos Conſtantinopolitanos ſermonem conuerſus aſſeritque ſic eos dignitatibus honorari non eſſe vetitum: ſed eas quoque, vti & Patriarchæ priuilegia, ad ſua tempora eſſe mancas, & mutilas, & quaſi ſemiputatas. Quod probat exemplo Chartophylacis, qui eſt vnus ex Cardinalibus Conſtantinopolitanis, cuius ius erat, ex eodem Decreto Conſtantini, in die feſto Sanctorum Notariorum equitandi equum Patriarchalem cum albo linteamine. En verba; Τιμᾶσθαι δὲ διὰ ἀξιωμάτων τοὺς Κληρικοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐ κεκώλυται. πλὴν καὶ ταῦτα κεκολοβωμένα εἰσίν. ὁ δὲ κατὰ καιροὺς Χαρτοφύλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἰνδίκτου δικαιοῦται καβαλικεύειν κατὰ τὴν λιτὴν τῶν ἁγίων Νοταρίων τὸ Πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. ἔδει δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ὡς Καρδηναλίου Πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν Χαρτοφυλακίῳ ἀπόκειται. *Clericos autem Conſtantinopolitanos dignitatibus honorari non eſt vetitum, ſed ea quoque ſunt mutila: Ius autem habet ex hoc edicto Chartophylax equitandi in feſto Sanctorum Notariorum equum Patriarchalem cum albo linteamine. Oporteret etiam eius caput, vt pote Patriarchales Caddenarij tegi aurea tiara, quæ etiam in Chartophylacio ſita eſt.* Si oportebat, & ſuo iure non exciderat, aurea tiara vti, quæ erat in Chartophylacio repoſita, ergo eo tempore illa non vtebatur. Vnde ergo tu elicis ex Balſamone, in quibuſdam ſacris ſolemnibus aurea corona redimire caput ſolitum? An qui redimire debet caput, caput redimire apud te ſolitus eſt? Si eo tempore ius illi erat redimire caput, & redimiebat, & eo ipſo modo, quo cætera ſua iura vſurpabat, certe dignitas illius non fuiſſet manca, neque mutila. Et quando iam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ iura, vt Romanæ parem aut ſuperiorem oſtendas, euanido ſemper eloquio Conſtantinopolitanam effers, factum eſt, vt λιτὴ τῶν ἁγίων Νοταρίων, quædam ſacra ſolemnia euaſerint.

Sed hisce tuis ineptijs aliam quoque Balsamonis eodem ipso loco superaddito. Subdit Balsamon, Patriarcham Alexandrinum sua ætate ex edicto Constantini ius habere, vt cum Phrygio celebret; & causam apponit, quod Cyrillus Alexandrinus tempore Ephesinæ Synodi aduersus Nestorium celebratæ facultatem hanc habuerit. Cum enim Celestinus adesse Ephesi, & iudicare Nestorium non posset, visum est, vt S. Cyrillo a Celestino huic synodo præsidere permitteretur; vt itaque constaret eum ius habere, & auctoritatem Papæ; sedit cum Phrygio, & condemnauit Nestorium. Facultatem ergo non habuit ex edicto Constantini, sed ex mero decreto Romani, vt præesset synodo, tanquam locumtenens Romani, & sic condemnaret Nestorium Hæreticum. Sed Romanus id perpetrandi habuit a Constantino, & facultatem sibi a Constantino traditam communicauit Cyrillo. Ais tu? Negant Pontificij, qui decretum illud Constantini confictum esse tradunt. Qua enim ratione tradidit Constantinus Romano, quæ ipse non habebat? Res Ecclesiasticæ ad Ecclesiasticos pertinent, non ad seculares, etiam si Imperatoria maiestate præfulgeant. Sed de his opportuniori loco.

Reuertamur rursus ad ea, in quibus insistimus; Pag. 12. *Nec enim huius rubræ Crucis in Constantinopolitana a rubri pilei gestamine in Romana multum abludebat, quinqueuir Patriarchalis a Cardinale Pontificio*. Iam formica camelus factus est, culex elephas, limus mons aureus, & rana luscinia. *Cardinalis Patriarchalis non multum abludit a Pontificio*. Et est frons? & est pudor? Inter ne doctos, & rerum humanarum, ac diuinarum peritos sermocinaris, & das sine mente sonos, an cum sciolis, & qui nondum solem viderunt? Cardinales Pontificij per totum terrarum orbem, in ea dignitate renident, auctoritate perillustres, existimatione conspicui, ab omnibus nationibus, ne singulas

gulas

gulas recitem, in honore, eoque maximo habiti: Patriarchales isti tui sunt tantummodo Patriarchæ Constantinopolitani, & extra illius Dioecesim inglorij, male ominati, infortunio ipso infortunatiores, nulli; cum Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, singuli Metropolitæ, & minores Episcopi in suis Dioecesibus hos Quinqueuiros, & alios officiales habeant.

Tu interim Romanorum cultum, & honorem, & amplitudinem facile transiens, ad antiquitatis incertas latebras sermonem conuertis; Pag. 12. *Et si prioritatis prærogatiua spectaretur, ordinis Constantinopolitani eminentiam, & antiquitas collati muneris, & numeri paucitas præferendam commonstrarent: Siquidem ante Innocentium Quartum in Lugdunensi prima purpurei galeri honos nomini est adtributus, & exinde catalogus Cardinalium ad Papæ nutum quotannis creuit. At Constantinopoli a primis Ecclesiæ fundamentis illud senatoriæ dignitatis culmen effulsit, in sacro semper Quinario comprehensum.* Et quid erit desipere, si hoc non est? Byzantium antequam in Constantinopolim assurgeret, & Patriarchæ dignitate insigniretur, Episcopus simplex, licet haberet suos Clericos, & officiales, non tamen ij fuerunt, vt Cardinalibus Pontificijs adæquarentur, cum eo tempore Romanus suos haberet, sed eminentioris amplitudinis, cum & Romanus amplitudine reliquos alios omnes superaret. Quod si ea ratione, qua tu contendis, dignitas antiquitate acquiritur, iam aliorum Episcopatuum Quinqueuiri ipsis Constantinopolitanis pares essent, & dignitate, & cultu, quod eodem cum illis tempore originem suam agnoscunt. Interim tu antiquitatem, & muneris eminentiam non probas. Nec numeri paucitas dignitatem adauget, neque imminuit, sed munus ipsum, atque fastigium. *Siquidem ante Innocentium in Lugdunensi prima purpurei galeri honos nemini est adtributus.* Esto. Quid tum? Ergo Cardinalibus Pontificijs præ-

poni debent Cardinales Patriarchales Constantinopolitani. Ita argutatur Creyghtonus. Quasi vero galerus rubeus creet, consecretque Cardinales, & si rubeus non esset, neque essent Cardinales. Neque galerus, neque indumentum faciunt Reges, & Principes, sed ipsa auctoritas, & dignitas, & Dominij culmen. Et nomen Cardinalis purum putum Latinum est a Cardine, in quo ianua innixa sustinetur, postmodum quoquo versum mouetur, non leui indicio, primum cum dignitate ipsa apud Latinos enatum in Græcos deriuasse, & Græcos ipsos, cum ad similitudinem Latinorum sua conformarent, ne in dignitatibus inferiores viderentur, vti dignitatem, ita nomen quoque arrogasse. Quod si inter Græcos a primis Ecclesiæ illius fundamentis primordia sua dignitas habuisset, nomen sibi non a Latino, sed a Græco vindicasset. Quid enim apud Græcos Καρδδηνάλιος notat? Dicito tu, qui tantum tibi in Græcis atque Latinis præsumis. Non deriuabis puto a Græco κάδος, vel κάδδος, quod est cadus, dolium, amphora, metreta, vas vinarium. Hoc nominis decus trahe ad alios: Græcis, qui pensant sacra sua, & multi pretij deputant, simile nefas transfundendum non est. *Et inde catalogus Cardinalium ad Papæ nutum quotannis creuit*. Ergo Constantinopolitani Romanis præstantiores sunt: & nihilominus Constantinopolitani ad nutum Patriarchæ, atque Imperatorum singulis horis creuerunt, & decreuerunt, & locum, in quo nati sunt, & in quo quisque initio sui ortus constitutus est, immutarunt.

Quare cum hæc scriberes, ad ea, quæ infra refers ex Balsamone, animum non adiecisti, de Protecdico allecto a Patriarcha Xiphilino? Pag. 12. *Et Antiochenus Patriarcha Iuris Orient. lib. 7. a nostrorum Synodalium appellationibus variat, quinarium tamen ad amussim retinet, & a Magno Oeconomo exorsus numerare, in nostri officium desinit, idem tum forte*

cum

cum Sacellio: Verum in huius Synodi temporibus relicto domi Oeconomo ad dispensanda Ecclesiæ necessaria, cum reliqui in Italiam iter adornarent, Sacellarius secundus ordine in primum locum subrepsit, noster vltimus in quartum, Protecdicus in vltimum. Iam omnis dubitatio sublata est, & nutu Patriarchali non immutantur, neque crescunt, neque decrescunt Cardinales in Constantinopolitana Ecclesia. Pag. 13. *In nostri officium definit, idem tum forte cum Sacellio. Nec forte Codinus. Sed vterque supernumerarium, & accensum posuisse videtur, cum insularum auctoritate pari, vt quinarium, si qua occasione repentina minueretur, numerum suppleret.* Ergo occasione nata minui poterat quinarius numerus, & ab alio inserto suppleri. Et hoc non erit ad Patriarchæ nutum officia immutari, & crescere? Et quoniam Balsamonis auctoritati tantundem defert Creyghtonus, eumque tantum deputat, vt de hisce rebus fidem illi non admodum moleste adhibeat, ex hoc eodem loco, quem laudat, vestigemus, quid Balsamo de statu, & firmitate officiorum edisserat. Ipse de Chartophylacis sessione in publicis congressibus tractans, Alexij Comneni Imperatoris constitutionem præscribit, in qua illa sunt; Chartophylacis priuilegium de sessione illius in congressibus extra sanctum Bema imminutum fuisse a Præsulibus narrat, cum illi contenderent, negarentque sessionem ante Pontifices, quæ illi longo temporum interuallo approbata fuerat, & a prioribus Patriarchis, & Præsulibus. Hinc Imperator decernit, nihil esse immutandum, restituitque Chartophylaci priuilegium, quod antea possidebat. Tum sic, Chartophylax prisco æuo ex præscripto Canonum sedebat ante Sacerdotes, & Præsules in congressibus extra Bema, hoc illi priuilegium vti absonum imminuitur a Præsulibus, postmodum restituitur ab Alexio Comneno. Ergo in Ecclesia Constantinopolitana ad nutum Pontificum, Imperatorum, & Patriarcharum Officia

loco

loco ſuo dimouentur, atque labefactantur, vti in Eccleſia Romana numerus Cardinalium: neque enim hæc infrangibilia ſunt, ſi tamen tenet, quod refert Balſamo dicto loco.

Pag. 12. *Nullus vnquam Cardinalis Pontificius præcinctam auro criſtam vexit*. Inſano etiam reſpondendum, ne ſapere ſibi videatur. Auri ſplendor dat dignitatem, & Eccleſiarchæ Creyghtoniani caput galea auro confecta circumcingit, non item Cardinalium. In pileo Eccleſiarchæ fuerit textile cum ſerico aurum. An non hoc idem eſt, quod in pilei Cardinalium ruga præcingitur? Quare cum ſcribis, nullum vnquam Cardinalem Pontificium præcinctam auro criſtam vehere, nugas agis, cum pileum, & biretum in criſtam conuertis. Pag. 12. *Et quamuis alter Balſamon noſtro Scriniario ducentis ad minimum annis antiquior, & ipſe quondam eiuſdem Eccleſiæ Scriniarius Magnus, & Antiochenus Patriarcha*. Chartophylax hic Balſamo, qui Concilio interfuit, a Theodoro, qui in Canones Commentarios edidit diuerſus. Sed quo tempore vixerit ſenior, non eſt vna omnium ſententia, & rem noſtram parum attingit. Ipſe in Præfatione operis in Nomocanonem Photij, videtur ſcribere ſub Manuele, & Michaele Cerulario, alij eum ſub Iſaacio quarto, & Georgio Xiphilino, alij alijs temporibus reponunt.

Præterea, plures ſuperſunt Synodi Conſtantinopolitanæ aduerſus recens exortas Hæreſes, nec non male ſanas aliorum opiniones, in quas conuenere Metropolitæ Epiſcopi, & Patriarchalis Curiæ officialium pars potior, & decretis earum ſubſcripſere, in quibus licet aliorum dignitates, & officia expreſſa videam, magni Eccleſiarchæ nulla mentio occurrit, nec veſtigium vllum apparet. Lege Synodum ſub Emmanuele Imperatore contra Soterichum. Subſcribunt in ea præcipui ἄρχοντες, Sceuophylax, Oeconomus, Chartophylax, & Sacellarius, at

Eccle-

Ecclesiarcha nullus est. Sed infra post multos alios spectatur, ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν. Vin plura? Theodorus Balsamo, pergratum schismaticis nomen, Meditato de Chartophylace, & Protecdico, primæ Pentadis dignitates, & earum munia deformans, culmen tam sublime, & apicem, & in sacro Senatu principis, & sanctioribus Consistorij arcanis Patriarchæ, Consiliarij tui Magni Ecclesiarchæ, nec de nomine quidem nouit. Audi. Τῶν γὰρ ἐκκλησιαστικῶν δικαίων διαιρουμένων διχῆ, εἴς τε τὰ διαφέροντα τῇ ἐκκλησίᾳ πολυειδῶς, καὶ εἰς τὰ τῷ Πατριάρχῃ προσκυρωθέντα κανονικῶς ἔδεισε τοῖς τὰ τῆς ἐκκλησίας ὁροθετήσασιν ὀρθοδόξοις ἡμῶν αὐτοκράτορσιν, καταμερίσαι ταῦτα πρὸς πέντε σεκρέτων εὐαγῆ λογοθέσια. καὶ ἀναθεῖναι τὴν τούτων διοίκησιν διακονηταῖς. οὐ δὲ γὰρ ἔδει τὸν οὕτως ἀγακλεῶς ἐν πᾶσι νυμφοστολούμενον, περὶ σκαπάνην ἀσχολεῖσθαι, καὶ δούλων χορτάσματα. ἔκτοτε γοῦν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρὰ τῶν πέντε προκαθημένων, τῶν ἐξωκατακοίλων ἀρχόντων φημὶ, ὡς ὑπὸ πέντε αἰσθήσεων ταυτὶ διεξάγονται ἤγουν τοῦ μεγάλου οἰκονόμου τοῦ μεγάλου σακελλαρίου, τοῦ μεγάλου σκευοφύλακος, τοῦ Χαρτοφύλακος, καὶ τοῦ σακελλίου. καὶ ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων τὴν πρόνοιαν ὁ μέγας οἰκονόμος. τῶν κατὰ πόλιν καὶ τῶν περατικῶν μοναστηρίων τὴν μερίμναν, ὁ μέγας σακελλάριος. τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν ὁ μέγας σκευοφύλαξ. καὶ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν ὁ σακελλίου. ὁ δὲ Χαρτοφύλαξ κατευοδοῖ μονομερῶς τὰ τοῦ Πατριάρχου δίκαια τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνήκοντα. *Cum autem Ecclesiastica iura bifariam diuidantur, videlicet in ea, quæ varijs modis ad ipsam Ecclesiam pertinent, & in ea, quæ per Canones peculiariter addicta sunt Patriarchæ, oportuit omnino, principes nostros orthodoxos, qui rebus Ecclesiæ certam legem dederunt, hæc dispertiri in quinque secretorum religiosa ratiocinia: atque horum administrationem certis ministris committere. Nam minime conueniebat, ipsum Patriarcham, tam insigniter in omnibus speciem sponsi præseferentem, occupari tractando rastro, mancipijsque satiandis. Inde igitur in hunc vsque diem, a quinque Præsidibus, quos magistratus exocatacœ-*

los

los dicimus, tanquam a quinque sensibus hæc administrantur; nimirum a Magno Oeconomo, a Magno Sacellario, a Magno Sceuophylace, a Chartulario, & a Præside Sacellij. Magnus Oeconomus prædiorum Ecclesiasticorum curam gerit. Magnus Sacellarius tam urbana, quam Peratica monasteria curat. De Sacris Concilijs solicitus est magnus ille vasorum custos. Ecclesiarum in genere, atque etiam emphyteusium administratio, penes Sacellij præfectum est. Chartularius autem pro sua parte solus ea dirigit, quæ iure Pontificatus ad Patriarcham pertinent. Nugæ ergo tuæ illa sunt, & vanissimi strepitus. *Inter purpuratos proceres, inter sacri Senatus primus proceres, & Concilij Patriarchalis sublime decus, & non multum eum abludere a Cardinalibus Pontificijs.* Et tandem Ioannes Episcopus Citri ad interrogatum Constantini Cabasilæ Archiepiscopi Dyrrhachini, Quis esset ordo in dignitatibus Ecclesiasticorum Officiorum? respondit; Ἀπὸ μὲν παλαιᾶς παραδόσεως πρῶτός ἐστιν ὁ μέγας Οἰκονόμος, ὁ δεύτερος ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης Σακέλλης, ἤγουν ὁ μέγας Σακελλάριος. τρίτος ὁ μέγας σκευοφύλαξ. τέταρτος ὁ Χαρτοφύλαξ. πέμπτος ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς Σακέλλης, ἤγουν ὁ Σακελλάριος. καὶ ἕκτος ὁ πρωτέκδικος. οἵτινες καὶ ἐξωκατάκηλοι λέγονται. Τὸ τοῦ Πρωτεκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. τῇ πράξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε καὶ γνώμη γενναία τοῦ ἐν ἁγίοις Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου ἐπαινοῦσα καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονός, ὡς εὐλόγως καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. ὅτε τηνικαῦτα τινῶν ἀντειπόντων, ὡς μὴ ἀποδεξαμένων τὴν πρᾶξιν. μετὰ τοὺς ἐξωκατακήλους δὲ πρῶτός ἐστιν ὁ Πρωτονοτάριος. καὶ τὰ ἑξῆς. *Ex antiqua traditione primus est magnus Oeconomus, secundus qui præest magnæ Sacellæ, idest Sacellarius, tertius magnus Sceuophylax, quartus Chartophylax, quintus qui præest paruæ Sacellæ, idest Sacellarius, & sextus Protecdicus, qui & exocatacœli dicuntur. Protecdici officium, cum antea esset inter inferiora, postea in altiorum ordinem statutum est a beatæ memoriæ Patriarcha Constantinopo-*

nopolitano Georgio Xiphilino. Hanc autem actionem secuta est præclara sententia Metropolitani Thessalonicensis Eustathij, id laudans, & extollens, vt iuste, & extra reprehensionem factum, cum quidam, qui actionem non admittebant, tunc contradicerent. Post exotacelos primus est Protonotarius, &c. Tum inferiora officia signat, & inter ea decimum sextum, decimum septimum, & decimum octauum locum obtinent, Ecclesiarchæ tres. Δωδέκατος ὁ δευτερεύων τῶν Διακόνων, μετ' αὐτοὺς, οἱ τρεῖς Ὀστιάριοι, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ τρεῖς ἄρχοντες τῶν ἐκκλησιῶν. *Duodecimus Secundarius Diaconorum, post eos Ostiarij tres, deinde tres Ecclesiarum Præfecti.* Hinc poteris tuas aures mordaci radere vero, hisce non contemnendis saltem apud te auctoribus. nec ipse negas sæpius in tuis ad Syropulum Notis, σαυροφόρους, ἄρχοντας, καὶ ἐξωκατακοίλους, tria nomina idem significare, in hac historia, & Ecclesia Constantinopolitana. Et caue dicas, aliud esse Ecclesiarcham, aliud ἄρχοντα τῆς ἐκκλησίας. Hæc enim duo nomina idem apud te sunt, Notis in caput 22. sect. 2. & in caput 30. sect. 4. & alibi. Sed in his σαυροφόροις, & ἐξωκατακοίλοις non recensetur tuus hic Ecclesiarcha, sed multos post alios inferioris dignitatis Ecclesiæ administros. Inscitus ergo tibi tu funiculum nectis, cum reboas, clamasque inconsulte, Ecclesiarcham hunc tuum *in sacro Senatu principem, in tam sublimem apicem primitus caput exerere*, & similia. Sed tempore Concilij Florentini, erat in tanta auctoritate Ecclesiarcha. Id probandum tibi est. Sed non ex Syropulo, cuius testimonium de hoc argumento sapientissimi cuiusque fides respuet. An non hoc est, vt tuis verbis vtar, *portenta pro veris suggerere, hominumque illudere phantasijs perurbanum Theologum Creyghtonum, & iam dudum in his rebus versatum.* Inuestigentur etiam recentiora. Sub Cyrillo Lucari Berroënsi contra Cyrillum Lucarim binæ coactæ sunt Synodi. In prima celebrata anno 1639. Magnus Ecclesiarcha nusquam

est. In secunda anno 1642. subscribitur, sed post multos alios.

EXERCITATIO III.

Syropuli dictio examinatur. In quo oratoria ab Historica dictione differat. Insipienter comparari dictionem Syropuli a Creyghtono, cum Oratorum antiquorum dictione: cum Syropuli dictio sit humilis, barbara, parumque distans ab ea, quam sordes, & fex vrbium loquitur in familiaribus colloquijs. Et insipide conferri cum ea, quæ est Gregoræ, & Nicetæ Choniatæ. Erasmi de obscuritate in conscribendis epistolis sententia. Et quam tandem fidem mereatur Syropulus.

NOndum factum, & curatum dedimus Syropuli negotium, cum Creyghtonus non concedat: nam vt suum hoc idolum, quantum potest, in sole aureo reponat, quid non, ex suo tamen sensu, depromit, & quas non machinas commolitur, quantumuis sciat, his suis perquam prolixis sermonibus sese permolestum satis, atque odiosum futurum. Hinc ad stylum illius intonandum conuersus, nullis verbis parcit. Pag. 7. *Pontificij hic nasum subducent, librumque proscribent, vt nefarium a quodam esuriente Græculo, auctoritate Conciliorum minuendæ, & Sacrosancto Pontificis Maximi labefactando imperio excogitatum.* Non curant Pontificij, quid Græculus esuriens scribat. Tanta Pontificis Romani auctoritas, eloquio Christi, Conciliorum decretis, Patrum asseuerationibus, Doctorum continuis demonstrationibus confirmata, dicterijs homuncionum nullo modo succumbit. Agant quidquid velint nebulones, condant libellos, quibus faces supponat, suas nempe ineptissimas notulas Creyghtonus, illa semper vti e nebulis emergens illustrius micat, & vires acquirit eundo. Nihilominus cum officij illius sit, libellos

los nefarios, & pietati Christianæ aduersantes proscribere, ne eorum lectione minus cauti decepti in errorem inducantur, eos damnat, & in ignem adiudicat.

Hęc in Pontificios, quid in suos? *Ex aduerso sectarij nostri, ac Rebaptistæ, quorum colluuie miserabilis insula nostra non minus oppletur, quam tellus olim Memphitica locustis, ac ranis, vt minus docti Pontificijs, ita magis æstuosi efferuescunt, & hac eliminanda penitus e regno censebunt, &c.* Lege Lector, & miraberis. Hæc, & quæ superaddit Creygthonus in suos dedecora, contra quos sæuiter inuehitur, considerent sectarij, honorique suo, si possint, prouideant. Nos Syropuli dictionem examinemus. Pag. 9. *Et quamquam Auctoris nostri stilus ad immortalium Oratorum pulchritudinem non assurgit, nemo tamen ab eorum temporibus inter omnes Græcos, qui ad posteriora mundi secula lucubrationes protulere, puriori dictione scripsit, quam noster Sguropulus. Etsi cum Byzantinis conferatur, Niceta, aut Gregora, qui nostrum aliquot æuis anteuerterunt, Deus bone, quantum discriminis! Isti adeo lutulento lacu restagnant, circumductis in anfractuosam obscuritatem periodis, & noster tam limpida scaturigine defluit, vt Græca eloquentia in ijs primum suffocata, mori videretur, in nostro ad primæuum decus, maiestatemque reuiuiscere, &c.* Ineptissima comparatio Historici cum Oratoribus. Quasi vero idem stilus, & eadem dicendi forma vtrisque sit. Oratores, & potissimum veteres in iudicijs, & concertationibus ciuilibus, vt commoueant auditores, & sensus animi eorum confundant, afflatu quasi diuino sublati, vehementiori impetu feruntur, & tropis atque figuris tum sententiarum, tum dictionis animos audientium ita illigant, vt ad se magnetis instar pelliciant, & velint nolint, vt ita dicam, in alium mundum transmoueant.

Quod oppido quam bene cognouit Longinus de sublimi genere dicendi, Ὅτι μέντοι ἡ τῶν κυρίων καὶ μεγαλοπρεπῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ θαυμαστῶς ἄγει, καὶ κατακηλοῖ τοὺς ἀκούοντας, καὶ

ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι καὶ συγγραφεῦσι κατ᾽ ἄκρον ἐπιτήδευμα μέγεθος ἅμα, καὶ κάλλος, σαφήνειαν, ἢ βάρος, ἰσχὺν, κράτος, ἔτι δὲ τ᾽ ἄλλα αὖ ὡσί τινα τοῖς λίθοις ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις δι᾽ αὐτῶν ἐπανθεῖν παρασκευάζουσα, καὶ οἱονεὶ ψυχὴν τοῖς πράγμασι φωνητικὴν ἀντιθεῖσα, μὴ καὶ περιττὸν ᾖ, πρὸς εἰδότας διεξιέναι. φῶς γὰρ τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ νοήματα. *Quod autem propriorum, grandiumque verborum delectus, mire afficiat, ac permulceat auditores,* (quod Cicero dixerat Tuscul. 4. voluptas auditus animum deliniens), *ipsisque Oratoribus, & in genere scriptoribus omnibus summum scribendi genus sectantibus, magnitudinem simul, pulchritudinem, perspicuitatem, pondus, vim, robur, & alia praterea, si quæ sunt, conciliet, idemque faciat, vt verbis tanquam pulcherrimis quibusdam ornamentis efflorescant, ac veluti animam quandam vocalem rebus indat, superfluum apud artis peritos fuerit pluribus demonstrare. Vtique enim propria mentis lux præclaræ sententiæ sunt.* Torrens est sententia exundans, ideoque multa cuiusque modi sternit, rapit, dissipat. Hinc ab artis professoribus grauitas, vehementia, acrimonia, & sublimis dicendi forma illis attribuitur. Reges sunt in eloquentia, & copia, facultateque dictionis imperant, mandant, dimouent, concutiunt. Fulgura, & tonitrua æque atque Pericles, ἀστράπτουσι, βροντῶσι, ξυγκυκῶσι τὰς πόλεις. Quod Cicero vertebat in Oratore; *Si Pericles tenui genere vteretur, nunquam ab Aristophane Poëta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset.* Similes Oratorum concertationes Dionysius Halicarnesseus Histor. lib. 7. πολιτικὰς κινήσεις, καὶ στάσεις. *Seditiones, & ciuiles motus,* vocauit, δι᾽ ὧν αἱ παράδοξοι καὶ θαυμασταὶ πράξεις ἐτελέσθησαν. *Quorum ope admirabiles actiones, & euentus præter expectationem negotia confecta sunt.* Et Sicinnius apud eundem lib. 6. Οὐκ ἐξ ἑνὸς δεῖν λόγου τὸ συμφέρον ἐξετάζειν τοὺς εὖ βουλευομένους, ἀλλ᾽ ὑποτιθέντας τὸν ἐναντίον αὐτοῖς λόγον. ἄλλως τε καὶ περὶ τηλικούτων πραγμάτων σκοποῦντας ἠξίου τε λέγειν πρὸς ταῦτα τοὺς βουλομένους ἅπασαν

αἰδῶ

αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν ἀποθεμένους. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει τὰ πράγματα σφίσιν εἰς τοιαύτας ἀνάγκας καταχεκλεισμένοις οὔτε ὄκνῳ, οὔτε αἰσχύνῃ εἴκειν. *Non ex vna oratione, quid in rem sit, æstimare, consultos homines, sed expendere etiam contrariæ orationis momenta, præsertim vbi de tantis rebus disquiritur. Simulque iubebat, vt responderet, qui vellet, pudore atque timore posito: res enim ipsis tanta necessitate circumuentis pudorem, & cunctationem non permittere.* Veritas quæritur. Machinæ aduersarij, artes eludendæ sunt: doli, fraudes disijciendæ, prosternendæ: hostis fundendus, expugnandus: ne victoria excidat, scilice, & calybe opus est, vt ignis, & lumen veritatis excutiatur. Et hæc oratorum sunt. Vice versa Historicus inter domesticos parietes lenis, totus Musis addictus, in placidissima quiete extra nodos, & negotiorum tumultus, res, non vt sibi animus concipit, sed vt euenere, narraturus, neglectis oratorum turbinibus, mitissimo dicendi genere scribit, & quasi flumen per patentes directosque agros, non ripis insultans, non vndis obturgescens, nullo obnitente obice, in directo itineris cursum tenet, & remissis aquis reuolutus defluit, & Lectorem delectat: quem Cicero discernens ab Oratoribus lib. 2. de oratore exemplo Callisthenis, & Xenophontis comprobat; *Denique etiam a Philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit Historiam: & hic quidem Rhetorico pene modo, ille autem superior leniore quodam sono est vsus, & qui illum impetum Oratoris non habeat: vehemens fuisse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur, dulcior.* Vides? Rhetorum impetus est, & incitata irruptio. Historici sibi cauent, vt dulciores sint, & leniore quodam sono defluunt.

Pag. 9. *Nemo tamen ab eorum temporibus inter omnes Græcos, qui ad posteriora mundi secula lucubrationes protulere, puriori dictione scripsit, quam noster Sguropulus.* Et Græcarum litera-

terarum vel minimum ſcitus hæc diceret? ò væcordiam! ò torpedinem animi! Quos tu immortales Oratores vocitas? quo æuo illi deſierunt eſſe? Si decem illos intelligis, qui florente Athenienſium Republica floruere, næ illi immortales fuere, plerique nomine tantum, pauci admodum ſcriptis, & nomine. Si alios poſt eos ad aduentum Saluatoris notas; an & illis omnibus *dictione puriori*, præſtitit tuus Sguropulus? Ais? Stultiſſimus es. Negas? Qua ergo fronte id aſſeris? & tam impudenti mendacio inter eruditos homines inſoleſcis? Sed nolo moroſus eſſe. Miſſa faciamus ante Saluatorem noſtrum tempora, ne compedes opus ſint, & vincula ad euinciendum fanaticum. Si mendacio te non dedecorare vis, eia age, tuus iſte Sguropulus, & Herode Athenienſi, & Philoſtrato Lesbio, & Ariſtide Smyrnæo, & Libanio, & Themiſtio, & Iuliano Imperatore, & Dione Chryſoſtomo, & eodem tuo calculo, cum omnes ad certamen prouocas, & Baſilio Cæſarienſi, & Gregorio Nazianzeno, & Gregorio Nyſſeno, & reliquis alijs Patribus, & Scriptoribus, *puriori dictione*, ſuperior eſt? Pag. 9. *Nemo tamen ab eorum temporibus inter omnes Græcos, qui ad poſteriora mundi ſecula lucubrationes protulere, puriori dictione ſcripſit, quam noſter Sguropulus*. Et nihilominus ſi dictionem illius perpendas, eam inæquabili varietate nunquam non inuolutam, barbaram ex triuio, & qua hodie in familiaribus colloquijs Græci vtuntur, refertam, nullum antiquitatis ſuccum, nullum veſtigium, quod antiquitatem ſapiat, poſſidentem agnoſces, ſi tamen tanti es. Credet id forſan Iudæus Apella, non ego, qui te tot apinas, tricaſque effutire conſpicio. Exempla, & cuicunque nullibi non obuia ſunt, vt mirandum ſit hominem, qui vel aliquantulum literas Græcas deguſtauit, & dictionis varietatem diſcernit, ſimilia protuliſſe. Quod ſi proprium rectumque dictionis modum non bene animo tenuerit,

ſaltem

ſaltem ſoloecos, barbariem, & improprie dicta, quæ vel pueri norunt in ſcholis, Creyghtonus depræhendere poterat. Pudor eſt mihi hæc dicere, dicenda tamen ſunt, quia vera, & ſeſe offerunt paſſim obuiæ. Et ne longius abeam, ipſo ſtatim initio nonne puriſſima locutio eſt. προσμεῖναι εἰς τὴν ἀθύραν, &, ἐν τῇ πόλει εἰσάξαι, *Manere in Athyram*, &, *in ciuitate introducere*. Quare & ipſe interpres puriſſimam hanc eloquutionem vſurpans, non reddidit, ſed, *ad Athyram ſubſiſtere*, &, *in ciuitatem introducere*. Et εἰσέρχονται ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, *ingrediuntur in hac ciuitate*, quæ Creyghtonus vertit, *hanc ciuitatem frequentare*. Quibus introitus in ciuitatem denegatur, *frequentatio* Creyghtono in ciuitate eſt. Quis præterea puriorem dictionem ſectatus τὴν παρ' ἑαυτοῦ, cum dicendum eſſet παρ' ἑαυτῷ, vt ſenſum reddat Creyghtoni; *& omni, qua pollebat, eloquentia contendiſſet*. Quid porro? Seleucis hæc, quæ omnium Oratorum Græcorum lucubrationes vniuerſas deuorauerat, cum Niceta tandem, aut Gregora, *qui lutulento lacu reſtagnant, circumductis in anfractuoſam obſcuritatem periodis* confertur. Et illis, qui aliquot ſeculis Syropulum præiuerunt. *Etſi cum Byzantinis conferatur, Niceta, aut Gregora, qui noſtrum aliquot æuis anteuerterunt, Deus bone, quantum diſcriminis!* Choniata ſcribebat anno CIƆCC. Chriſti, poſt captum a Latinis Byzantium, Gregoras circa annum CIƆCCCLX. tempore Ioannis Cantacuzeni. Syropulus poſt Concilium Florentinum CIƆCCCCL. poſt Gregoram annos LXXXX. poſt Nicetam CL. Et hoc ne eſt Creyghtono aliquot æuis anteuertere? Nolo modo æuum ad latiora tempora deducere; ſit annorum nonaginta ſpatium. Vno æuo, vel plurimum duobus, *aliquot æuis anteuertere eſt*. Minima hæc ſunt. Per me licet. At in minimis decipere expectationem legentium, quantum eſt? Ab his quid in mediocribus, & magnis expectes? Nicetam poſtmodum, & Gregoram in minimis, & in extremis ponis,

& quod

& quod iniquius accedit, improbatione censoria culpas, & improbas.

Pag. 9. *Isti adeo lutulento lacu restagnant, circumductis in anfractuosam obscuritatem periodis, at noster tam limpida scaturigine defluit, vt Græca eloquentia in ijs primum suffocata videretur, in nostro ad primæuum decus, maiestatemque reuiuiscere.* Hæc dum scribit Creyghtonus, apud callidos rerum harum æstimatores, vel in Græcis literis infans plane bene, vel judicio destitutus, vel malignus, & improbus reputabitur. Ego equidem puto, ne iniurius in illum sim, Nicetam, vel Gregoram nunquam præ manibus habuisse, tantum abest, vt eos lectitarit. Quis enim dictorum, & Syropuli dictionis, & sententiarum discrimen ex prima operis facie non agnouerit? In illis sunt, & eloquentiæ lumina, & dictionis antiqua facundia, & χνῦς, vt rem verbo expediam, ἀρχαῖος, qui nullus in Syropulo conspicitur, cum fere totus sit e triuio, & vernacula plebis vilissimæ lingua vt plurimum concinnetur. Frustra hic exempla produxerim. Sumat præ manibus Lector scriptores, legat, comparet, tum demum iudicet, & Delphis sibi respondisse Allatium dicet, Creyghtonum e lacu lutulento. *Isti adeo lutulento lacu restagnant.* Illis nempe, qui ne Pyladi præstare matellam digni sunt. Quod & si aliquando extra antiquæ locutionis limites, quod raro fit, feruntur, hoc dandum seculo. Et quis, si similia quæramus, erit a culpa vacuus. Neque illi Oratores immortales, quibus ipse plaudit, Aristarchorum, & Palæmonum censoriam virgulam, & ferulam, & stili mucronem effugerunt, sed multis eorum notis exusti sunt. Non mirum itaque sequioris seculi scriptores, si eandem cum illis sortem experiantur. *Circumductis in anfractuosam obscuritatem periodis, vt Græca eloquentia suffocata in illis videretur.* Si legere imitarique antiquos, crimen est, ideoque culpandus Nicetas, quia, vt ait Vossius de Histor. Græcis,

cis, *Diligens fuit lector, & imitator Homeri, adeo vt ob poëticam, atque insolentem dictionem quandoque durior fiat cumprimis in Præfatione, quæ sane salebrosa.* Crimen hoc fuit ex electione, non ignorantia, ideoque non ita criminosum putatur. Quod etiam animaduertit Cicero de Finibus bonorum, & malorum lib. 2. *Et tamen vide, ne si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum Græce, vt videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquitur, vt non intelligatur. Quod duobus modis sine reprahensione fit, si aut de industria facias, vt Heraclitus, qui cognomento σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memorauit: aut enim rerum obscuritas, non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis.* Sic qui Nicetam legerat, & dicta accurate examinauit Vossius, notat id primum in Præfatione, quod ipse etiam Niceta animaduertit; *In cæteris mollior fluit, quod de se in Præfatione promittit*, subdit Vossius, *vt mihi videatur Præfatione ea ostentare voluisse, quanto logodædalus foret: quod similiter in historia si fecisset, næ ille multo etiam minus laudis, quam nunc habet, mereretur.* Nec alia dici possunt de Gregora, qui tamen dictione sua placidior fluit. *Circumductis in anfractuosam obscuritatem periodis.* Hoc plane vitium fuerit, & in antiquis etiam, & immortalibus Oratoribus notatum a Cicerone in Bruto. *Huic ætati*, Thucydidis, *suppares Alcibiades, Critias, Theramenes, quibus temporibus, quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententijs, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.* Hinc ille, *dum breuis esse laboro, obscurus fio.* Non multis hic agam cum Creyghtono. Habeat sibi Reformatus ex Reformato responsum, quo circumductæ, *in anfractuosam obscuritatem periodi*, crimine liberantur, imo in laude ponuntur. Erasmus Roterodamus de ratione conscribendarum Epistolarum. Verba equidem quam par est, prolixa sunt. Sed cum difficul-

G tatis

tatis nodo, & spinosæ obiectioni respondeant, non grauabor in medium adducere. *Ecce autem maxima pars eorum, qui hoc iuris, vel ætatis, vel fortunæ prærogatiua sibi vindicant, vt de literis, quas non didicerunt, censuram agant, magnis etiam conuicijs a nobis efflagitant perspicuitatem. Graue flagitium esse clamitant, si verbum vllum misceatur epistolæ, quod legentem, vel tantisper remoretur. Memini, cum ipse puer annos natus quatuordecim scripsissem tutori cuidam meo, quem magis etiam puer habueram institutorem, & ex lectione librorum, qui tum suppetebant, admiscuissem nonnihil: rescripsit homo non minus superciliosus, quam indoctus, vt si posthac esset animus tales epistolas mittere, eadem opera commentarium adiungerem: sibi semper hunc fuisse morem, clare & punctuatim scribere. Nam his flosculis sibi placebat. Non hæc dico, quod negem in quauis oratione præcipuam esse laudem perspicuitatis. Quid enim est oratio, quæ non intelligitur? Sed quemadmodum pro re non solum probanda, verum etiam necessaria est perspicuitas, facilitasque sermonis, veluti quoties serius quippiam petitur ab homine semidocto, morosove, aut etiam vehementer occupato: ita incidit nonnunquam, vt non aliud genus excusatius admittat obscuritatem: velut cum eruditus, cum erudito velitatur literatis iocis, quos nolit a quouis intelligi. Quemadmodum nos olim lusimus cum eruditissimo viro Thoma Linacro, cui scripsimus epistolam metro trochaico tetrametro, sed ita temperata compositione, vt aliud agenti non suboleret esse carmen. Admonueram in epistolæ frontispicio, vt sibi caueret: nam mihi in animo esse ipsum hac epistola fallere, & in calce adieci, me fefellisse, ni fallerer ipse. Non sensit homo fraudem, nisi monitus a me. Mihi non displicet illud Octauij Cæsaris, non aliter in sermone fugiendum verbum insolens, quam in cursu scopulum. Et merito ridentur hoc nostro seculo quidam Apuleiani, & obsoletę antiquitatis affectatores. Arridet vsitatis verbis contexta oratio. Sed ab istis lubens quæsierim, quę tandem appellent vsitata? Num e compitis, ac triuijs sumpta? Recte sane, si Gallice, aut Germanice scribendum erit. Verum si Græce, aut Latine; quid minus conuenit,*

tienit, quam eius sermonis mundiciem ab his autoribus petere, apud quos præter meras sordes nihil est? Olim hoc iuris erat consuetudini publicę, vt quasdam voces antiquaret, alijs gratiam nouitatis adderet. Quamquam ne tum quidem omnia placebant doctis, quę vulgo in conciliabulis, theatris, aut castris iactarentur: & erant in libris eruditorum, ad quę resisteret plebeius Lector. Nunc vero Latine loquendi consuetudo, non a foris, aut conciliabulis idiotarum, sed a probatis auctoribus petitur. Itaque nullum verbum inusitatum videri debet, quod extet in elegantis, mundique scriptoris literis. Quid Ciceronis oratione candidius, quid apertius? At hic nonnullis videtur Cimmerijs tenebris obuolutus. Quid Terentiano sermone luculentius? At hunc ne commentarijs quidem adiuti complures intelligunt. In sordidis autoribus versatus, si quando inciderit in Quintilianum, clamat, omnia sibi videri Græca, aut Arabica. Danda est opera, vt simus aperti, sed eruditis. Neque quenquam commoueat obscuritatis crimen, quod sit illi cum Cicerone, aut T. Liuio commune. Clamitas, tenebricosam esse Flacci dictionem, sed eruditis, vel in primis admirabilis est erudita perspicuitas. Proinde colligis, opinor, in te tenebras esse, non in autore. Tu in quenquumque scriptorem incideris, modo laudatum, noctem istam tecum circumfers. Vociferaris, spinosum esse librum, sed tui pedes spinas habent, non locus: caligas in sole, & lux ipsa tuis oculis noctuinis pro caligine est. Mutandus est, inquis, stilus: qui quoquo modo accidat, tamen non intelligitur. At quanto iustius est, & tibi etiam vtilius, tuum mutare vitium, quam eruditos omnes suam orationem tuo vitio accommodare. Barbare loquendi mille sunt species, ac subinde exoriuntur nouę. Itaque simplicius est, ac facilius, vt vnam emendate loquendi rationem discant omnes, quam vt omnes barbare dicendi formas singuli. An æquum censes, vt docti Romanam linguam, cui tot egregiæ disciplinę, cui Christiana religio concredita est, sinant intermori, ne quid offendant istorum indoctam arrogantiam? Num par esse iudicas committere, vt intereant, non dicam Cicero, Quintilianus, & huius generis cęteri, sed Cyprianus, Hieronymus, Au-

gustinus, vt pro his legatur, Catholicon, Holcot, Bricot, & Gorra? An luscinia commutabit cum cuculo modulos suos, propterea, quod asello iudici planius, & intelligibilius canit cuculus? At iniquius sit, si docti cogantur rectum sermonem dediscere, vt cum istis foede balbutiant: praesertim cum eis in manu sit, imo cum tis tot nominibus expediat ea discere, quae magno suo malo fastidiunt? Ego vero, qui semper discendi sum cupidus, nec his succensere soleo, qui priscas voces, & a Ciceronis etiam consuetudine semotas eruunt. Fortassis, & his vsus erat Cicero, si extaret quidquid scripsit Non indignor obiectum esse, quod non intelligam, sed oblatum gaudeo, quod discam. Tu contra mauis alienam eruditionem reprehendere, quam tuam ipsius inscitiam, vel agnoscere modeste, vel mutare prudenter. Mauis solem in crimen vocare, quam lippientes oculos tonsori Licino committere. Ac vide interim, quam studiose in nos iniquus sis: tu qui tuis in literis sordidissimi sermonis portenta inculcas, cum vere tenebricosus sis, sanis etiam oculis: dilucidus tamen videri postulas, & alios obscuritatis accusas. Paria certe facere debueras, & si oculis tuis irasci non potes, saltem nostras falsas dissimulare tenebrass, cum tuas, quae teterrimae, verissimaeque sunt, cupias, & laudari. Non dignatur tua prudentia latinam linguam discere, quo possis D. Hieronymum (nam vnum hunc plurimorum vice nomino) intelligere, & nos vis fecem istam sermonis in tua culina nati, perdiscere, vt te tuosque sodales delirantes, ac misere balbutientes intelligamus? Non vero haec, optime Lector, in hoc tot verbis disserimus, quod eruditam sermonis simplicitatem contemnamus; quae mea sententia saepenumero plus habet artis, quam operosa structura: sed vt veram perspicuitatem a veris tenebris separemus. Seruiendum est auribus, sed eruditis: in his dumtaxat, quae cupimus ab eruditis legi. Quod huic obscurum est, illi dilucidum est. Sed hic tu lusciosus, ille puris oculis. Est tamen aliquid suapte natura dilucidum, ad cuius sensum repurgandi sunt oculi. Caeterum, vt ad institutum sese referat oratio, quanquam obscuritas quoties officit, vbique vitanda est, vel dicenti, vel scribenti, tamen haud scio, an vllo in

genere

genere plus inueniat veniæ, quam in Epistolis: modo non indocta; in quibus, vel Ciceronis exemplo, licet subinde Græca miscere Latinis, obscuris allusionibus vti, amphibologijs, significationibus, paroemijs, ænigmatibus, clausulis de repente præcisis. Tantum habenda ratio, qua de re, cui scribas. Non damnabitur libertas, si non destituat nos consilium, cui decet artem vbique cedere. Hæc sunt ad pedem tuum licet prolixiora, Creyghtone, & ad tua prolata opportunissima, & maxime ex argumento: quia in Niceta, & Gregora sunt quædam periodi in anfractuosam obscuritatem circumductæ. I nunc, & concludito, ideo superari eos a Syropulo, quia in eo non sunt; sed puriori dictione fluunt, ac refluunt; propterea que ad primæuum decus, & maiestatem Græcam eloquentiam reuiuiscere. Miseram Græcæ eloquentiæ conditionem, si duce Syropulo ad eloquentiam ituri vterentur. An non deteriori lapsu eloquentia, quam tu scribis reuiuiscere, quam res ipsæ Græcorum deprimeretur? A barbaro, elingui, inculto, & horrido viro adprosperandam eloquentiam Græcorum, vigilans somniat Creyghtonus. Et esse quid in eo sani dicemus?

Pag. 9. Syropulus *in nullo sensu redundat, in nullo deficit: nihil in angustum coarctat, nihil veritatis studio supprimit, nihil vltra modum dilatat.* Et ne fides scriptori derogetur; Pag. 9. *Non solum nuper exortos in Græcia Oratores ad certamen prouocat, sed vetustissimos in omni genere, quotquot Athenis, quotquot Romæ floruere, & absque æmula contentione indubiam palmam omnibus præripit.* Præ hoc vero Hyperides, Demosthenes, & Cicero vacillant; *Qui enim in Hyperide, Demosthene, Cicerone, aut quouis alio pensi Dictatore præter sententias mellislua arte conditas, & verba venuste manantia expectat, se ipsum ludificat.* Et iste; Pag. 11. *A primo carcere ad vltimam metam a conscensis in Græco littore nauibus ad reditum e Latio in patriam, se singulis suorum conuentibus permiscuit, vel Imperatoris, ac Patriarchæ auctoritate fultus, & sui muneris amplissimi ratione,*

tione, vel vltro vocatus ob singularem prudentiam omnium intime percepit consilia, omnium sententias explorauit. Nihil memoriæ tradidit, quod oculis non vidit, nullum edictum a suis emanauit, quod non rexit: Nulla tractatio prodijt, rixis leniendis, maturandisue disceptationibus inter gentes, quam primus non inchoauit, aut vltimus absoluit. Vin plura? *In sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorij Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arcta consuetudine coniunctus, vt eidem abesse pro piaculo duceretur.* Hæc ad astruendam suo Syropulo fidem loquacitate nimia in cassum funditat Creyghtonus, dum laruæ hunc atque intemperiæ, insaniæque agitant. Quo fine? plane nullo. Syropulus dignitate Crucigerus interfuit Concilio, arcanisque consilijs Patriarchæ semper adhæsit. Ergo quæ narrat, vera sunt. Si quis priora concederet, conclusionem negaret, quid ipse opponeres? Nonne ille potuit falli? nonne affectu concitus acta peruertere? & probe etiam factum in aliud atque aliud propudium, dedecusque commutare? Vnde id eum non fecisse habes? quo autore fultus? quibus adactus testimonijs asseueras? Ego certe non video. Tu solus hæc ais. Non credimus sæpe etiam alias mendacij conuicto. Esto. Dignitate præcellat Syropulus, tu cuias es? An non ex illis, qui *a suis*, do tibi tua verba, Pag. 10. *ad caliginem enutriti, ea tantum intelligunt, quæ alij infundunt: tum ipsi partium studijs illaqueati, suoque iudicio corrupti, antequam alieno iussu corrumpantur, libertatem crepant, vt sua priuilegia defendant, & adeo mordaci, contentiosoque dicendi genere declamant, vt totum mortale genus configant.* Non ne tu ex ijs es, *qui exitiali facundia armati semper in procinctu stant, & qua iubentur linguas venales flectunt, eorum turpissima crimina, vt virtutes collaudant, aliorum omnium dotes dente satyrico perfodiunt, & in Deum ipsum, si Senatus perduellis mandauerit, profanæ eloquentiæ arietes admouere non erubescunt.* Et; *Ita in his inuictæ improbitatis temporibus nihil isti Sycophantæ e contra satagunt, quam vt in*

summa

summa mentiendi libidine, ad malitiosa quæuis exprimenda, orationem rotundam, & Rhetorum flosculis exornatam contorqueant, vt veritatem non modo adumbrare, sed penitus extinguere, & omnia septa honesti moris perrumpere videantur. Reliqua tua prætereo, ne inculpatissimæ vitæ hominum aures offendam. Sed inter improbos bonus est Creyghtonus, inter falsidicos veridicus. Da mihi Æthiopem album, & naturam furca licet expulsam non recurrisse; & credam. Syropulus a primo carcere ad vltimam metam, a conscensis in littore nauibus ad reditum e latio in patriam, vt & antea, continuo hostilem in modum huiuscemodi vnionem oppugnauit. Hoc si negas, mente, & oculis cœcus es. Et de peracta hac vnione dictis illius fidem adhibebis? nescio, an tibi, mihi quidem non fit verosimile: cum illud sapere sit, non quo libido fert, sed, quo veræ religionis candor expostulat, animum flectere. Quare in rem apte ceciderit, quod Lutherus in Resolut. 15. Articuli, quos ille contra Pukardum de Purgatorio ediderat. *Quod si etiam tempore Apostolorum non fuisset Purgatorium, vt superbit fastidiosus Pukardus, nunquid ideo credendum est Hæretico, vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot seculerum falsam esse contendenti?* Paucis immutatis Creyghtono appone; *Quod si etiam, quæ narrat Creyghtonus vera sint, vt ille superbit fastidiosus; nunquid ideo credendum est hæretico hoc tempore viuenti, & fidem tot annorum falsum esse contendenti?*

Sed testimonia quandoque ab inimicis petita rem firmant. Sed cum contra eosdem sunt. sin minus nonnisi a prudentia remotus credet. Et, vt tibi morem geram: credam dictis Syropuli, si tu ea aliorum quoque testimonio confirmaueris, quod nunquam efficies. Quare clama, declama, persona, lacera diem infaustissima ista tua, & verbosissima oratione. Tibi soli etiam iurato non credo, nec credent posteri. Producito testes, si vales. Etiamsi concedam Syropulo, quia sese ab initio singulis

nego-

negotijs permiſcuit, Imperatori ac Patriarchæ adhærens, intima quæque explorauit, fidem mereri. An tibi tribuenda eſt, homini extero, poſt Concilium nunc vitam agenti, vnionem oppugnanti, Catholicæ Eccleſiæ aduerſario, rabie ſtimulato, & efferæ pecudi?

EXERCITATIO IV.

In ſubſcriptionibus Concilij Florentini nihil eſſe, quod admirationem, & confuſionem Lectori pariat. Neque inſcia Synodo ſupſcripſiſſe Beſſarionem pro Chryſocucheo. Creyghtoni purum putum mendacium, Beſſarionem in nullo pro ſe ſubſcripſiſſe. Dionyſij Metropolitæ Sardium Epitaphium. Conciliorum, & Patrum apud Eccleſiam Græcam, & Latinam auctoritas. De quorum doctrina. Habent quod diſcant ex Creyghtono Reformati.

Pag. 13. *VEruntamen in iſtis ſubſcriptionibus nonnulla occurrunt, quæ admiratione Lectorem perſpicacem, & ſcientificum plane confundant, cur inter Crucigeros vicariam præſtat manum Beſſario Nicænus noſtro Chryſocucheo, qui per omnia Concilio non minus interfuit, quam ipſe Cardinalis?* Lepidum ſane argumentandi genus! In ſubſcriptionibus Concilij nonnulla occurrunt, quæ admiratione Lectorem perſpicacem, & ſcientificum plane confundant. Ergo ſubſcriptiones iſtæ in ſuſpicionem incidunt, & Concilium, & ipſa Græcorum cum Latinis vnio euanuit, & ad nihilum recidit. Si ignoratio alicuius rei, & inde nata admiratio id agit, vt quod eſt, non ſit, & quod non eſt, vim obtineat, non tantum ſubſcriptiones iſtæ Concilij, ſed res omnes ſurſum deorſumque ruent, & in nihilum interibunt, & aliæ atque aliæ nouis commentis excogitatæ pro arbitrio male ſanorum hominum loco illorum ſubſtituentur. Et mirum eſt oculatiſſimum hunc tuum Syropulum, & in minimis etiam enarrandis repetendiſ-

tendiſque loquaciſſimum ad illas notam non appoſuiſſe. Fuit ille, te iudice, ſacratus Vir, Imperatoris, ac Patriarchæ auctoritate fultus, omnium intima percepit conſilia, omnium ſententias explorauit, nihil memoriæ tradidit, quod oculis non vidit, nullum edictum a ſuis emanauit, quod non rexit, nulla tractatio prodijt, rixis leniendis maturandiſue diſceptationibus inter gentes, quam primus non inchoauit, aut vltimus abſoluit. Et hæc tanta expiſcandæ veritatis ſubſidia non fecere, vt ille Beſſarionis, & aliorum machinas in ſubſcriptionibus effingendis proſpexerit, & ſignauerit, ſaltem vt futuram admirationem, & confuſionem Creyghtono recenti Argo radicitus velleret.

Primo cur inter Crucigeros vicariam præſtat manum Beſſario Nicænus noſtro Chryſocucheo, qui per omnia Concilio non minus interfuit, quam ipſe Cardinalis? Rem conſpicis oculis, & manu ſolicitas, & cauſam quæris? Facta eſt, quia ita placuit ſenatui vniuerſo Græcorum, qui, cum ſcriberet Beſſario pro Chryſocucheo, præſens aderat, annuebat, teſtimonium tribuebat. Crede tuo Dodonæo oraculo Syropulo. Συνήλθομεν εἰς τὰ βασίλεια πάντες, οἱ τὴν τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας Σύνοδον ἐκπληροῦντες. ἦλθον δὲ καὶ ἐκ τοῦ Πάπα Ἐπίσκοποι ὅ, τε Χριστοφόρος, ἕτεροι δύο καὶ Πρωτονοτάριος εἷς, ὥστε θεωρεῖν, πῶς, καὶ παρὰ τίνων ὑπογράφεται ὁ ὅρος. *Conuenimus in aulam Imperatoriam, quotquot Eccleſiæ noſtræ Synodum compleuimus, quo vna venere miſſi a Papa Epiſcopi Chriſtophorus cum duobus alijs, & vno Protonotario ſpeculatum, quomodo, & a quibus Definitio ſubſcriberetur;* Et; Εἶτα ἔφερον τὸν ὅρον εἰς τὰ βασίλεια, οὗ ἦμεν συνηθροισμένοι, καὶ ὑπέγραψε καὶ ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος, καὶ ἐφεξῆς οἱ λοιποὶ τοποτηρηταὶ καὶ ἀρχιερεῖς, μεθ' οὓς καὶ ἡμεῖς οἱ δείλαιοι, ἐθελοακουσίως εἶμαι. ὡς οἶδας Χριστὲ βασιλεῦ. *Dein retrogeſtatam in palatium, quo permanſimus congregati, definitionem tulerunt, cui magnus Protoſyncellus ſubſcripſit, dein cæteri ordine Vicarij tum præſentes: quos infra nos miſeri, qua volentes*

H qua

qua nolentes, hei mihi! Tu nosti Rex Christe: Et; Ἔκλεισαν οὖν τὴν πύλην τῆς οἰκίας, καὶ παρίσταντο ἑκάστῳ ὑπογράφοντι οἱ δηλωθέντες λατινεπίσκοποι, θεωροῦντες καὶ περιεργαζόμενοι, πῶς ἕκαστος ὑπογράφει. *Obseratis igitur Palatij portis vnicuique subscribenti astantes prædicti Latinorum Episcopi inspiciebant acriter, & curiose obseruabant, quomodo singuli Definitioni manum appinxissent.* Si dicas, subscriptionem illam clam alijs factam esse, stultus palam es, qui Græcos, & Latinos, quibus guttam consilij fuisse non negabis, in re tanti momenti, Cardinales, & ipsum summum Pontificem stultos reputas, qui cum legitimam possent Chrysocuchei habere, spuriam Bessarionis admiserint. Da tu causam, quare id potius admiserint. Nescis? cur reprobas? Scis? Quare perspicax, & scientificus confunderis? Definitionis subscriptionibus neque perquisitius, neque consideratius incumbi potuit, tum a Græcis, tum a Latinis, si nos non fallit, vti certe non fallit, neque enim id concedes, Syropulus. Aderant Imperator, Præsules, Crucigeri, & inter eos Syropulus, qui curiosius alijs, vnioni non nimio multo æquus factum obseruabat. Aderant Latini Episcopi, & Protonotarius missi a Papa speculatum, quomodo, & a quibus Definitio subscriberetur, & inspiciebant acriter, & curiose, quomodo singuli subscriptioni manum appingerent, & leuato velo de causa cognoscebant, oculis fixis atque immobilibus intuentes. Et Bessario in subscribendo pro Chrysocucheo, si per leges non licuisset, & Patres meritissimo iure comprobassent, prouinciam sibi assumpsisset? Mirum est tibi, quia ex ignorantia est, & plane confunderis, quia non scientificus, scientia enim vel minimarum rerum præditus argueret, rem tot testium præsentium examine confirmatam, etiam si causam non assequeretur, eo iure quo qui optimo patratam fuisse.

Pag. 13. *Nunquid non minori cum molestia poterat Sacellarius propria manu Definitionem adstipulari, quam vicaria codicil-*

lum

lum effingere; quo in eius nomen Beſſario ſuccederet? Quis id negat? Poterat. Quare ergo non ſubſcripſit? Quærito a Patribus, qui talia permiſerunt. Ego diuinus non ſum. Non deerant incommoda, quæ ſcriptionem Chryſocuchei remorare poterant, oculorum cæcitas, manuum cruciatus, corporis abſentia multas ob cauſas, & cum ipſe non poſſet, ſui voti compotem Beſſarionem effecit, & manum illius vicariam. Et tandem ſi verum fateri vis, ſubſcriptionem illam, vel non legiſti integram, vel lectam non intellexiſti. Βησσαρίων Νικαίας δι' ἐπιτροπῆς γεγραμμένης παρὰ τοῦ μεγάλου Σακελλαρίου Μανουὴλ Διακόνου τοῦ Χρυσοκόκκη, ὅστις ἑαυτὸν πιθανῶς ὁμοῦ ἐσημείωσεν, ὑπὲρ ἐκείνου, ἐνταῦθα αὐτὸν ἐξηγούμενος τῆς αὐτῆς δόξης, καὶ τοῦ αὐτοῦ νοῦ, καὶ αὐτὸν μεθ' ὑμῶν ὑπάρχειν, καὶ τούτοις πᾶσιν ἀκολουθεῖν, ὑπέγραψα. *Beſſario Nicænus mandato in ſcriptis dato a Manuele Diacono Magno Sacellario, cognomento Chryſocuce, qui ſe etiam notabili ratione ſubnotauit, eius nomine illum hoc loco declarans idem ſentire, & eadem mente eſſe, qua & nos, & hæc omnia ſuſcipere, ſubſcripſi.* Hic declarat Beſſario, non ſimpliciter ſubſcribere pro Chryſocuce, ſed mentem illius, mandato in ſcriptis accepto, declarare, quæ erat approbare omnia in Concilio acta, & definita. Et hanc declarationem a ſe factam ſubſcripſiſſe. Quare vero mandatum hoc Beſſarioni dederit? inueſtigent alij. Ego in tenebris non video. Tu, qui ſomnijs ſemper decertas, quærito. Negabis puto, ſed inſulſe, Patres Concilij vidiſſe mandatum, examinaſſe, competens verumque iudicaſſe, ideoque ſubſcriptionem Beſſarionis, vti probam & luculentam pro Chryſocuce excepiſſe.

Pag. 13. *Sed quod nos peius affligit, cur idem Beſſario inter Vicarios Patriarcharum ſubſcribit pro Sardium Metropolita iam extincto? Qui pro ſe forte in nullo ſubſcripſit.* Nonne potuit Sardium Metropolita in ipſo vitæ fine, vt poſtmodum fecerat Patriarcha Ioſephus, mandato ſcriptis etiam confirmato, vt ipſe Beſſario pro ſe definitis, decretiſque per

Concilium ſubſcriberet? Se enim omnia tenere, ſentireque, quæ in Synodo definita fuiſſent, & vt id probe ſuccederet, vicariam manum Beſſarionis ſubſtituiſſe? Licuit id poſtmodum Patriarchæ Conſtantinopolitano, quare non & antea Sardium Metropolitæ indultum eſſet? Sed Beſſario *pro ſe forte in nullo ſubſcripſit*. Apertum hoc mendacium eſt. Qui tot conatibus vnionem promouit in Concilio, & poſt Concilium tot ſcriptis ſuſtinuit Beſſario, an ſubſcripſerit Concilio, in dubium vertere, vel ex ignorantia linguæ Græcæ, vel ex malitia malæ mentis eſt. Subſcriptio eſt; Βησσαρίων ἐλέῳ θείῳ Νικαίας, καὶ τόπον ἐπέχων τοῦ Σάρδεων ἀρκετὸς ὑπέγραψα. *Beſſario miſeratione diuina Nicænus, & locumtenens Metropolitæ Sardium contentus ſubſcripſi*. Non dicit ſe pro Metropolita Sardium abſolute ſubſcripſiſſe, ſed ſe ipſum pro ſe, vt Nicænum, & vt Metropolitæ Sardium locum tenentem. Tu elicis, pro Sardium Metropolita ſubſcripſiſſe, ſed improbe: probe tamen ſi id in mandatis a dicto Metropolita morti iam proximo habuiſſet, vel Sardienſi demortuo, ne Eccleſia illa abſque paſtore videretur nutare, in locum Sardienſis ſuffectum, ſaltem vt curam Epiſcopatus gereret, donec alius eligeretur, locumtenentis munus continuauit. Amicus amico commiſit, vt ſcripto ſuo poſteris teſtaretur, ſe decretis Synodi etiam poſt mortem inhærere. Quod ſi ſcriptum non extitiſſet, illudque indubitatum, certe Beſſario coram tot ingenuis teſtibus præſentibus affirmare etiam ſcripto auſus non fuiſſet. Quam amicitiæ neceſſitudinem palam fecit Beſſario inſcriptione ſepulchrali, quam nobis conſeruauit Cyriacus Anconitanus.

Pit.

Pio. &. immortali. D. Sacr
Dionysio. Theßalonicei. Sardensis. Lydor
Ecclesiæ. Pontif. optimo. qui. e. Byzantio. vna
Cum. IΩ. Palæologo. inclito. Græcorum. Imp. &
IΩseph. Constantinopolitano. Patriarcha
Alijs. cum. &. plerisque. Senioribus. Italiam
vnionis. gratia. Synodi. nauigarat. &. Ferrariæ
demum. ciuitate. vbi. Eugenio. IV. maximo. Romanor
Pont. œcumenica. Synodos. consistebat
Idib. April. supremum. Dei. nutu. diem.
Obijt
Bessarion. Cappadocæus. Nicænæ. Ecclesiæ. Archiepiscopus
nec. non. sacri. alij. Orientalis. Ecclesiæ. Patres
dedere.

Frustra igitur affligeris, & nodum in scirpo quæris.

Sicque maligne admodum ad Reformatorum praua placita conuersus, in Concilij Nicæni narrationem de Chrysanthio, & Massonio infestis signis inueheris, & de falsitate, & portentis in rebus sacris confingendis Patres insimulans, famam eorum inquinas; Pag. 13. *Nunquam istiusmodi portenta pro veris suggerere, hominumqoe illudere phantasijs, defuit ingeniosa, & multo sale perurbana gens Græcorum, sed nec Latinorum.* Deuorauit conditionem sui Syropuli elegans iste vir, cuius fidei tantum supra detulit, ex illa ingeniosa, & perurbana gente esse. Sed recipit se rursum ad nequissima studia, & Bessarioni falsitatis notam inurit; *Beßario fidus Pontificiæ cathedræ assecla, vt huic malo succurreret, a viuis mortuisque mutuauit suffragia.* Maxima scilicet suffragiorum accessio facta est nominum penuriæ, vnius Metropolitæ Sardium, & vnius Scriniarij subscriptione. Illa vero; *Ne nominum penuria aut paucitate laborantes Latini inferiores Græcis, aut causa cecidiß viderentur*; vti obscura, explananda a te fuerint. Namque si penuria nominum, & paucitate laborabant Latini

ad La-

ad Latinos attinebat falsare inscriptiones, qui tamen satis multi subscripsere, & Græcis non erant inferiores: si ad Græcos vti pauciores, tum non Latini Græcis, sed Græci Latinis inferiores, Bessarionis industria opus habuere, ideoque Bessario pro Metropolita Sardium, & Scriniario, vt tu, temerarie tamen, notas, subscripsit. Cum ergo Latini numerosiores, male tu concludis; *Ne nominum penuria, & paucitate laborantes Latini, inferiores Græcis, aut causa cecidisse viderentur.* Sed quis cerebelli Creyghtoniani Mæandros, & orationis anfractus deprehensos tenuerit, qui *falsa imaginatione*, reddo illi sua, *prudentiæ suæ, & meritorum inflatus, a præclaris maiorum institutis ita transuersus abripitur, vt sui pectoris idola, & fœculentas priuati ingenij despumationes publicis antiquitatis veneranda præceptis anteponendas censeat?* Et tandem. Si Bessario, quia sic locutus est, pro Metropolita Sardium subscripsit, & non pro se, vtique Metropolitæ alij locum aliorum tenentes, & sic subscripserunt, non subscripserunt pro se, sed pro alijs; vt Metropolita Cizyci locum tenens Ancyrani Metrophanis, Trapezuntius pro Cæsariensi, Tornoui Mitropolita Ignatius pro Nicomediensi, Dorotheus Mitylenensis pro Sidensi, Damianus Moldoblachiensis pro Sebasteno. Et quod magis est, neque Antonius Heracleensis, neque Gregorius Protosyncellus, neque Isidorus Russius, neque Monembasiensis Theodorus, qui pro Patriarchis Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano subscripsere. *Qui pro se forte nihil subscripsit.* Ergo cæteri quoque qui in Synodis alijs locum tenentes aliorum subscripsere, forte pro se non subscripserunt, & sic potissima parte suffragiorum obtruncatæ Synodi de dignitate decedent, & auctoritate; quando eadem ipsa ratione, qua & Bessario, vti locum tenentes subscribunt.

Pag. 14. *Mihi semper ea stetit sententia, sancitis Oecumenicarum Synodorum religiose obtemperandum esse, tanquam firmissimis*

ſimis Chriſtianæ religionis anchoris, ac munimentis. Qui ſecius fecerit, dignum anathemate feriri, donec &c. Nullum adeo malum, cui non boni quidpiam adiunctum ſit: & in deſpicatiſſimo libro auri quandoque granum ſcintillas agit. Accipio omen. Sancita Oecumenicarum Synodorum deoſculanda ſunt a pijs viris, illiſque obtemperandum. Sunt etenim firmiſſimæ Chriſtianæ religionis anchoræ,& munimenta. Quare perniciosum eſt, inſolenter reſpuere, quæ Patres conſtituere: & falſis imaginationibus a præclaris maiorum inſtitutis abripi, & contra publica venerandæ antiquitatis præcepta venire. Præclare. Laudo. Contra Romanæ Eccleſiæ hoſtes non poteſt hac tua ſententia aptius, & concinnius efferri: Veruntamen cum e vulpecula demoliente vineam Domini ſimilia emanent, ego Catholicæ Eccleſiæ filius ſuſpicione percellor, ne dolus inſit, aut perfidia. Video ſiquidem ſimilis ſortis homines, ita auctoritatem Conciliorum, & Patrum infringere, & ſenſus exulcerare, vt dubio non procul ſit, an anguis in herba lateat; quod vero ſimilius eſt. Luterus enim, *Viam patefactam ſibi*, aſſerit, *eneruandi auctoritatem omnium Conciliorum, & libere contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quidquid verum videtur, ſiue probatum, ſiue reprobatum fuerit a quocunque Concilio, & Canones Nicænos eſſe articulos, fœnum, ſtramen, ligna, ſtipulas, &c. Et de illis ligneis articulis reliquias manſiſſe, quaſi aliquos titiones, nempe articulum de feſto Paſchatis. Etiam ſi omnium Synodorum decreta per infundibulum demitti in alicuius corpus poſſet, tamen ille non eſſet Chriſtianus, quia parum nimis conferunt. Spiritus Sanctus non Concilijs, ſed ſolum Chriſtianorum, quos nouit, cordibus ſe adeſſe velle promittit. Incerta ſunt Concilia, neque fidendum eſt illis; nullum enim purum vnquam fuit, quin fidei aliquid addiderit, vel detraxerit.* Vrbanus Regius; *Non vnum, aut alterum, ſed pene omnia Concilia pernicioſa lapſa ſint, luce clarius eſt.* Caluinus; *Quoties Concilij alicuius decre-*

tum profertur, expendi primum diligenter velim, quo tempori habitum sit, qua de causa habitum, quo consilio, quales homines interfuerunt. Deinde illud ipsum, de quo agitur, ad scripturæ amussim examinari, idque in eum modum, vt Concilij definitio pondus suum habeat, sitque instar præiudicij, neque tamen examen, quod dixi, impediat. Hinc Sommerus, *Symboli Nicæni auctoritate stare non potest, quod præter verbum Dei ethnica somnia inuexit.* Et alij ex Reformatis eundem referunt sonum, cum quibus Græca, & Romana Ecclesiæ non occinunt: apud quas vulgatissima sunt; Quidquid in Sanctorum Patrum Concilijs decernitur, id vniuersum diuinæ voluntati attribuitur. Quæ in Concilijs a Patribus traduntur, & confessionibus confirmantur, satis idonea, efficaciaque esse ad impietatem euertendam, & pietatem eius, quæ in Christo est, fidei constituendam. Fidem a magna, & Sancta Synodo diuino afflatu definitam, & expositam basim animarum nostrarum, fundamentumque inconcussum, & munitum esse. Eum probatissime loqui, & ab ipso Christo laudem habiturum, fidelem quoque & verum adoratorem relucere. Quæcunque Oecumenicis actis stabilita sunt vera esse, & Apostolicas traditiones, imo potius Spiritus Sancti oracula. Quæ Synodice constituta sunt, tanquam diuinitus inspiratæ scripturæ consentanea recipienda esse, atque amplectenda. Hæc omnia etiam apud Shismaticos Græcos sancta atque inuiolabilia sunt, Nilum Thessalonicensem de primatu Papæ lib. 1. Theodorum Balsamonem ad Epistolæ Canonicæ Gregorij Neocæsariensis Canonem 7. & plerosque alios.

Non tamen propterea nexus ille, ac nodus exsolutus est; An de Synodis Creyghtoni prolata de omnibus Synodis tum Oecumenicis, tum particularibus, vel de Oecumenicis tantum, sed omnibus intelligenda sunt. Ipse silens reliquas, quatuor tantum memorat, Nicænam primam, Constantinopolitanam primam, Ephesinam, &

Chal-

Chalcedonensem, quas non minus quam quatuor Euangelia venerabatur Sanctus Gregorius Papa, & alij. Bene est. Habemus quatuor. Suntne eiusdem auctoritatis, & firmitatis vniuersales reliquæ cum particularibus saltem nonnullis, quæ in Ecclesia Catholica firmitatem habent? Hæres? Responde. Sed præter quatuor, alias non laudarunt neque Gregorius, neque Ambrosius. An quod non dum factum erat, laudare poterant? Laudassent, certo scio, si ipsos præcessissent. Laudarunt tamen Patres in Ecclesia maximi, & summi ipsi Pontifices, qui ipsas subsecuti sunt. An cum tempore consenuit firmitas Ecclesiæ, debilitata auctoritas, & promissio Christi ad suam Ecclesiam de perpetua præsentia defecit? Dicunt Reformati, Patrum scripta etiam inter se conuenientium ad firmanda fidei dogmata non sufficere: Romanam Ecclesiam præuaricasse: se melius Patribus, & Concilijs stabilisse fidei dogmata. Cum vero Creyghtonus huic lucis aliquid non attulerit, & de grege Reformatorum sit, colligitur, id vel malitiose fecisse, vel quod animo teneret, nullam esse auctoritatem Patrum, & Conciliorum saltem post Chalcedonense. Et mentem suam infra explicat; *Non est mihi in animo, quæ maiores posuerint religionis Christianæ fundamenta, labefactare.* Salua res est. Quæ Patres, & Concilia stabiliuerint, si collibitum illi fuerit, dictamina Spiritus sancti erunt, margaritæ, & quid non? Sin minus, fracta vitrea. Id non est, quæ maiores posuerunt religionis Christianæ fundamenta, non labefactare: sed cum vbique vrgeant partium studia, multaque tinniant, si occasio se dederit, erunt vasa fictilia. Dicat, quanam Cynosura, aut Canone ipse margaritas, & dictamina Spiritus sancti a vasis fictilibus, & fractis vitris discernet? Quo magistro, vel ductore ad veritatem eruendam dirigetur? Historiam Concilij a Syropulo editam cum ea, quæ antea cusa fuerat, compara. Si nugas a Syropulo

demas, & falſo ſparſos rumores, & ſingulares concertationes in conſultationibus, & viris ingenuis afficta mendacia, vt eorum auctoritatem configat, & Epheſij in oppugnanda veritate conatus efferat, paria ſunt omnia, & ante edita Concilij acta probiora, & probabiliora.

Quidquid tamen ſit, diſcant ex Creyghtono. Reformati, Pag. 14. *Ex Oecumenicarum Synodorum contemptu, & conſtitutis Patrum, ac maiorum ſecedere, virtutum vaſtitiem, bonorum morum luem, & multifariam hæreſum lernam ſuppullulare, dum vnuſquiſque propriæ phantaſiæ impendit otium, e ſcripturarum lectione, & ſuis interpretamentis cœleſtium rerum cognitionem extundere: quaſi veritatem in ſuis agellis dumtaxat enaſci, omnemque eruditionis ſtruem in vnius cerebelli ambitu circumſcribi poſſe putaret. Quæ tamen vis Herculea in terris hanc caprificum e peruerſis mentibus eradicet? Aut quæ gens tam ingenuæ prolis ferax, vt iſtiuſmodi monſtra quandoque non abortiat? Concilia ſunt ſolidi iudicij ſtatiua, rectæ rationis promuralia, clauſtra diuinæ legis, ac humanæ, quæ nullus vnquam ceruicoſus ſine diuini numinis deſpectu, animæ ſuæ periculo, ac ſempiterna infamia tranſiliuit.* Sed de auctoritate Conciliorum, ac Patrum in confirmandis fidei dogmatibus, & conſtitutis, & conſuetudinibus Eccleſiaſticis ex ſententia Græcæ Eccleſię, & Schiſmaticorum quoque, quod maxime ad eorum firmitatem facit, & conſenſum Eccleſiarum, plura alibi diximus, & dicemus ſuo tempore. Nunc ea tetigiſſe occaſione oblata per Creyghtonum, ſatis ſuperque eſt.

EXERCITATIO V.

Auctor Concilij Florentini editi a Pontificijs, & nunc ipſum a Binio, præſens in omnibus fuit ab ipſo Conſtantinopolitano diſceſſu ad reditum Græcorum in Patriam, & oculatus teſtis omnia ſcripto tradidit æque atque Syropulus. Illius interpretationem latinam molitus eſt Bartholomæus Abramus Cretenſis,

tensis, sub nomine Octauæ Synodi generalis, quæ cum multas ob causas catis viris non satisfaceret, eam Ioannes Matthæus Caryophilus accuratiori diligentia Latinam reddidit: cuius postmodum Acta ex Andreæ Sancta-Crucij Collationibus, & scriptis Allatij hinc inde collectis, & potissimum Archiuo Vaticano, & Codice Cardinalis Bisciæ circumplexis in vnum fascem emissit suo nomine recens Concilij Florentini concinnator.

Pag. 15. SI *quis hanc Florentinam Synodum Clarissimi, doctissimique Viri Seuerini Binnij singulari opera collectam, & in lingua Græca prodeuntem, tanquam ab ipsis Græciæ Patribus, qui Synodo interfuere, in lucem emanasset, diligenti animaduersione perlustraret, nihil se vnquam audisse a literarum memoria concinnius, aut veritati magis accommodatum crederet.* Nescio, quid viri sit Creyghtonus, qui nesciat, quis fuerit scriptor Concilij Florentini, quando scripserit, & quam operam Binnius in illo perpoliendo contulerit. Historiæ Concilij Florentini scriptor, nomen suum tacuit; quam ob caussam id egerit, adhuc multorum animos incertat. Præsentem tamen in Concilio fuisse ab ipso Constantinopolitano discessu ad reditum Græcorum in patriam, ex ipsius historiæ a se conscriptæ serie dilucidissime constat. Namque in ipso statim initio legitur; Τὴν δὲ εἰσέλθουσιν ἡμῶν εἰς Βενετίαν ὡς λαμπρὰν καὶ αἰδέσιμον, ἔτι γεμὼν καὶ ἀξίαν, ταύτην διηγήσομαι. μηνὶ φεβρουαρίῳ ἑβδόμη ἀπήραμεν ἀπὸ τοῦ Παρέντζου πᾶσαι αἱ τριήρεις. *Ingressum vero nostrum Venetias, quoniam splendidus fuit, & honorabilis, & scripto dignus, narrabo. Die septimo februarij cunctæ simul triremes Parentio soluimus.* Et infra; Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα πέμπτη τῆς ἡμέρας ὅτε ἠρξάμεθα εἰσέρχεσθαι ἐντὸς Βενετίας, καὶ ἐπλεοπορῦμεν, ἕως δύσεως ἡλίου, καὶ κατηντήσαμεν εἰς τοὺς οἴκους. *Erat autem quinta diei hora, cum Venetias ingredi cœpimus, & vsque ad occasum solis nauigio vecti sumus, peruenimusque in ædes.* Et, Ἡμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ δυνάμεθα γραφῇ παραδοῦναι τὴν καλλονὴν αὐτῆς. *At nos, qui vidimus eius pulchritu-*

dinem deſcribere non valemus. Et, ἐξέστη δὲ ἡ ψυχὴ ἡμῶν βλεπόντων τὴν τοιαύτην παῤῥησίαν, ὥστε λέγειν ἡμᾶς ἐν ἐκστάσει. *Obſtupuit certe noſter animus tanta rerum magnificentia, vt plane attoniti diceremus*. Lege ibidem ſimilia repetita ſæpius. Et verbum in prima perſona numeri pluralis toties ingeminatum non aliud innuit, quam ſcriptorem illum inſimul cum Græcis reliquis rebus interfuiſſe, & vti oculatum teſtem ſingula ſcripto tradidiſſe. Lege quæ peracta ſunt in fine Concilij ante diſceſſum hiſce ſimillima. Hinc colligitur, æque atque Syropulum *a primo carcere ad vltimam metam a conſcenſis in Græco littore nauibus ad reditum e Latio in Patriam, ſe ſingulis conuentibus permiſcuiſſe, vel Imperatoris, ac Patriarchæ auctoritate fultum, & ſui muneris ampliſſima ratione omnium intime percepiſſe conſilia, omnium ſententias explorauiſſe, nihil memoriæ tradidiſſe, quod oculis non vidit, nullum edictum a ſuis emanaſſe, quod non rexit, nullam tractationem prodiiſſe, quam primus non inchoauit, aut vltimus abſoluit*. Non defuerunt ergo illi veritatis expiſcandæ ſubſidia, fatebuntur illi, qui viſa auditis, vt certiora, præferunt, & huius æui cæcutientes ſciolos vbique terrarum nugis abſurdiſſimis replent. Quæ fortaſſe in illa hiſtoria tu vel non vidiſti, vel viſa more improborum, & veritatem oppugnantium ſilentio tegere maluiſti. Audi; ἐβουλευσάμεθα μέθοδόν τινα εἰς τὸ προθύμους αὐτοὺς ποιῆσαι ἐλθεῖν. καὶ δὴ ἅπασιν ἀνεφάνη καλὸν ἀνακηρυχθῆναι σύνοδον οἰκουμενικὴν ἐν Φεῤῥαρίᾳ καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ. *Conſilium ſane cepimus, vt eos ad conueniendum promptiores redderemus, & placuit omnibus indici Synodum Oecumenicam Ferrariæ, non alibi*. Et, ὁμογνωμονήσαντες οὖν ἐκηρύξαμεν. *Ita communi omnium conſenſu indiximus Synodum*. Et, ἐὰν πλημμελεῖ ὁ καιρὸς, καὶ ἡ σύνοδος οὐ συνέρχεται, ἀλλὰ μᾶλλον μαίνεται καθ' ἡμῶν. καὶ μὴ ἐχόντων ἡμῶν ἄλλως πως ποιῆσαι, γνῶμεν κοινῇ, ἵνα διαλεχθῶμεν περὶ τῶν δογμάτων, καὶ εἰ μὲν ἑνωθῶμεν, δόξα τῷ Θεῷ, εἰ δ' οὔ, πάλιν δόξα τῷ Θεῷ, ἵνα μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπελθεῖν κατὰ δύναμιν τοῦ δοκεῖ του γενήσεται ἡμῖν.

ἡμῖν. *Vt si tempus abeat, & Synodus non conueniat, sed potius insaniat in nos, neque liberum sit nobis aliud agere, pari consensu disputemus de dogmatibus; & si quidem de ijs inter nos conuenerit, Deo gratias, sin minus etiam Deo gratias, vt ex vi decreti liceat nobis cum pace abscedere.* Eratque is etiam vnus ex Crucigeris, & Cardinalibus tuis Patriarchalibus, in eaque auctoritatis amplitudine perinde ac Syropulus. Idem in Actis ante Concilium de veneratione Papæ exhibita: Ἡμεῖς δὲ καθημένου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ καὶ τὴν παρειὰν σὺν τοῖς ἐξωκατακήλοις. οἱ δὲ ἄλλοι μόνην τὴν χεῖρα, ἢ καὶ μόνῳ τῷ προσκυνήματι. *Nos autem sedentis dexteram, & genam cum exocatacelis: reliqui vero aut dexteram tantum deosculati sunt, aut profunda veneratione dumtaxat contenti fuere.* Erat ergo vnus ex primarijs, & forte etiam maioris præeminentiæ, quam tuus Syropulus, si tamen illa Syropuli vera sunt, sect. 4. cap. 22. Εἶτα τούτους ἐκβαλόντες, τοὺς ἐναπολειφθέντας αὖθις εἰσῆξαν ἀρχιερεῖς, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων ἐξέλευσιν, εὐθὺς τοὺς σταυροφόρους εἰσῆξαν ἡμᾶς. προσκυνήσαντες οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Πάπαν, ἠσπασάμεθα ἣν παρεῖχεν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ παρειάν, καὶ ἐξήλθομεν. ἕτερος δέ τις οὐκ εἰσῆλθε μεθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ μετὰ βραχὺ ἐξῆλθε καὶ ὁ Πατριάρχης. *Ijsdem sex dimissis, reliquos Præsules introduxerunt, & post eorum dimissum nos Crucigeros introduxerunt. Nos itaque Papam venerati, quam porrexit manum genamque osculati sumus, & egressi sumus. Nemoque alius post nos ingressus est. Sed & breui Patriarcha exijt.* Post Præsules Crucigeri intromissi, manum & genam exosculantur, post Crucigeros nullus alius. Ergo scriptor historiæ Concilij Florentini Romæ editæ ex Crucigeris vnus est, & inter Pentadem Crucigerorum numerandus. Ergo dignitate, & præeminentia non est tuo Syropulo inferior, sed par. Ergo eadem certitudine potuit scribere, ea quæ tanquam sua nouerat, *cum esset in sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorij Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arcta necessitudine coniunctus, vt eidem abesse pro piaculo duceretur:*

tur: seu per longa stemmata in tam sublimem apicem primitus caput exereret, seu propria virtute niteretur, quis expediet? Inter purpuratos proceres sacri Senatus eximius patritius, & Concilij Patriarchalis sublime decus. Adeo, vt ei fidem omnem deesse necessum sit, qui illius narrationibus detractum iuerit. Ergo acta Florentinæ Synodi Binniana diligenti animaduersione concinnata, & veritati accommodatissima, & tibi, & omnibus alijs vnionis aduersarijs accedere debent, quæ non sunt a Binnio collecta, vt tu oscitanter opinaris, sed sunt ita ab Auctore rebus præsente, vt euenerant, expressa, vt in manuscriptis Codicibus ante Binnium passim, & vbique in Bibliothecis conspiciuntur, in quibus seria, remotis iocis, & ludicris, & superuacaneis, quibus tuus iste Syropulus abundat, continentur, vt infra videbimus. Hæc acta Concilij cum Latine non inuenirentur, Benedicto de Accoltis Rauennate Archiepiscopo efflagitante, Bartholomæus Abramus Cretensis Græcus, præsul Ariensis, sub nomine Octaui Concilij Generalis latinitate donauit; ita tamen, vt multa, vti ipse putabat, superuacanea, & nihil ad rem facientia volens prudensque præterierit, ne Lectori fastidio essent, ludos scilicet singulos, & honores, quibus Imperatorem Constantinopolitanum, & Patriarcham Venetijs primum Veneti, deinde Ferrarię Ciuitatis illius Marchio, postremum Florentiæ Florentini prosecuti sunt: præterea nonnullas priuatas Græcorum inter se controuersias, & contentiones: publicas vero eorum cum Latinis disceptationes, vt ipse ait, fideliter ac vere ad verbum de Græco in Latinum sermonem conuerterit. Hæc Synodus cum Concilio Lateranensi sub Leone X. anno 1521. Latine prodijt per Iacobum Mazochium, & secundo Tomo Conciliorum omnium Coloniæ 1538. apud Petrum Quentell. Græca vero iussu Gregorij XIII. cum pluribus manuscriptis diligentissime collata edita postmodum sunt Romæ apud Franciscum Zanetum 1577.

Et cum

Et cum Bartholomæi interpretatio non probaretur, sub Paulo V. a Ioanne Matthæo Caryophilo itidem Cretensi, & postmodum Archiepiscopo Iconiensi noua translatione adornata, & diligenter recognita publice excusa sunt Græce, & Latine Romæ in folio inter Concilia Generalia in Typographia Cameræ Apostolicæ anno 1612. Et anno 1638. Typis S.Congregationis Fidei propagandæ. Et alibi. Sed illud capitale crimen ab Annalium celeberrimo Scriptore Bartholomæo obijcitur, quem temeritatis æque atque imperitiæ arguit, quod nulla habita ratione responsionis Andreæ Colossensis, Florentino Concilio tradidit nomen Octauæ Synodi, cum nec in eis decretis, vel Actis, nec in Eugenij Papæ Diplomatibus de ipsa datis aliquid eiusmodi reperiatur. Quod si Octaua Synodus Constantinopolitana fuisset abolita, quod dicere sacrilegium est, adhuc tamen nec Florentina octaua dici posset, quod plures aliæ ante ipsam celebratæ extent Oecumenicæ, quibus eiusmodi appellatio competat. Sed de Octaua legitima Oecumenica Synodo Constantinopolitana contra Octauam Pseudosynodum Photianam, qui cupit plura, adeat nostram de Octaua Synodo Photiana Exercitationem. Acta eiusdem S. Oecumenici Concilij Florentini a recentissimo quodam postmodum collecta sunt, in quibus præter paucas Notas, & Disputationes, & Collationes inter Latinos, & Græcos in Concilio habitas, & ab Andrea Sancta-Crucio Patricio Romano, & Apostolici Consistorij Aduocato conscriptas in modum Dialogi cum Ludouico Pontano, reliqua fere omnia ex meis schedis, in quibus pleraque tum e Vaticano Archiuo, tum Bibliothecis Romanis, magnis impensis, & labore improbo excerpseram, eo scopo, vt aliquando dicta Acta, meis Additionibus, & Notis illustrata, & in meliorem aspectum concinnata sicuti tabulas vtcunque pictas in bono lumine exponerem, desumpta sunt. Laborem cum illi

commu-

communicassem, statim de edendo illo Concilio occasionem arripuit, & schedas illas, & quæ in illis continebantur vti sua publicauit, atque diuendidit, indignum ratus, si per quem profecerat, decantaret. Non mentior; schedas ipsas ab eodem, dum illas lectitaret, multis in locis manu sua interpolatas, ad perpetuam rei memoriam in Bibliotheca Vaticana, absolutis hisce Exercitationibus reponam: testimonium tribuent & Apes meæ Vrbanæ anno 1633. Romæ editæ apud Ludouicum Grignanum in 8. in quibus hunc meum laborem, Lectoribus hisce verbis insinuo; *Conciliorum Ferrariensis, & Florentini Acta Notis, & animaduersionibus illustrata*, ante quam ipse de edendis Actis Concilij vel minimum cogitasset; cum illa postea ediderit anno 1638. Sed non fuere funesta omnia omina. Nanque cum casum prospicerem, & ingenium hominis apprime cognoscerem, non vniuersa communicaui. Quare quæ recens collector edidit, & quæ mihi reseruaueram post has meas Exercitationes, vt expletam omnibus suis partibus, & membris, vti fieri potest, Florentini Concilij historiam habeas, vna simul construam, vt hinc videas Creyghtone, etiam ex Pontificijs, & Græcis ipsis multos insudasse ad acta huiusce Concilij e tenebris eruenda, quæ plana sunt, & subdolam, ne dicam scelestam tui Syropuli mentem, & mendacia explodent, vt videbimus infra.

Sed quam a principio institi, orationem prosequar. Est ergo scriptor ille apud Binnium, vnus e Crucigeris, siue Cardinalibus Patriarchalibus, sed non est Magnus Oeconomus, qui valetudini suæ consulens Byzantij remanserat. Non Georgius Cappadox Protecdicus, qui ante accessum in patriam in itinere vitam obijt, vt narrat Syropulus sect. 11. cap. 8. ἐκεῖσε τῶν ἱσαμένων ἡμῶν ἐτελεύτησε καὶ ὁ Πρωτέκδικος διάκονος κῦρις Γεώργιος ὁ Καππάδοξ, πολυημέρῳ νόσῳ καταργασθεὶς, καὶ ἐτάφη ἐν νησιδίῳ μικρῷ ναὸν ἔχοντι λατινικὸν

τοῦ

τοῦ ἁγίου Γεωργίου. *Illic dum sistimur, Protecdicus occubuit Dominus Georgius Cappadox Diaconus, diuturno confectus morbo, & in Insula perexigua templum Latinum exhibente, Georgio Martyri dicatum, sepultus reconditur.* Non Chartophylax Michaël Balsamon perpetuus vnionis hostis, qui statim atque Constantinopolim peruenit, scripsit ad Ioannem Imperatorem Anaphoram: quare qui ex Italia aduentarant, vnionem dissoluerent, & nouum de eodem argumento Præsulum nomine Scriptum, iubente eodem Imperatore, ne quis alium pro alio vnionis hostem supponeret, sua subscriptione firmauit. Non Ecclesiastes Siluester Syropulus, cum sua alia esse, experimento ipso discimus. Reliquum est, vt ex duobus alter, vel Magnus Sacellarius Manuel Chrysocuches, vel Magnus Sceuophylax Theodorus Xanthopulus, cum ambo ex purpuratis essent, & Crucigeri, & in Italiam cum alijs Græcis venerint. Chrysocuchem non esse, suspicio est. Qui enim in Synodo ad subscribendum vicaria Bessarionis manu mandato a se scripto, vsus est, multo minus historiam prolixam scribere valuisset. Ergo restat perinde quasi certum, atque indubitatum, Theodorum Xanthopulum fuisse huiusce historię, quam edidere, & Romani Typographi, & postmodum Binnius, auctorem. Nec leui ad id suspicandum coniectura ducor, dummodo testimonium ipsius Syropuli admittatur. Nam cum Syropulus a Synodo Græcorum, vt vna cum Ephesio, Russensi, Nicæno, Gemisto, & magno Chartophylace electus renunciasset muneri, obtinuissetque, vt in locum suum alter eligeretur, Theodorus iste Xanthopulus substitutus est. Sect. 6. cap. 13. Ἐξελέξαντο οὖν ἕξ, τὸν Ἐφέσου, τὸν Ῥωσίας, τὸν Νικαίας, τὸν σοφὸν Γεμιστὸν, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καὶ ἐμέ. ἐγὼ δὲ πολλὰ ἱκετεύσας τὸν βασιλέα, καὶ τὸν Πατριάρχην, ἵνα ἐκβάλωσί με τῆς τοιαύτης τάξεως. εἶτα καὶ τὸν Πνευματικὸν εἰς τοῦτο εὑρὼν συνεργὸν, μόλις εὗρον τὸ ἀπεῖναί με τοῦ τοιούτου κόπου. διὸ καὶ ἀντ' ἐμοῦ ἔταξαν τὸν μέγαν σκευοφύλακα.

Et protinus ſex nominarunt, Epheſium, Roſſenſem, Nicænum, ſapientem Gemiſtum, magnumque Chartophylacem, & me ipſum. At ego Imperatorem, & Patriarcham obnixe deprecatus ab eorum numero eximi, cum & Pœnitentiarium reperiſſem mihi fauentem in hoc negotio, obtinui tandem, ea moleſtia exonerari, & loco mei ſubſtituerunt magnum Sceuophylacem. Hinc Xanthopulus cum omnibus diſputationibus, continuo interueniret,& rationes amborum reuolueret, non eſt mirum, ſi ita exacte diſputationes digeſſerit, & ſingula eorum momenta expreſſerit, de exiguis, & tenuiſſimis tanquam minus neceſſarijs ad hiſtoriam, vti cordatior, & callidior parum ſolicitus, quibus Syropulus, cum non haberet maioris ponderis momenta, nec contentionum diſtinctam cognitionem, in leuiſſimis, ſæpe etiam nugatorijs concertationibus, vt videatur aliquid dicere, orationem latius profundit. Sic litem non inferrem aſſerenti, Acta illa Florentini Concilij, quæ tu vocas *Binnianam collectionem*, verum eſſe Theodori Xanthopuli fœtum, illique vindicanti, cum id luce clarius ſit, vel ſaltem ambigenti, & in partem vocanti Manuelem Chryſocuchem, quod tamen ipſe non ita facile conceſſerim.

EXERCITATIO VI.

Ioannem Epidaurenſem, ſiue de Raguſio falſo a Creyghtono inter Cardinales collocari. Ioannem Dominici Raguſæum, Ioannem Hiſpanum, & Ioannem Epidaurenſem, ſiue Raguſæum perperam confundi, cum alius atque alius ſit. Ioannes Dominici Cardinalis, ſed ante Concilium Florentinum mortuus. Ioannem Hiſpanum Sacræ Theologiæ Doctorem non bene Scriniarium verti. Ioannem de Raguſio, ſiue de Monte Nigro non fuiſſe Cardinalem. Et quæ antea Creyghtono fuerunt Sacroſancta Concilia, nunc ludicra, & fabulas eſſe.

Illinc

Pag. 16. *ILlinc a duobus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Iuliano Cæsarino, & Ioanne Epidaurensi, seu Ragusiano, quorum eximias dotes, & optime collocatam eloquentiam Basilæensis Antisynodus recenter obstupuerat.* Eho dum bone vir. Liceat vel semel vanitatem vanitate refellere, quando iam impetu raptus, quod non est, calamus addit. Vnde nam Cardinales creandi facultatem extra Consistorium, inconsultis fratribus, indiscussis meritis expiscasti? Iam Romanus Pontifex nouus, & repentinus, veluti nitedula ex vepriculis, Cardinales vel dicto creas, nescio, an Crucigeris istis tuis Patriarchalibus eminentiores. Iulianum Cæsarinum Cardinalem agnosco. Ioannem Epidaurensem, neque inter mortuos, neque inter viuos Cardinalem comperio, licet eum & morum probitas, & doctrina extra aleam liberalis, & digna homine nobili ad id vocarent. Fuit is sacræ Theologiæ professor, Lombardiæ prouincialis, ordinis Prædicatorum. Andreas Sancta-Crucius Collat. 2. & 3. eum de Monte Nigro fuisse refert: cum alijs Pontificijs Oratoribus ab Eugenio ad conuehendos Græcos delegatus, vt legitur in Epistola Eugenij ad Ioannem Græcorum Imperatorem. Cum itaque non semel in Ioanne hoc Raguseo delires; primum inter Cardinales eum colligans, *a duobus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Iuliano Cæsarino, & Ioanne Epidaurensi, seu Ragusiano.* Secundum in tuis notis ad cap. 13. sect. 5. vnum eundemque faciens cum Ioanne Hispano, cum longe diuersissimus sit, *Ioannem Hispanum, Ioannem de Ragusio ordinis Prædicatorum, in sancta pagina magistrum Crusius vocat pag. 185.* Tertium, illum Scriniarium appellans. Ego te de tot erroribus expediam, quis nam hic fuerit, & quam diuersus ab alijs, qui hoc proprio nomine signati sunt; non ita multis edisseram. Aciem primus ducat Ioannes Dominici Ragusinus, de quo Michaël Pius de viris illustribus Prædicatorij Ordinis scribit:

Eum ex Stoica familia Ragusæum a nonnullis inter Episcopos numerari, ab alijs inter Patriarchas, sed cuinam Ecclesiæ præfuerit, nondum exprimi. Prateolum lib.9. cap. 2. de vitis, & sectis Hæreticorum referre circa annum 1430. *eum contra Ioannem Rochezanam Hæreticum Hussitam rationibus conflixisse: Antonium Lusitanum illius dicendi facultatem simul, ac pietatem celebrare, floruisseque anno* 1438. *Gozzæum tradere Argentinensem Episcopum fuisse, præconem egregium, & defensorem fidei acerrimum, & Cardinalem creatum, & missum legatum ad Imperatorem, qui tum agebat Constantinopoli. Veruntamen cum inter Chronologos nullus de eius Cardinalatu mentionem fecerit, putat Gozzæum deceptum fuisse*. Hæc Pius de hoc Ioanne Ragusẹo. Nos quod illius oscitantia erratum est, id acriori examine, vt verum habeatur, discutiemus. *Ioannes Stoicus*. Stoicus Familiæ nomen est apud Illyricos prope Ragusium ad hæc tempora continuatum, & vti mihi significauit Achridorum Episcopus locis in illis versatissimus, in hunc diem est quidam exacta iam ætate eo cognomine exultans, vti ex ea prosapia oriundus. *Ragusæus*. Ragusij scilicet natus. Oppositum alij asserunt. Paulus Cortesius, Alfonsus Fernandes, Michaël Ponciantius, Michaël Caroli Florentinus, Florentinum eum faciunt, de gente infima, & a patre Dominico Ioannem Dominici dictum. Raguseum vero ex Ragusio Ciuitate, cui Episcopus post Cardinalitiam purpuram præfuit. Hinc illius Argentinensis Episcopatus, & Patriarchatus, quæ nunquam obtinuit, reijciuntur. Conflixisse cum Ioanne Rochezana Hussita in Concilio Constantiensi certum est. *Scriptores item eius Cardinalatus non meminisse*, falsum est. Cum fere omnes, qui de eo scripsere, meminerint. Errorem etiam in numeris irrepsisse siue Typographi, siue exscriptoris incuria, siue etiam Auctoris ipsius, nullus dubito. Neque enim potuit floruisse anno 1438. qui ante decem, & octo annos hinc ex vita migrauerit. Nisi ex cerebro Creyghtoni Iuliani Cæsa-

Cæſarini ſubſidiarium ſubſtituere voluerimus mortuum, funeratumque pro ſuperſtite & viuo, eo ſolo nomine, vt duo Cardinales Cæſarinus, & Epidaurenſis, ſiue Raguſinus reſurgentes contra Epheſium,& Nicænum digladiaturi concurrant. Poſsem plures adducere, ſed vt a nugis effutiendis ſeſe contineat Creyghtonus, audiat inter alios Michaëlem Ponciantium de Scriptor. Florentinis; *Ioannes Dominici Dominicanæ familiæ alumnus, profeſſione Theologus, officio prædicator, & doctor, dignitate Archiepiſcopus Raguſinus, & Cardinalis ampliſſimus, tituli Sancti Xiſti; Diui Antonini Archipræſulis Florentini præceptor, primuſque ſuæ in Italia dilabentis Religionis inſtaurator, atque Romanæ obſeruantiæ vendicator, & auctor, qui tanta ingenij ſolertia, ac memoriæ tenacitate claruit, vt interpoſito iuramento in libro* Locula noctis *a ſe inſcripto, aſſeruerit, ſe in nulla ſcientia præceptorem habuiſſe, ſed D. Auguſtini exemplo omnes per ſe ipſum diſciplinas imbibiſſe, atque percalluiſſe fere omnes. Multa præclara reliquit volumina, quibus nomen ſuum poſteritati commendauit, de quibus ſubiecta feruntur, &c. Vir iſte igitur omnium ſua ætate clariſſimus, ac præſtantiſſimus anno Chriſtianæ ſalutis* 1340. *Florentiæ ex obſcuriſſimis parentibus in hanc lucem prodijt, &* 1362. *Diui Dominici ordinem primorum elementorum adhuc ignarus profiteri incæpit: anno vero* 1420. *teſte Ioanne Carolo, qui eleganti ſtilo ipſius geſta conſcripſit, mortalis corporis depoſuit pondus, & miraculis coruſcans, in templo D. Pauli primi Eremitæ Budæ ſepultus eſt. Cum enim ad Concilium Conſtantienſe a Gregorio XII. legatus pro vnione Eccleſiæ miſſus eſſet, peracto Concilio, atque habita vnione, hortatu Sigiſmundi Imperatoris a Martino Papa V. in Pannoniam etiam legatus, ad extinguendas Boëmorum Hæreſes nuper exortas deſtinaretur, illuc profectus cum reperiſſet Boëmorum animos ita in hæreſi obſtinatos, vt nec exhortationibus flecti, neque vllis aut precibus, aut minis poſſent ab incœpto reuocari, deſperatis rebus Budam ſe contulit, quæ eſt Pannoniæ Regia, vbi mœrore animi contabeſcens, vitam, vt dictum eſt, cum morte commutauit.*

Apud

Apud Monasterium Fesularum eius cura a fundamentis erectum, ipsius imago depicta conspicitur hoc Epitaphio illustrata. B. Ioannes Dominici de Florentia Archipræsul Ragusinus, & Presbyter Cardinalis, regularis vitæ in Italia reparator, & Cœnobij huius fundator.

Alter est Ioannes Hispanus, cuius etiam meminit Syropulus sectione 5. cap. 13. Τοὺς δὲ ἐφεξῆς ἀναδέξεσθαι λόγους, ὁ τοῦ ἱεροῦ Παλατίου διδάσκαλος. ἦν δὲ οὗτος Ἰωάννης ὁ Ἱσπανὸς, καὶ ἐρεῖ, καὶ ἀποδώσει τούτους. *Successurum autem sibi in disserendo sacri Palatij Magistrum. Erat autem hic Hispanus, qui dicet, & reddet responsa.* Et cap 4. Πρὸς τούτοις ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, ὁ διδάσκαλος τοῦ κούρτης Ἰωάννης ὁ Ἱσπανὸς, καὶ ἕτεροι ἕξ. *Præter hos Andreas Rhodi Episcopus, & aulæ Pontificiæ Magister Hispanus, & alij sex.* Et cap.16. ὁ δὲ Ἱσπανὸς Ἰωάννης φιλονεικότερον διελέγετο τῷ Ἐφέσου, καὶ ἀπὸ τῆς προκειμένης ὕλης τῶν λόγων ἐφ' ἕτερα μετέβαινε, καὶ προβλήματα προσέτεινε, μὴ δ' ὅλως τῷ προκειμένῳ σκοπῷ συμβαλλόμενα. *At Ioannes ille contentiosius cum Ephesio rixabatur, & a proposita materia, in aliam transcendebat, & alias permiscebat quæstiones, quæ nihil ad causam propositam faciebant.* Et tu in Notis ad cap.13. decernis stolidissime, esse; *Ioannem de Ragusio ordinis prædicatorum, in sacra pagina Magistrum Crusius vocat: pag.185. Nos alicubi etiam Scriniarium Apostolicum appellauimus, cuius frequens apud Binnium mentio.* Ioannes de Ragusio, patria nempe Ragusinus, esto etiam Episcopus Ragusinus, tibi Ioannes Hispanus est. Te Chorographo Illyricum, & Hispania vnum sunt, & millia passuum fere innumera vnis finibus vnoque modo copulata, quasi signo dato, aduersante natura, & tot terrarum, ac marium interiectis interuallis conueniunt. O quantum potest Chreyghtonianæ facultatis vehementia! Quæ numen separauit, ipsa coniungit, & quæ nutibus æternis fixit, ipsa eodem loci, & temporis vestigio dimota aliouersum discludit, & transfert. *In sacra pagina Magistrum Crusius vocat; pag.185.* Verum est Ioannem de Ragusio

gusio fuisse in sacra pagina Magistrum. An ideo, & Magister Curiæ Pontificiæ, & Magister Sacri Palatij fuerit? Si non intelligis verba, adeundæ tibi sunt scholæ, & tyrocinia grammatica ediscenda. Magister in sacra pagina est Magister in sacris literis, & Doctor, quem vel pueri dicerent *Theologiæ Doctorem*, qualem te esse in fronte Libri huiusce historiæ (an vere, diiudicent alij) profiteris; per me non licet, qui videam te neque sacrorum eloquiorum, neque Theologiæ arcana mysteria, vel summis labijs degustasse; cum non discernas, quid intersit inter Doctorem Theologum, & Magistrum Curiæ Pontificiæ, vel Sacri Palatij Magistrum. *Nos alicubi antea Scriniarium Apostolicum appellauimus, cuius frequens apud Binnium mentio.* Non nego. Vocasti. Sed quam apte? Scriniarius est, cuius fidei, ac curæ commissum Scrinium, siue arca Imperatoris, vel scripta Imperatoris ad alios, vel aliorum ad Imperatorem, quod Græcis Chartophylax, vel Χαρτουλάριος, aliquando etiam Latino nomine Scriniarius est: qui non vnius generis, sed plurium pro varietate negotiorum erat. Alius enim erat Scriniarius Imperatoris, alius Patriarchæ, alius, Monasteriorum, &c. Et loco, in quo dictæ chartæ asseruabantur, Χαρτοφυλακείῳ nomen erat. Quod nunc Archium, vel addita V Archiuum dicitur, & est locus, vel cella, in qua instrumenta publica, quod postea extensum est ad alia quoque antiquitatis monumenta, quasi in Principis custodia reponuntur. Et hic Scriniarius est. Licet id non probetur Balsamoni Meditato secundo de Protecdico, & Chartophylace. Ὁ δὲ Χαρτοφύλαξ κατευθύνει μονομερῶς τὰ τῷ Πατριάρχῃ δικαίῳ τῆς ἀρχιεροσύνης ἀνήκοντα. ὅπως μὲν οὖν τῶν ἄλλων τεσσάρων προκαθημένων τὰς προβλήσεις τετύπωται γίνεσθαι, καὶ πόσους ἕκαστος τούτων ἔχει χαρτουλαρίους τοῦ κόπου συμμεριστάς, καὶ πόσους σεκρετικοὺς διακονητάς, οὐκ ἔστι λέγειν καιρός. οὐ δὲ γὰρ περὶ τούτων εἰπεῖν προὐθέμην. ὅθεν δὲ καὶ ὅπως ὁ Χαρτοφύλαξ σεμνολογεῖται πανδο-

κλεῶν,

κλεῶς, καὶ καλεῖται τοῦ Πατριάρχου στόμα καὶ χεὶρ, ζητητέον. ἐπεὶ δὲ τινες παρωνυμίζεσθαι τὸν Χαρτοφύλακα θέλουσιν, ἐκ τοῦ φυλάττειν μεμβράνας ἤτοι κωδίκια, περιαιρετέον πρὸ πάντων τὸ ἐκ τούτου φυόμενον σκάνδαλον. ὁ γὰρ Χαρτοφύλαξ οὐκ ἔστιν, ὥς τινες λέγουσι, φύλαξ τοῦ σεκρέτου καὶ θυρωρός. τοῦτο γὰρ τῶν ὀστιαρείων ἀρχαῖον ἐπάγγελμα, ἐπισκοπικῶν δὲ δικαίων φροντιστὴς ἀξιόμαχος. οὕτω γὰρ καὶ Νομοφύλαξ καλεῖται, καὶ Σκευοφύλαξ στρατοπέδου βασιλικοῦ. *Chartularius autem pro sua parte solus ea dirigit, quæ iure Pontificatus ad Patriarcham pertinent. Et quo quidem pacto cæterorum quatuor præsidum institutiones, seu electiones fieri debere sancitum sit, & quotnam quilibet horum chartularios laboris consortes habeat, quosue suo in secreto ministros, alienum hoc loco fuerit dicere. Non enim de his loqui nunc instituimus. Vnde vero, & qualiter id venerationis insignis Chartophylaci tribuatur, vt os, & manus Patriarchæ nuncupetur, inquirendum. Et quia nonnulli nomen Chartophylacis ex eo deriuant, quod membranas, siue Codices custodiat, ante omnia tollendum, quod inde nasci posset, scandalum. Chartophylax non est, vti quidam perhibent, custos secreti, & ianitor. Nam ostiariorum vetus ea professio est, sed idoneus iurium Episcopalium curator. Sic etiam, & Nomophylacem, & Sceuophylacem castrorum principis dicimus.* Magister vero Curiæ Pontificiæ, vel sacri Palatij munus institutum tempore S. Dominici ab Honorio III. anno 1220. est, Lectionibus sacris viros ad palatium continuo aduentantes instruere, dirigereque concionando in viam veritatis, & in Catholicæ Ecclesiæ semitam: nec non libros editos denuo, vel recens cudendos inspicere, iudicareque, an aliquid in illis est, quod vel legem diuinam, vel mores offendat: tum demum expurgatos, emendatosque typis mandandi facultatem concedere. Et Ioannes iste Hispanus tempore Concilij Florentini id muneris exercebat: ideoque nomen sibi Magistri sacri Palatij, vel Curiæ Pontificiæ assumebat. Et eritne hic tibi Scriniarius? Apud ipsum nulla instrumenta publica, nulla vetusta monumenta,

menta; ſed ea tantum Originalia, quæ ipſe edendi publice facultatem conceſſit. Manuſcripta, vel abſque ſui licentia edita a Sacris Congregationibus, vti doctrinam non ſanam continentia, prohibita, vel, donec corrigantur, condemnata circumferuntur. Sed minutiora iſta miſſa ſint. Ioannes itaque Hiſpanus in Florentino Concilio Magiſter Sacri Palatij non eſt iſte, quem tu fingis, Ioannes de Raguſio, ſed Ioannes de Turrecremata eiuſdem cum Raguſio ordinis, inter Theologos ſuæ ætatis eximius, ob ſingularem doctrinam, & auctoritatem Pontificum acriter defenſam, ab Eugenio IV. ad Cardinalatum promotus. Hic diſputationem & bene longam, & ſatis doctam cum Epheſio de Purgatorio ingreſſus, ita abſoluit, vt Epheſium manus dare coëgerit. Moritur Romæ anno 1468. ſepultuſque eſt ad S. Mariæ ad Mineruam in Sacello ab ipſo conſtructo cum hoc Epitaphio; *Hic quieſcit Dominus Ioannes de Turrecremata, natione Hiſpanus, Epiſcopus Sabinenſis, S. R. E. Cardinalis S. Sixti, qui obijt* XXVI. *Septembris anno Domini* CIↃCCCCLXVIII. *Requieſcat in pace.*

Tertius eſt Ioannes de Raguſio, ſiue de Monte Nigro, ordinis Prædicatorum Prouincialis. Hunc Ioſephus Methonenſis vocauit ἔπαρχον Reſponſione contra Epheſium, περὶ τῆς δόξης πρῶτος ὁ ἐν θεολογίᾳ ὑψίνους Ἰωάννης, ὁ τοῦ σχήματος τοῦ ἁγίου Δομινίκου ἔπαρχος τὴν ἔναρξιν ἐποιήσατο. *Primus de dogmate Ioannes ille in re Theologica ſummi vir ingenij, atque in inſtituto Sancti Dominici Præfecti dignitate ornatus, diſputationem inſtituit.* Syropulus Seſſ. 6. cap. 13. Ἀπὸ τοῦ μέρους τῶν λατίνων ἐκλεχθέντες οἱ Καρδηνάλιος ὁ Ἰουλιανὸς, ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, ὁ Ἐπίσκοπος Φερουλιένσης, Προβεντζιάλιος ὁ Ἰωάννης, καὶ ἕτεροι δύο. *Ex parte Latinorum electi ſunt Iulianus Cardinalis, Andreas Epiſcopus Rhodi, Epiſcopus Foroiulienſis, & Ioannes Prouincialis, item alij duo.* Illud *a ſancta pagina*, additum Ioanni Prouinciali ex tua liberalitate eſt; & ex Cruſio depromptum, quem, vt ſupra vidimus, non intellexiſti. Acta Synodi

L Floren-

Florentinæ Binniana; Ἐξελεξάμεθα τοὺς παρόντας δύο διδασκάλους, τόν τε προβιντζιάλιον φρὰ Ἰωάννην, καὶ τὸν φρὰ Ἀμβρόσιον. *Elegimus præsentes duos Magistros, Prouincialem Fratrem Ioannem, & Fratrem Ambrosium*. Sed hic Ioannes de Ragusio Pronincialis Ordinis electus a Latinis vna cum Iuliano Cardinali ad onus disputationum suscipiendum contra Græcos, cum Prouincialis Ordinis dicatur, non erat Cardinalis: nam si fuisset, vt dictum est de Iuliano, ita etiam de eo pronunciatum fuisset; Nec Syropulus, nec Acta Concilij tacuissent; quandoquidem, cum quis in Cardinalem eligitur, vna cum dignitate noua, prioris conditionis notam, & in eminentiori statu positus pristinam vti viliorem exuit, & deponit: nec post electos ad disputandum Episcopos in enumeratione locum habuisset. Et galerum Cardinalitium, quem, cum disputaret, non habebat, etiam post illas disceptationes non habuit; vt ex Promotionibus Cardinalium a principio ipso Schismatis ad hæc nostra tempora discimus, & reliqui virorum illustrium Catalogi ab eruditissimis doctissimisque illius Ordinis scriptoribus concinnati, faciunt nos certiores. Quare cum tu dicis; *Illinc a duobus S. R. E. Cardinalibus: Iuliano Cæsarino, & Ioanne Epidaurensi, seu Ragusino, quorum eximias dotes, &c.* manifestum mendacij te teneo, cum vnus tantum Cardinalis, non duo, internoscatur: & tamen causa non erat, cur mentireris. Nec alius est Ioannes, cuius mentio apud Syropulum habetur sect. 2. cap. 23. Ἔστειλαν δ' ἐνταῦθα καὶ πρέσβεις τοὺς ἱερωμένους τὸν φρὰ Ἰωάννην, τὸν Ἰέρικον Μαγκὲρ, καὶ τὸν φρὰ Σίμωνα, δεδωκότες τούτοις καὶ ἀναλώματα ἱκανά, καὶ δύναμιν, καὶ ἐξουσίαν. *Basilienses miserunt huc Fratrem Ioannem, Henricum Mangerum, & Fratrem Simonem ordinibus sacris conspicuos, cum impensis, & cum auctoritate, & facultate, &c.* Cuius in Græcos Oratores promerita, & officia fuse exponit apud Imperatorem Demetrius Palæologus Magnus Stratopedarcha, huius studia, & conatus

pro

pro vnione fuse prosequitur Syropulus.

Pag. 16. *At quemadmodum in istis fabellis ad voluptatem compositis, multa reperiuntur veritatis fundamenta inter pleraque adscititia, & vana.* Probas exemplis Theagenis, & Charicleæ, & imaginibus limati pictoris arte fabrefractis ad aspectus diuersos. *Ita hactenus editi Conciliorum Codices quam plurima in genere verissimum perhibuere, vt consedisse tot Præsules ex omni terra Christiana in Italiæ populis, &c. Sed si particularia penitus introspicerentur, quam clandestinis dolis, quam apertis imperijs, &c.* Pag. 17. *Ita in totum scenæ facies permutaretur, vt nec eadem fabula, nec eædem personæ obtinere viderentur, sed diuerso cultu histriones in nouum Drama prodire.* En iam quod antea insinuaueram Creyghtono, tam cara Concilia in fabulam abiere, & Drama: nec rebus actis oratio conuenit. Hinc si quid occurrit in Concilijs, quod Creyghtoni somnia, & fatuas delirationes iugulat, sub manu responsum est, fabulas esse ad voluptatem compositas, & ascititia, & vana oblectationi hominum contexta. An excogitari potuit insulsius? Hæc tamen sua homo profanus, obscænusque amoribus Charicleæ, & Theagenis, & imaginibus pictorum ingenio effictis accommodat, & paria dictis suis funditat. Sic Pontificij in imagine abs te producta in vna parte Cardinalem Cæsarinum, in media Ioannem Epidaurensem, in tertia te tantum asinum, vel vrsum conspiciunt: neque enim tua proteruia mollioribus vinculis configenda est. Quando res Sacratissimæ, & potissima nostræ religionis negotia ludicræ, fabulæ, & scenæ tibi sunt.

EXERCITATIO VII.

Firmitudinem, quam supra concesserat Concilijs Oecumenicis Creyghtonus, inconstantia leuissima, & institutorum Ecclesiæ Catholicæ nescius, infirmat. Græcos ante Florentinum a Florentino

decreta contra Græcos defendiſſe. Scholarius familiæ nomen. Tres Orationes in Concilio habitas Scholarij non eſſe illius, qui Epheſij familiaris fuit. Epheſij ad Georgium Scholarium Epiſtola. Duos fuiſſe Scholarios, & eoſdem Georgios. Caryofilus Scholarios confundit. Scholarius qui Græcorum cauſam agit, fuit Monachus, non Patriarcha: Scholarius qui Latinorum, Patriarcha. Chalcocondyla expoſitus. Scholarius, qui poſtea Monachus, cum Concilium in Italia agebatur, morbo oppreſſus Byzantij, Byzantij immorabatur. An Matthæus Camariota fuerit præceptor Scholarij Patriarchæ? Georgij Scholarij Catholici ſcripta. Contra Caryofilum, & Arcudium librum quinque Capitum pro Concilio Florentino eſſe Patriarchæ Gennadij, & Catholici. De Georgio Scholario mendacia Riueti refelluntur. Alia eiuſdem Scholarij ſcripta contra Epheſium. Auctore Creyghtono, Turca Patriarcham Gennadium promouet.

HInc ſtilum conuertis ad adiecta: vt tu minus circumſpecte aſſeris. Namque ante Binnium, & editionem Colonienſem auctaria Binniano Syntagmati adiecta, vna cum eodem Concilio Florentino Romæ cuſa fuerant typis Vaticanis Conciliorum Tomo 4. quæ videre poteras, antequam in Binnium pronunciares. Supra dixeras, Conciliorum decretis ſtandum eſſe, nec ab eorum inſtitutis euagandum; nunc ea, quæ Concilijs firmitatem addunt, quaſi per iocum mimico dente carpis. Nam ſi a tergo, & fronte Bullæ Pontificiæ, Imperatorum Diplomata, necnon legationes principum, quibus veluti agmine compoſito, & aggeribus inſuperabilibus circumuallantur, & conſtipantur, & ſeſe vt propugnaculis firmiſſimis ab hoſtium incurſibus defendunt, ſuaque tutantur, infirmas, ac diſijcis; quiſnam nobis de eorum auctoritate, & veritate decernet? Sed garritus ſimiles Hæreticorum miſſos facimus, qui, cum volunt videri religionis reuerentiſſimi,

tiſſimi, religionem & exemplaria antiquæ pietatis erga Deum deſtruunt.

Pag. 18. *Verum tam infauſto cum augurio, vt ſi quis integritatem huius Synodi ab iſtorum appendicum fide metiretur, aut vtriuſue veritatem ab alterutro confirmare tentaret, vtriuſque auctoritatem ruere in fundum, vtrumque opus adulterinum pronunciare oporteret*. Tenebræ tibi ſunt omnia: ideoque Pontificiorum inſtitutum te fugit, nec capis animo: Concilium ſiquidem ex ſimilibus auctarijs, nec vim, nec robur acquirit, quod habet a ſupremo iudice, & duce infallibili confirmante, & decernente: ſed ſunt veluti adminicula, & ſubſidiariæ cohortes, quarum armis a calumnijs aduerſariorum propugnatur. Scriptores ſiquidem illi, & auctoritate diuinorum eloquiorum, & teſtimonijs Doctorum Eccleſiaſticorum, nec non aliorum Conciliorum, in eo Concilio nulla facta nouitate vetuſtum Dogma integrum conſeruaſſe, bonos mores, & conſuetudines reuocaſſe, & enatis noxijs ſurculis abſciſſis, incorrupta reſtituiſſe probant, & confirmant, ad illud exoſculandum, & excipiendum proniores ardentioreſque Lectores reddunt, & obiectis aduerſariorum dilutis, oſtendunt, quanto illi ſuo malo fato inſaniunt. Et hoc non tantum factum eſt in hoc Concilio Florentino, ſed in alijs etiam Oecumenicis, & primis illis quatuor, quæ tu ſupra adnotaueras, S. Gregorium Romanum Pontificem non minus quam quatuor Euangelia veneratum fuiſſe, quod & facturum Ambroſium Mediolanenſem, niſi poſt primum Conſtantinopoli habitum ſanctiſſimam animam efflaſſet, prænuncias. Quot pro illis, eorumque ſententijs tutandis Apologias, & Commentationes contra calumniatores ſcripſerunt Athanaſius, Gregorij Nazianzenus, & Nyſſenus, Cyrillus, Iobius, Ephræmius, Maximus, & innumeri alij? Et tu terræ viliſſimum pondus, infaucto augurio factam eſſe hanc Appendicem ad Concilium Florentinum concludis: eaque

que vtriusque auctoritatem in fundum ruere. ideoque adulterina pronuncianda?

Hæc cum ego ficta putem, nec commenta Græcorum fuisse libertatis suæ, ac religionis compotum, sed Latinorum quorundam, qui Græca hæc nomina ementiti, vniuersæ genti Orientalium infamiam inurere, & causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant, breuiter indicabo. Interim tu nulla antea lacessitus a Latinis iniuria Latinis ipsis infamiam inuris, cum falsi crimen ipsis inconsulto, immeritoque affingis. Pontificij, quidquid ipse nugaris, ad tutanda sua, quando & doctrina, & rebus alijs omnibus Orientalibus superiores sunt, similibus inuolucris non indigent, neque Græcorum opem ambiunt. *Non sunt commenta Græcorum.* Tractatus de religione Christiana, de Trinitate, de Purgatorio, de Visione Beatifica Creyghtono commenta sunt. Quid amplius diceret perfidissimus, & vniuersæ religionis desertor, cui neque ara, neque fides est. *Sed Græci sunt libertatis suæ, & religionis compotes?* Ergo commenta illa Græcorum sunt, cum in illis ea ipsa Græcorum religio, quam coluere Patres, & Concilia illius Ecclesiæ contineatur, quod alibi nos fuse probauimus de hoc eodem argumento Commentarijs editis. Vide Græcorum opuscula, quæ in Græciæ Orthodoxæ Tom. 1. & 2. Græce, & Latine publicauimus, & libros de Consensione Orientalis atque Occidentalis Ecclesiæ perpetua. Ex quibus disces, ante, & post Concilium Florentinum, etiam sæuiente Schismate, multos ex illis, quæ decreta sunt in Florentina, a calumnijs Schismaticorum vindicasse, probasseque, quæ Pontificij, & Græci in Synodo decreuerunt. Neque hic inficias iuero, ex Græcis plerosque in aduersam sententiam iuisse, quod doleo ex animo. Sed quis effrenata ingenia continebit, ne se perditum eant? *Et causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant.* Ex ista vnione, & auctarijs huiusmodi non video, quid Latinorum gloriæ accreuerit. An Ecclesia

clesia Romana extra suæ præeminentiæ limites extensa est? An opibus, vel prouincijs adaucta magnificentior, & maiestate sublimior? An populorum veneratione luculentior? Iura, quæ ante Concilium in Ecclesia Catholica, auctoritatem, quam in omnes fideles exercebat, nunc quoque post Concilium vsurpat, & deuictos sibi animos in viam salutis conducit. Quod ex contrario Græcis cecidit, qui post Photianum Schisma semper in peius corruerunt, & in Barbarorum, ac Infidelium manus dilapsi sunt, & ex iuribus Imperij, & prouincijs, & post Synodum nomine quoque, quod supererat, Imperij excidere, & in nihilum abiere. *Miserum quidem istud verbum est, multa habuisse, & nihil habere.*

Sed tuum iam est, Creyghtone, vti placitum est, indicare, qua ratione *Latini Græca hæc nomina ementiti, vniuersæ genti Orientalium infamiam inurere, & causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant.* Age dum confer te, & tuas vires explica. *Georgius ab optimarum literarum cognitione Scholarius dictus.* Siste cursum, ne proruas. *Scholarius* nomen familiæ est, & prosapiæ veteris cognomen, non ab instituto docendi, neque literarum cognitione a Georgio isto singulari modo depromptum, cum & alij quoque hoc cognomine insignirentur. Sed minutiora missa sint. *Et cum peracri iudicio literatorum summus, honesta fide, & vigilantis ingenij fœcunditate sic præpolleret, vt eius saluberrimis monitis, quam alius cuiuslibet, populares sui auscultarent, ita ab isto fingitur Latino tanti nominis plagiario, tres Orationes bene longas durante adhuc Synodo suis explicuisse.* Ergo *Latini genti Orientalium infamiam inurunt, & causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant.* Quæ hæc ratiocinatio est? Nouam mihi finge argumentandi methodum, & sinam sic habere, has orationes bene longas, & Gregorij XIII. ætate Græce post Concilium editas, & postmodum Græce, & Latine Romæ typis Vaticanis ante ipsius Binnij editionem confictas fuisse.

Sed

Sed vbique tam deformi obsequio, Latinorum in moribus, doctrina, & dogmatum veritate excellentiam præfert, suorumque ingenia tam fœde proterit, vt quis crediderit, hæc ab eo Scholario proficisci? Ergo Scholarij Orationes non sunt, & deinceps *Latini genti Orientalium infamiam inurunt, qui causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant*. Et dicemus Creyghtonum refertum araneis caput non habere? Sint prolixæ, sint remissæ, sint languidæ, non exurgant rerum abundantia, te iudice non vocato, & similia diiudicare ineptissimo, hoc plane nec Latinorum gloriæ quicquam addit, & si tibi in occipicio sani quid est, notam inurit Latinis, qui similia, vt suæ gloriæ consulerent, Græcis affinxerunt, non neruosa, & rerum abundantia exurgentia. Hoc fuerit famam suam prosternere, non subleuare. An non cognoscis ex hisce tuis nugis. *Te luce clariori non perfrui, nec fructum capere vberiorem, sed tuo malo fato, aut facilitati inuidere, aut insanire, vt quis crederet, hæc ab eo Scholario proficisci, qui Marco Ephesino, nostroque Auctori tam familiaris, quam suorum propositorum rationumque pertinax semper extitit.* Per me nulla est mora. Non inuitis manibus do, hasce tres Orationes non esse Scholarij Marci familiaris, sed alterius, qui Concilio interfuit, & vnionem promouit, vt potuit. An vero Ephesij *Familiaris iste tuus suorum propositorum, rationumque pertinax semper extiterit*, meum incertat animum Ephesij Epistola ad eundem Scholarium, qua quæribunda voce deplorat eiusdem in Latinorum sententiam delapsum. Non vendo nugas. Eam mihi ex Bibliothecæ Ambrosianæ Codice Manuscripto depromptam communicauit Vir doctissimus Emericus Bigotius; Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, ἡνίκα τῆς ὀρθῆς ἐγίνου, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς, καὶ πατρίου φρονήματος, καὶ τῇ καταδικασθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν συνηγόρησας ἀληθείᾳ, τοσαύτης ἐκ τοῦ ἐναντίου λύπης, καὶ κατηφείας ἐνεπλήσθημεν, ἀκούσαντες μετατεθεῖσθαι σε πάλιν, καὶ τἀναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν.

ἐπὶ

ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας κατάγει ταῦτα, καὶ φιλοσόφου ψυχῆς ἄξιον. καίτοι ἔγωγε τὰ ἐγκώμιά σοι πλέκειν ἤδη διενοούμην, καὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον ἐνενόουν τὸν τῆς θεολογίας ἐπώνυμον, Ἤρεσά τινα φιλόσοφον ἐπαινοῦντα τῇ τῶν Ἀρειανῶν ἐνοσάμενον δόξῃ, ὅτι φησὶ δορκαλίσι τὸ καλὸν σῶμα καταξανθεὶς παρεπέμφθη τῇ ἐξορίᾳ. σὺ δὲ μηδενὸς εἰς πεῖραν ἐλθὼν λυπηροῦ, μόναις ἀπειλαῖς, ὡς ἔοικεν πτοηθεὶς, ἢ δωρεῶν, ἢ τιμῶν ἐπαγγελίαις ἀναπεισθεὶς, οὕτω ῥαδίως αὖθις προδέδωκας τὴν ἀλήθειαν. τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὴν θυγατέρα Σιὼν, τὴν τοῦ φιλοσόφου λέγω ψυχὴν ῥιπιζομένην, καὶ μεταφερομένην, ὡς χοῦς ἀπὸ ἅλωνος θερινῆς. ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως, ὡς οὐκ ἐπὶ τἀναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητα δέ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν. οὐδέποτε διὰ μεσότητος ἄνθρωπε τὰ ἐκκλησιαστικὰ διορθώθη. μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐδέν ἐστιν. ἀλλ' ὥσπερ τὸν τοῦ φωτὸς ἔξω γενόμενον, ἐν τῷ σκότει εἶναι ἀνάγκη, οὕτω τὸν τῆς ἀληθείας μικρὸν παρεκκλίναντα, τῷ ψεύδει λοιπὸν ὑποκεῖσθαι φαίημεν ἀληθῶς. καίτοιγε φωτὸς καὶ σκότους ἐστὶν εἰπεῖν μεσότητα τὸ καλούμενον λίπαυγές, ἢ λυκόφως. μεσότητα δὲ ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐκ ἐπινοήσειεν ἄν τις, κἂν πολλὰ κάμῃ. ἄκουσον, πῶς ἐγκωμιάζει τὴν τῆς μεσότητος σύνοδον ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ἐμέρισεν, ὡς ἄφελόν γε καὶ ταύτας. ἐπὶ κακῷ γὰρ ἡ συμφωνία, εἴτε τὸ Καϊάφα συνέδριον, ᾧ Χριστὸς κατακρίνεται, εἴτε τι ἄλλο τοιοῦτον, τὴν σύνοδον ἐκείνην ὀνομαστέον, ἣ πάντα ἀνέτρεψε καὶ συνέχεεν. τὸ μὲν εὐσεβὲς δόγμα καὶ παλαιὸν, καὶ τῆς Τριάδος ὁμότιμον καταλύσασα τὸ βαλεῖν χάρακα, καὶ μηχανήμασι καταλῦσαι τὸ ὁμοούσιον, τῇ δὲ ἀσεβείᾳ θύραν ἀνοίξασα διὰ τῆς τῶν γεγραμμένων μεσότητος. σοφοὶ γὰρ ἐγένοντο πρὸς τὸ κακοποιῆσαι, οὐκ ἔγνωσαν. ἆρ' οὐ προσήκει ταῦτα καὶ τῇ νῦν ἡμετέρᾳ συνόδῳ; καὶ πάνυ μὲν οὖν φαίην ἂν ἔγωγε. πλὴν ὅσον οὐδὲ πολλὰ βουλομένη τῇ μεσότητι καὶ τῇ διπλόῃ χρήσεσθαι ἔσχε τοῖς μισθοδόταις κωλυομένη. διὰ τοῦτο καὶ φανερῶς, ὡς ἐκείνοις ἐδόκει, τὴν βλασφημίαν ἐξέρρηξεν. μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν Προφήτην εἰπεῖν, ᾠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι καὶ ὄντως ἱστὸς ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν συντεθεὶς, καὶ ὀνομασθεὶς ὅρος. μὴ οὖν ἀπατάτωσαν ὑμᾶς ἐπὶ μεσότητα καὶ διπλόην

αὖθις ἀναχωροῦντες. Καϊαφαϊκὸν γάρ ἐστι συνέδριον ἄχρις αὖ ἡ γενομένη παρ᾽ αὐτῶν ἕνωσις τὴν ἐκκλησίαν ἐπισκοτεῖ. μέχρι τίνος, ὦ σχέτλιε, τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς καὶ φιλότιμον ἐν τοῖς ματαίοις ἀπασχολεῖς; μέχρι πότε τὰ ἐνύπνια, καὶ ἡ ἀλήθεια παρυδαθήτω σοι; φεῦγε Αἴγυπτον ἀμεταστρεπτί. φεῦγε Σόδομα, καὶ Γόμορρα. πρὸς τὸ ὄρος σώζου, μὴ συμπαραληφθείς. ἀλλὰ κατέχει σε τὸ καινὸν δοξάριον, καὶ ὁ ψευδώνυμος πλοῦτος, καὶ τὰ κομψὰ, καὶ εὐανθῆ χλανισκίδια, καὶ τ᾽ ἄλλα, οἷς ἡ κοσμικὴ εὐημερία τὴν σύστασιν ἔχει. φεῦ τῆς ἀφιλοσόφου διανοίας τοῦ φιλοσόφου. περίβλεψον τοὺς πρὸ σοῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις περιφανείαις ἐξετασθέντας. αὔριον καταδύσει καὶ αὐτὸς εἰς ᾅδου, πάντα καταλιπὼν ὑπὲρ γῆς. τῶν δὲ τῶν βεβιωμένων λόγον ἀπαιτηθήσῃ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, ὥσπερ ἡ ψευδώνυμος σύνοδος ἀπαιτηθήσεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν τῶν σκανδαλισθέντων ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς πίστεως, τῶν τε ἀφόρητον βλασφημίαν, καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεξαμένων τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰς δύο τολμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ ὕπαρξιν. τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέσμοις καὶ καταγελάστοις λατινικοῖς ἔθεσιν, τῶν τὰς ἀρὰς καὶ τὰ ἀναθέματα τῆς καινοτομίας τῆς πίστεως ἐπὶ τῆς αὐτῶν κεφαλῆς ἑλκυσάντων. ἀλλ᾽ εἰς σύστασιν ἔσται τοῦ γένους, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἡ γενομένη παρ᾽ αὐτῶν ἕνωσις. πάνυ μὲν οὖν. οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ φεύγοντας, καὶ ἕνα ἡμῶν χιλίους διώκοντα, καὶ δύο μυριάδας μετακινοῦντα. τοὐναντίον μὲν ἅπαν οὖν ὁρῶμεν, ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ τὴν ἡμετέραν ἀρχὴν, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, ἐὰν μὴ κύριος φυλάξῃ τὴν ἡμετέραν πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ διὰ τῶν χρυσίων τοῦ Πάπα ταύτην φυλάσσοντες. ἀλλὰ δεῦρο λοιπὸν ὅλον σεαυτὸν μετάθες ἐπὶ τὸ νῦν. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. ἄφες τὰ Καίσαρος Καίσαρι. δὸς τῷ Θεῷ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ κτισθεῖσαν, καὶ κοσμηθεῖσαν ψυχήν. ἐννόησον, ὀφειλέτης αὐτῷ τυγχάνεις. ἀπόδος τὰς ἀμοιβάς. καὶ παρακαλῶ φίλτατε, καὶ σοφώτατε, δός μοι χαρῆναι ἐπὶ σοί. δός μοι τῷ Θεῷ δόξαν ἀνενεγκεῖν, ὅς σε διαφυλάττει ἀνώτερον παντὸς ὠνιαροῦ συναντήματος. *Quantum voluptatis, & lætitiæ nobis attulisti, cum rectam fidem, & piam, patriamque sententiam amplexatus es, & condemnatæ ab iniustis iudicibus veritatis patrocinium suscepisti,*

tantum

tantum e contrario mœrore, & tristitia repleti sumus, cum ad aures nostras peruenit, te rursum alterata facie pugnantia tenere, loquique, & cum pessimis Oeconomis vna confluere ad procuranda media vnionis, & dispositionis. Mala hæc sunt, indignaque animo philosopho. Licet iam ego tuas laudes concinendas excogitarem, & magnum Gregorium, cui a Theologia nomen est, mente reuoluerem, Heronem quendam philosophum laudibus efferentem, Arianæ hæresis propugnatorem, quod, vt ille aït, dorcalidibus pulchrum corpus dilaceratus, eiectus in exilium est. Tu vero nihil noxij expertus, sed minis tantum, vt videtur, perterritus, siue munerum, siue honorum promissionibus pellectus, perleui momento veritatem prodidisti. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & deplorabo filiam Sion, Philosophi intelligo animam, quæ concutitur, & conuellitur quasi puluis ex area æstiua. Forsan afferes, non in contraria mutationem esse factam, medium vero, & dispositionem mente agitari. Nusquam, mi homo, res Ecclesiasticas medijs adinuentis corriges. Nihil inter veritatem, & mendacium interijcitur. Sed quemadmodum extra lucem factus, necessario tenebris obuoluitur, sic qui paululum a veritate declinauerit, mendacio subdi non absone dicimus: licet luminis, & tenebrarum medium λυκαυγὲς, & λυκόφως sit. At veritatis, & mendacij medium nullus vnquam, & si multum insudauerit, excogitauit. Audi, quomodo Synodum, quæ medium procurat, appellet magnus Gregorius Theologus, qui recte linguas diuisit, quod vtinam in his quoque factum esset. Ad malum enim concordia conflatur, siue ille Caiphæ consessus, in quo Christus condemnatur, siue quid aliud simile Synodus vocanda sit, quæ omnia conuoluit, & conturbauit; pium & antiquum dogma, & vnum Trinitatis honorem dissoluit, cum aggerem extruxit, vt machinis consubstantiale confringat, & impietatis portas aperiat per illud ex scriptis procuratum medium. Sapientes siquidem ad male agendum, ad bene vero patrandum inepti facti sunt. An non hæc aptari possunt nostræ Synodo? Et apertissime, ego dicerem. Et nihilominus nihil interest, siue hoc medio, siue diploide vtaris, cum ab ijs, qui stipen-

dia erogant, impediatur : propterea que palam, vti illis complacuit, blasphemiam euomuit: imo vt cum vate pronunciem, aspidum oua eiecit, & telam aranearum contexuit; & vere aranea telam, quæ ab ipsis concinnata vocataque est definitio. Caue itaque, ne vos denuo seducant, qui ad medium atque diploidem recurrunt. Consessus siquidem Caiphæ est, donec vnio ab ipsis facta Ecclesiam obumbrat. Vsquequo miser, animi nobilitatem, & honorem in rebus inanibus occupata detines? vsquequo somnia? Veritatis quandoque tibi cura sit. Fuge Ægyptum irreuersis oculis. Fuge Sodomam, & Gomorram. Serua te in monte, ne deprehendaris. Verum occupauit te communis gloriola, & mendaces diuitiæ, & compta splendidæque vestes. & alia, quibus humana felicitas fulcitur. Heu, heu non philosophicam Philosophi mentem. Introspice penitus eos, qui ante te in similibus honoribus exaltati sunt. Cras descendes tu quoque ad inferos, relictis omnibus super terram. Rerum vero a te gestarum ratio exactissima a te expostulabitur, quemadmodum a falsa Synodo expostulabitur sanguis deperditarum animarum, quæ scandalum passæ sunt in mysterio fidei, quæ blasphemiam prorsus intolerandam, & venia indignam aduersus Spiritum sanctum exceperunt, & in duo principia referre eius existentiam accurarunt, in impias & perridiculas consuetudines abactæ, necnon imprecationes, & anathemata innouatæ fidei supra sua capita attraxerunt. Sed in confirmationem, & aumentum nationis futura est vnio ab eisdem facta. Et maxime vero. Nonne vides Crucis hostes in fugam conuersos? vnumque e nostris mille dissipantem, & viginti millia dispergentem? Veruntamen contrarium respicimus. Nisi Dominus ædificauerit nostrum imperium frustra laborant, qui ædificant. Nisi Dominus custodiuerit nostram ciuitatem, frustra vigilant, qui Papæ nummis aureis illam custodiunt. Igitur eia age nunc temporis totum temetipsum trasmuta. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quæ Cæsaris sunt, relinque Cæsari. Redde Deo animam ab eo creatam adornatamque. Mente cogita, illi te debitorem esse. Redde retributionem. Et exoro te, amicissime, & doctissime, fac vt de te gaudeam. Concede mihi, vt glo-

riam

riam Deo referam, qui te conseruet ab vniuersa noxa incolumem. Epistolæ præfixum erat. Ἐπιστολὴ κυροῦ Μάρκου τοῦ Ἐφέσου πρὸς τὸν κύριν Γεννάδιον τὸν Σχολάριον. τῷ Σχολαρείῳ ὁ Ἐφέσου. *Epistola Domini Marci Ephesij ad D. Gennadium Scholarium. Scholario Ephesius.* Scholarius itaque contra atque tu garris, suorum propositorum rationumque pertinax semper non extitit, si Marco Ephesio Scholario tam familiari fides habenda est, cui non denegabitur a te. Quod cum intellexisset Orationum editor non suppositios sed veros, ac legitimos fœtus Scholario imputauit. Sed hic Gennadius est non Georgius. Sed erit idem, vt infra patebit, licet medius dirumpatur Creyghtonus.

Pag. 19. *Nam in proœmio Orationum duos Georgios Scholarios nobis procudit, aduersis mucronibus in luctam descendentes. Vnum qui Synodum adijt, & hæc suis documenta concionatus putatur: alterum, qui domi mansit, Ephesini Præsulis discipulus, cui patrocinium causæ suæ Marcus moribundus commendauit; vnum, qui pro Marco contra Latinos, alterum, qui pro Latinis contra Marcum arma strinxit.* Quæ de geminis Synodis sub eodem nomine ab Arianis atque Catholicis coactis profers, sunt plane ἀπροσδιόνυσα. Et fatue oppositum concludis. Fuerunt duo simul Concilia Sardicæ, Nicææ, Arimini, & fere duo fuere, alterum a Catholicis, alterum ab Arianis celebrata, & sub eodem nomine clarent duo, vnum Catholicorum, alterum Arianorum. Ergo etiam potuere esse duo Scholarij sub eodem nomine, alter Catholici dogmatis, alter hæretici propugnator, & oppugnator. Sed tu contrarium colligis.

Sed vnde nobis duos Georgios Scholarios comprobabit? Cur non æque duas Florentias? aut duos Eugenios Quartos, & gemini soles, & duplices se ostendere Thebas, quod ebrietate vertiginosa laborantibus non numquam accidit? Examinemus nunc, quis vertiginosa ebrietate laborat, Creyghonus ne, qui vnum, an alij, qui eos duplicant? Et primum concedes puto,

vnum

vnum Georgium Scholarium Synodo Florentinæ adfuiſſe. Dicit hoc tuus Syropulus. μεθ' ὧν καὶ τὸν διδάσκαλον τὸν Γεμιστὸν, διδάσκαλον τὸν Σχολάριον, καὶ τὸν Ἀμηρούτζην. *Cum his Doctorem Gemiſtum, Doctorem Scholarium, & Ameru͡tzem*. Et Ducas in Hiſtoria cap. 31. ἀπὸ δὲ τῆς συγκλήτου ὁ Γεμιστὸς ἐκ Λακεδαιμονίας, Γεώργιος ὁ Σχολάριος, καὶ καθολικὸς κριτὴς, καὶ ὁ Ἀργυρόπουλος. *Ex Senatoribus aderant quoque Gemiſtus Lacedamonius, Georgius Scholarius, & Iudex vniuerſalis Argyropulus*. Et Cruſius in Turcogræcia pag. 59. Σχολάριον, *qui anno Domini 439. Latinis in Concilio Florentino de Proceſſione Spiritus Sancti etiam ex Filio aſſenſus fuerat; Doctiſſimus is erat, ſed quia ſacris non initiatus in Concilium non admiſſus*. Et in Actis Concilij Florentini huius ſæpius habetur mentio, & poſtmodum capta Conſtantinopoli Patriarchatum iniijt, & mutato nomine Gennadius dictus eſt. Alter fuit Marci Epheſij familiaris, qui non interfuit Concilio, & tandem ſub nomine Gennadij Monachum induit, & ſub eodem nomine, & habitu diem ſuum obijt. Quæſtionem hanc de duobus Scholarijs varijs difficultatibus inuolutam fuſe tractauimus in opere noſtro de Occidentalis atque Orientalis Eccleſiæ perpetua Conſenſione lib. 3. cap. 5. & Diſſertatione de Georgijs, & eorum ſcriptis ex quibus nunc, ad Creyghtoni inſcitiam in rebus etiam profanis demonſtrandam aliqua delibabimus, aliqua etiam addemus. Sic enim aliorum de eadem re, opiniones, diſcutiens diſſerebam. Sed de Georgio Scholario verba facturo, illud ante omnia expediendum eſt, plures ne, an vnus tantum Georgius Scholarius eadem ætate fuerint. Et vnum fuiſſe patria Conſtantinopolitanum philoſophicis diſciplinis, & reliqua literatura doctiſſimum, qui cum Ioanne Palæologo in Italiam ad Concilium venerat, in quo & de auxilio patriæ ferendo, & de pace, plures, atque elegantiſſimas Orationes, compoſuit: poſtmodum cum Imperatore Conſtantinopolim regreſſum,

capta

capta euerſaque Vrbe a Turcis, iuſſu Turcarum Imperatoris a Græcis inuitum Patriarcham creatum, nomenque in Gennadium mutaſſe, & cum non vltra annos quinque & menſes ſediſſet, negotiorum mole perterritum, Throno renuntiaſſe, ſibique vixiſſe videntur aſſerere Georgius Phranza lib. 3. cap. 19. Hiſtoria ciuilis Conſtantinopolitana, & omnium recentiſſimus Manuel Malaxus in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Et ex Latinis ij omnes, qui Commentarium de quinque Capitibus Concilij Florentini, Scholarij eſſe Gennadij, qui ante Georgius dicebatur, affirmant. Ioannes Matthæus Caryophilus Iconienſis Epiſcopus in Pręfat. quinque Capitum Concilij Florentini, quę ipſe vernaculo Gręcorum ſermone donauit, & in Notis ante Orationes Georgij Scholarij, poſt Concilium editis, cum videret ſub Georgij Scholarij nomine duos Commentarios diuerſos, aduerſoſque de eodem argumento, vnum contra Latinos pro Gręcis, alterum contra Græcos pro Latinis, in eam iuit ſententiam, duos fuiſſe Georgios Scholarios: vnum, qui Concilio Florentino interfuit, & pro Latinis contra Græcos ſcripſit, quique ſine vlla dignitate laicus ante captam Conſtantinopolim obijt; alterum Marci Epheſij alumnum, nunquam in opinionem Latinorum abreptum, & qui poſt ereptum Græcis Byzantium, patriarchatum occupauit, & calamo ſtricto contra Latinos inſanijt.

Probari poteſt. Scholarius antiquior multa dixit, & ſcripſit in Synodo, & poſt Synodum: poſterior ait, conſulto tacuiſſe ad illud tempus, quo contra Latinos ſcribebat, ſed iam tum ſuſcipere patrocinium diſſenſionis, familiarem, diſcipulum, & ſectatorem Epheſij. Ὃ δὴ καὶ περὶ ἐμοῦ σφᾶς πεποίηκε, ἢ ἀμφιγνοεῖν, ἢ τἀναντία δοξάζειν ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς παρ' ἐμοῦ ἐχεύσης σιωπῆς ἢ μὲν πλανωμένους, ποτὲ τὴν ἐν λόγοις, ἢ πράγμασιν οἰκονομίαν ἢ μὲν καὶ τὸ δοκοῦν σφίσι, παρερμηνεύοντας, εἰσὶ δ' ἃ καὶ συκοφαντοῦντας. ἔδει με τοίνυν καὶ διὰ

ταῦτα

ταῦτα λόγον συγγράψαντα, διορθώσασθαι μὲν αὐτῶν, τοὺς μὴ καθάπαξ ἀνιάτως ἔχοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην, καὶ σύμψηφον αὐτοῖς τε, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δόξαν ἐπαναγαγεῖν. Et, οὔτε γὰρ ἀμφιγνοήσει τις λοιπὸν, οὔτε συκοφαντεῖν προαχθήσεται τῆς ἐμῆς γνώμης ἐκδήλου γεγενημένης. ἥτε ἔμελλεν ὠφελιμωτέραν μὲν εἶναι καθ' ἑαυτὴν. ὠφελιμωτέραν δὲ ἢ πρόσθεν τοῖς τῆς ἀληθείας, φίλοις ἐκτίθεσθαι, τούτων μὲν ἕνεκα τὸν παρόντα λόγον ἐνεστησάμην. *Quod quidem in causa fuit, vt de nobis vel dubitarent, quandoque propter nostrum diuturnum silentium elusi, quandoque etiam nostram, aut in sermone, aut rebus dispositionem pro libidine perperam exponentes, quandoque etiam calumniantes. Oportebat itaque propter iam dicta Commentarium scribere, eosque, qui non desperata sunt valetudine, corrigere, & ad antiquam illam, & vna cum ipsis, & Christi Ecclesia opinionem educatam perducere.* Et; *Neque enim quis in posterum dubitabit, neque ad calumnias confugiet, mea sententia in publicum prolata, cum ex se ipsa opportunior, magisque, quam antea, proficua veritatis sectatoribus erat futura. Horum quidem causa præsentem sermonem institui.* Et in calce libri illa suggerit; Ἐμαυτοῦ δὲ πρὸ πάντων κατηγορῶ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν θρηνῶ. ὅσοι τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις ἑκόντες ἢ ἄκοντες, καὶ ἢ καθάπαξ, ἢ ἐκ μέρους, τινὸς ἐνεχήθημεν, ἢ δυνάμενοι λαλεῖν, ὅμως ἐσιγῶμεν ὑποστελλόμενοι. *Me ipsum præ omnibus accuso. Deploro propterea nos omnes, quotquot rebus illis sponte aut vi, in totum, vel ex parte interfuimus, qui cum loqui possemus, tacebamus tamen. & metu sermonem reprimebamus.* Subdit Caryophilus: *Ille*, nempe antiquior, *ante excidium Orientalis Imperij cessit e vita, hic captam vidit Constantinopolim, ille nunquam sacris initiatus obijt, hic Patriarchatu accepto, & mutato nomine dictus fuit Gennadius.* Hæc omnino temere asserta probare debuerat Caryophilus. Quanto cautius alibi in re obscurissima locutus fuit. Ἦν δὲ οὗτος ὡς ἔοικε συνήθης, ἢ καὶ μαθητὴς Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Erat autem hic, vt videtur, familiaris, siue etiam discipulus Marci Ephesij.* Sic cum ait, Scholarium antiquiorem Constantinopoli rogatu

Grego-

Gregorij Protosyncelli, deinde Patriarchæ complura Marci Ephesij argumenta contra Spiritus sancti a Filio quoque processionem valide confutasse, sed interea eo vita functo Bessarionem reliqua Marci Sophismata diluisse, nullo probatorum Scriptorum dicto confirmata; eludit nos in alea, & somnos narrat; vt ex ijs, quæ dicemus infra, cum de illo Georgij opusculo contra Marcum sermonem habebimus, manifestum erit.

De illis inter me, & Caryophilum conuenit, duos fuisse & eodem tempore, Georgios, Scholarios vtrosque cognomento, non indoctos, neque ineruditos, veruntamen non vno animo, nec eorundem defensores, sed sententijs, & voluntatibus discordes. Hic Latinos, ille Græcos ad extremum vsque spiritum oppugnauit. Bene. Quo ad cætera non assentior Caryophilo. Scholarius, qui Græcorum causam egit, inglorius absque vlla Patriarchatus dignitate, & forte ante excisum Byzantium, Monachi tantum habitu Georgium in Gennadium commutans, fato functus est. Habeo ex titulo Syntagmatis Γεωργίȣ τȣ̃ Σχολαρίȣ τ̃ ὕϛερον γενομένȣ Γενναδίȣ Μοναχȣ̃. *Georgij Scholarij, qui demum Gennadius Monachus factus est.* Nulla hic Patriarchæ dignitas: quam nec ipse, nec post illum exscriptores operis, saltem pro dignitate Syntagmatis, & nomen adeo carum, quo, postquam inditum illi semel est, adeo delectatur, vt nunquam in posterum alio, quam ipso publice, vel priuatim compellari, & scribi, Georgij obliterato, voluerit, siluissent. Hinc scripta illius omnia post Patriarchatum sub Gennadij Scholarij nomine, nulla Georgij facta mentione, innotescunt: quod aliter in Syntagmate cernitur, cui primum, & præcipuum Georgij, Gennadij tanquam minus notum præfigitur. Scripsit ante Patriarchatum initum Syntagma illud. Falsum. Monachus enim non potuit, nisi post Patriarchatum collatum fieri, cum ante e laico in dignitatem illam euectus

N sit.

ſit. Quare ſi Monachus; ergo iam fuerat Patriarcha: ſi ante Monachus, quam Patriarcha; ergo alius a Scholario Catholicæ Doctrinæ aſſertore. Nec alium fuiſſe exiſtimo, quam quem Corteſium Scholarium in alijs operibus manuſcriptis Codices indigitant, & Presbyterum, niſi tertium Scholarium adſtruere volumus, & ad quem Marcus Epheſius Epiſtolam contra ritus, & Sacrificia Romanæ Eccleſiæ direxit, perpetuum Florentinæ Synodi hoſtem, quod ex Leonardi Chij Epiſtola de expugnatione Conſtantinopolitana manifeſtum fit; nec tacuit Chalcocondylas lib. 6. cuius verba conſideranda veniunt; Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ᾽ Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν διαδοκιμοῦντι. *Marco Epheſio Epiſcopo; ne quidem ab initio Latinorum dogmati conſenſum præſtare volenti, Scholarioque tunc temporis doctiſſimo*. Male ergo Interpres; *Nam Marcus Epheſi Epiſcopus, & Scholarius Græcorum doctiſſimus ne quidem ab initio Latinorum dogmati conſenſum præſtare voluerunt*. Quæ cum non animaduertiſſet Iacobus Pontanus in cap. 9. lib. 4. Hiſtoriæ Cantacuzeni, varia comminiſcitur. Neque enim iſte Scholarius in Italiam venit, neque conſenſum præſtitit, alias Chalcocondylas aperte mentiretur. Ducas in Hiſtor. Byzantina cap. 36. de diſſidijs inter Græcos antequam vrbs a Turca vaſtaretur, Τότε τὸ σχισματικὸν μέρος ἐλθὸν ἐπὶ τῇ μονῇ τοῦ παντοκράτορος ἐν τῇ κέλλῃ τοῦ Γενναδίου τοῦ πότε Γεωργίου Σχολαρίου, ἔλεγον αὐτῷ, καὶ ἡμεῖς τί ποιήσωμεν. *Tum eorum Schiſmatici ad Pantocratoris Monaſterium currunt Gennadium, antea Georgium Scholarium nuncupatum adeunt, conſiliumque ab eo, quomodo ſe gerere debeant, petunt*. Vides hunc Scholarium Schiſmaticum poſt Concilium Florentinum, ante captam Conſtantinopolim iam Monachum factum; in cella, ac Monaſterio Pantocratoris a Schiſmaticis conuentum? Qui id ait, ea ipſa ætate florebat, & mentiendi nulla cauſa eſt. Georgius, qui in Concilio fuit poſt captam Conſtantinopolim, cum adhuc eſſet ſecularis, Patriarcha-

tum

tum aſcendit.Extrica tu,qui vnum vtrumque eſſe contendis, ſi potes. Et vt tandem euidentiſſima ratione rem firmem,Scholarius iſte Romanæ Eccleſiæ perduelliſque,ne in Concilio Florentino fuit, neque adeſſe potuit, infirmitate oppreſſus:qui poſtea Monachum induens, & ſub eo habitu etiam poſt Concilium vnionem illam Florentinam ſummopere obiurgans, multum cum Latinis conflictatus eſt. Quod de Catholico Scholario, qui cum Imperatore Florentiæ fuit,& nonniſi cum ipſo Patriarchatu,ſemper antea laicus,Eccleſiaſticis initiatus,male aſſeritur. Manifeſtum itaque eſt,non Scholarium Patriarcham, ſed alterum Monachum a Patriarcha diuerſum,conuitium Eccleſię Latinę feciſſe.Non ex me iſta profero. Teſtis ipſe Scholarius ſuæ conditionis ſtatum probet. Meſazon Imperatoris gener dignitate Magni Ducis,& cognomento Notarę celebris,cum Concilium in Italia ageretur,ad Theodorum Caryſtenum, qui cum Imperatore Synodo intereratque,pleras Epiſtolas dederat, aliaſque multo plures familiariſſime, & eodem tempore ad Scholarium, ab Imperatore ipſo diſiunctiſſimſi;cui reſpondens Scholarius,ſcribit Epiſt.1. Ἴσως ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς ἐπανήκῃ, καὶ δέῃ με προσαγορεύειν ἐκεῖνον. δίκαιον γὰρ ἅπαξ, ἂν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ, τούτου δεήσομαι, ὅτε καὶ πείσεις τὸν πάντ' ἄριστον βασιλέα. *Fortaße,vbi Imperator redierit,tua interceſſione eum alloquar. Neque enim iniuſta,ſi Deus dederit,ab illo petam. Quando omnium optimo Imperatori perſuadebis,&c.* Qui expectat reditum Imperatoris,cum Imperatore non eſt. Præterea Catholicus, plurimi ab Imperatore pendębatur,vt ex actis Concilij ſatis colligitur: Schiſmaticus dum hæret,& colloquia Imperatoris,aliorum opera ſibi procurat,parum virtutis,parum animi,parum etiam neruorum habuiſſe,vilemque apud Imperatorem ſe fuiſſe demonſtrat. Sed qui potuit graui morbo, tantum ope diuina pellendo, impeditus, in Italiam adnauigare? Scholarius eſt, qui loquitur eadem Epiſtola; Ὑφ' ἑνὸς μόνου τοῦ τοῦ σώματος ἐνοχλοῦμαι δυσχερείας, ἧς οὐκ ἔστι

μηχανὴ θαύματος ἀπαλλαγῆναι. *Et vna tantum corporis intemperie laboramus, cui sine miraculo mederi haud facile fuerit*. Ideoque in secunda ad eundem Epistola gratias agit, quod de medico sibi prouiderat; Σὺ γὰρ ἤδη καὶ τὰς ἡμῶν μαντευόμενος χρείας, φθαίεις τὴν αἴτησιν, καὶ τὸν ἰατρὸν γὰρ ἡμῖν ἔπεμψας, πρίν τι παρ' ἡμῶν εἰδέναι σαφῶς, ὃς καὶ λίαν ἡμῖν ἔδοξεν ἐξαρκεῖν. *Tu enim, & nostras praeuidens necessitates, postulata anteuertis: medicum enim nobis misisti, antequam a nobis certior redderetis, qui nobis maxime idoneus visus est*. Quid plura? Adhuc Byzantium sub Christianis Imperatoribus stabat, & ipse, nescio, an vitæ pertæsus, an gloriæ flagrans cupiditate, Monachorum albo ascribitur, Georgijque nomine omisso, Gennadij sibi adsciscit. Hinc Epistola 8. scribi cœptum, Γεννάδιος ἐλάχιστος ἐν μοναχοῖς, *Gennadius minimus Monachus*. Et Notaras rescribit, Τῷ ὁσιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς, καὶ λογιωτάτῳ διδασκάλῳ τῷ ποτὲ Σχολαρίῳ. *Venerabilissimo Monacho; & eruditissimo Magistro quondam Scholario*. Quod etiam magis, ac magis confirmatur ex Historia Ducæ pag 154. Τότε τὸ σχισματικὸν μέρος ἐλθὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ παντοκράτορος ἐν τῇ κέλλῃ τοῦ Γενναδίου, τοῦ ποτὲ Γεωργίου Σχολαρίου, ἔλεγον αὐτῷ. *Dum qui Schismati adhærebant ad Monasterium Pantocrateris accedentes, in cella Gennadij, qui antea Georgius Scholarius nuncupabatur, illi dicebant*. Et, quod magis animaduersione dignum est, Monachorum quoque curam in se recepit, cui postea renunciare coactus, ad Athum montem se contulit, vt idemmet asserit Epist. 9. Ἐπεὶ καὶ τῆς μονῆς, ἧς ἤδη τὴν ἐπιμέλειαν ἐπεδεξάμην μὲν τὴν ἀρχὴν, λογισμοῖς θειοτέροις κεκινημένοι, ἀλλὰ νῦν τῶν δεδιακότων ἐκείνην, καὶ δεηθέντων παύειν λαβεῖν, οὐ πάνυ τοι τοῖς ἡμετέροις συμφωνούντων σκοποῖς, οὐ ῥᾴδιον τουτὶ δεξαμένοις σύνθημα, περὶ τοῦ δεῖν μᾶλλον ἰδιοπραγμονεῖν, καὶ τὴν ψυχὴν καθαίρειν, καὶ ἀνάγειν πρὸς ἕδρας τοῖς ἀπλανέσιν ἐκ Θεοῦ φωτισμοῖς, καὶ τὸ ὁδηγίαις τῶν ἀρχαιοτέρων ἐκείνων, καὶ τὴν μικρὰν ἐκείνην παρρησίαν ἀμέμπτως ἐσύνομεν. Et infra; ἀλλ' ἐμέ γε οὐκ εἰς μακρὰν Ἄθως δέξεται.

Quan-

Quandoquidem , & Monasterij , quod ipse minime ignoras , curam in nosmet initio suscepimus , diuinis seruientes afflatibus . Veruntamen cum illi , qui Monasterium tradiderant , & precibus nos iteratis ad illud suscipiendum compulerant, cum nostris cogitationibus non concordarent , nosque eorum conatus , tanquam cœlestem tesseram suspiceremus , nos scilicet priuatam vitam viuere , animumque purgare , conarique infallibilibus Dei illuminationibus , vetustiorum illorum adhortamentis manuductos , ad excelsiora promouere , pusillum illum fastum inculpate neglexinus . Et , sed me non multo post Athos excipiet . In Epistolis item , quas Monachus scripserat, licet habitum mutarit, naturam tamen suam haud vincere potuit , vt in Romanam Ecclesiam, quam semper contumeliose lædit , odium sibi insitum aliquo modo ex animo euelleret . Hic ergo factus Hegumenus , renunciat dignitatis, & a vulgo, ac scena , vt ita dicam, in secreta sui domicilij se reuocat, & secum viuit , & plane in Monasterium Batopædij ; si nos Syropulus tuus non fallit, Sect. 12. cap. 3. in quem inter alios Synodus Constantinopolitana suffragia dederat , vt promoueretur in Patriarcham, cuius Imperator Ioannes , cum perquam optime teneret animum in Latinos infestum , vna cum alijs reiecit ; Καὶ ἐξελέξαντο τὸν Τραπεζοῦντος , τὸν Κυζίκου, καὶ τὸν προηγούμενον τοῦ Βατοπαιδίου, τὸν ἱερομόναχον κῦριν Γεννάδιον. ἐδέξατο οὖν ὁ βασιλεὺς τὰς ψήφους, καὶ οὐκ ἀπεδέξατο, ὅτι οὐ τεθείκασι τὸν Ἡρακλείας . Tu vertis , *& in hæc tria nomina consenserunt, in Trapezuntium, Cyzicenum , & Batopadij præfectum Hieromonachum Dominum Gennadium . Et delata suffragia cum Imperator in manum accepisset, omissum Heracleensem indigne tulit .* Et sic ex tua Græcæ linguæ, & Monastici instituti inscitia, historiam satis apertam , & prælucidam more tuo densis tenebris præstringis. Nondum enim, quid sit προηγούμενος , calles . Id nominis additur Monacho , qui antea Præfectus cum esset , siue Hegumenus , & Monasterij moderator , ac gubernator, deposita dignitate aliorum se ditioni, ac dominationi submittit ,

mittit, quem non incongrue dixeris. *Ex præfectum*. Tu hac tua versione, qui præfectus non est, præfectum facis, & historiam tui Scholarij putide obcæcas. Ante namque Græcorum reditum in patriam hic Scholarius renuncians dignitati, sacra vero mysteria celebrandi facultatem retinens, vti Sacerdos Hieromonachus dicitur, & προηγούμενος *ex præfectus*, vocatur a Syropulo, & βατοπαίδιον Montis Athi Monasterium esse discere poteras ex Bellonio, & Rutgersio, & alijs.

Quomodo ergo Scholarius Catholicus erit Patriarcha Schismaticus? Monachum mihi a Patriarcha, Concilio adhærentem ab eo, qui in Concilio non fuerat, seiunge, & euidentissime contra Caryophilum conclude, Scholarium Schismaticum nullo modo Patriarcham fuisse: eum qui in Italia fuit, non ante excisam vrbem fato occubuisse, sed adhuc superstitem in Imperij Othomanici exordio, vna omnium sententia ex laico Patriarcham electum: Scholarium alterum prius Monachum factum, continuo Schismati inhæsisse, qui nec Patriarcha fieri potuit, cum non ex laico, sed ex Monacho, & Monachorum ex præfecto, in Patriarchatum ipsum, contra Scriptorum omnium fidem, gradum fecisset. Scholarius porro, qui semper virtute, & doctrina sua præsidio Latinis contra Græcos fuit, præceptorem habuit Matthæum Camariotam, si fides vlla habenda est Maximo Margunio Epistola ad Dauidem Hoeschelium, Synopsi Matthæi Camariotæ Rhetoricæ præfixa: quod tamen falsum esse ex ijs, quæ narrat Theodosius Zygomala Epist. ad Martinum Crusium manifesto colligitur, magisque alius ineptior, qui ait eundem præceptorem fuisse Gennadij Scholarij postquam ille Patriarchatum inierat, cum Græcorum Imperatore in Italiam veniens, Concilio interfuit, & rogatus sententiam, licet ipse laicus esset, Patriarcha Constantinopolitanus fit, & mutato nomine Gennadius dici voluit; & quemadmodum

antea

antea Patriarchæ, in eorum conſecratione ab Imperatoribus Chriſtianis,ita ipſe a Turca excipitur.Phranza lib.3. cap. 19. Hiſtoria Politica, Malaxus in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Quinquennium præfuit, & aliquot menſes, & tranquillæ vitæ, ac quietis ſtudio Patriarchatu ſe abdicauit,& in Monaſterio Prodromi in Monte Menœcei prope Serras ſito vitam poſuit. Genebrardus Chronologiæ lib. 4. in Nicolao V. neſcit; *An is ſit Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui Synodo Florentinæ interfuerat, & pro Latinis contra Græcos de Capitibus quinque ſcripſerat e Græcorum Patrum teſtimonijs, nullo tamen euidenti argumento, ſi bene ſapio*. Scripſit inter alia varias Orationes, Primam ad Synodum Orientalem Florentiæ; *De pace, & ferendo Patriæ auxilio*. Secundam, *de facienda vnione dogmatica, quæ præſenti rerum ſtatui eſſet profutura*. Tertiam, *qua impedimenta pacis tolluntur*. Quartam, *in qua exponuntur, per quæ pax huiuſmodi perfici poſſit*. Editas Romæ Græce, & Latine cum Concilio Florentino, Interprete Ioanne Matthæo Caryophilo. Earum aliquas in Ruthenam linguam verſas, Ioanni Baſilio Magno Moſchouiæ Duci Poſſeuinus, vt ipſe narrat in Apparatu, obtulit. Argumenta Orationum non ab alio quam ab ipſo Scholario petamus ex Concilij Florentini Seſſ. XXV. Ἧς μὲν γνώμης γέγονα, καὶ εἰμὶ περὶ τὴν πραγματείαν τῆς ἑνώσεως ὅλην, ὁ πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερὰν ταύτην σύνοδον σχεδιασθείς μοι καὶ πεμφθεὶς λόγος δηλοῖ. ἐν ᾧ πρός τε τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν βοήθειαν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πραγμάτων τοὺς ἱεροὺς τούτους προετρεψάμην πατέρας. μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὰ δύο βιβλία, ἅπερ πρότερον συντεθεὶς νῦν ἐγχειρίζω τῇ παρούσῃ συνόδῳ, ὧν τὸ μὲν ἐστι συμβουλὴ περί τε ἑνώσεως καὶ τρόπου αὐτῆς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς ταύτην ἁρμόττει τὴν ὕλην. τὸ δὲ περὶ τοῦ ζητήματος πραγματεύεται, σκοπὸν ἔχον δεῖξαι τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, οὐ λόγοις ἀνθρωπίνοις, οὐδ' ἀποδείξεσιν, ἀλλὰ ῥητοῖς τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν διδασκάλων αὐτῶν. ἅπερ δύο βιβλία φαῦλος μὲν ὢν ἐγώ, καὶ παν-

τάπα-

τὰ πᾶσιν ἀρετῆς, καὶ σοφίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ γνώσει καὶ πᾶσιν ἡμῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. Et, καὶ ἔσονται ταυτὶ τὰ βιβλία, τοῦτο μὲν ἐναργὴς καὶ διηνεκὴς ἀπόδειξις τῆς ἐμῆς διανοίας, τοῦτο δὲ πληροφορία τις ἱκανὴ, καὶ βεβαίωσις περὶ τῆς τῶν διδασκάλων συμπνοίας καὶ συμφωνίας πάσῃ χριστιανικῇ καὶ ἀφιλονείκῳ ψυχῇ, ἑτοίμου ὄντος μου, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ χάριτι λόγον ἀποδιδόναι τῷ βουλομένῳ λαβεῖν περὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. *Quam ego quidem habuerim, & nunc habeam sententiam de proposita unionis materia, indicat sermo a me vtcunque compositus, & huic nostræ sanctæ Synodo oblatus, quo sacros hosce adhortabamur Patres ad unionem, & auxilium rebus Constantinopolitanis ferendum: testantur etiam duo Libelli, quos antea compositos, nunc præsenti Synodo trado. Quorum alter consilium dat, vt fiat, & quomodo fieri debeat unio, & exponit quidquid aliud ad hanc materiam spectat: alter vero quæstionem ipsam tractat, estque illi scopus ostendere, Doctores Ecclesiæ inter se concordes esse, non rationibus, ac demonstrationibus humanis, sed Sacræ Scripturæ, & Doctorum eorundem sententijs; Quos duos libellos exilis ego quidem, ac tenuis, & eruditione, & scientia, & prudentia, & omnibus plane, &c.* Et; *Eruntque hi libelli, & sensus mei euidens, ac perpetua demonstratio, & satis aperta declaratio consensionis concordiaque Doctorum, qua satisfactum erit omni Christianæ, minusque amanti contentionum animæ: me ipso quoque parato, gratia diuina fauente, ad reddendam volenti cuilibet rationem de omnibus, quæ inibi scripta sunt.* Nec alio respexit Marcus Ephesius; Καί τις τῶν ἡμετέρων ἐπεχείρησε λέγειν, ὡς καλὸν ἐστιν τὴν εἰρήνην ἀσπάζεσθαι, καὶ τοὺς ἁγίους συμφώνους ἀποδεῖξαι πρὸς ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ δοκοῦσιν οἱ δυτικοὶ τοῖς ἀνατολικοῖς ἀντιφθέγγεσθαι. *Et quidam ex nostris aggressus est dicere; Bonum est pacem amplecti, sanctosque inter se consentientes demonstrare, ne videantur Occidentales contraria loqui Orientalibus.* Ad quem Iosephus Methonensis; Συνηγόρησε δ' αὐτῷ καὶ Σχολάριος ὁ σοφὸς, ὃς καὶ λόγους τρεῖς ἐξέθετο περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τοὺς ἁγίους ἀνατολικούς τε καὶ δυτικοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις μάλα γενναίως συμφωνοῦντας ἀλλήλοις ἀπέδειξεν. *Cuius sententiam Vir doctus*

Scho-

Scholarius confirmauit, qui tres etiam Orationes de vnitate Ecclesiastico edidit, quibus Sanctos Orientales consentire cum Occidentalibus præclare admodum demonstrauit. Et tandem non est, quod tempus conteramus in litibus, Creyghtone. En hic est ille, qui litem dirimet. Tu supra de Syropulo dixeras; *fidem ei omnem deesse necessum est, qui Syropuli integerrimis narrationibus detractum iuerit.* Præclare. Sino sic habere. Ergo Orationes istas, minimum primam, Scholarius scripsit. Vnde hoc arguo? ex tuo Syropulo Sect. 3. cap. 6. Τότε δὲ καὶ ὁ διδάσκαλος ὁ Σχολάριος λόγον ἀνέγνω συμβουλευτικὸν, ὃν ἔφθασεν ἤδη ἐκμελετήσας σοφῶς ἄγαν καὶ συνετῶς, ὃς καὶ ἐπηνέθη παρὰ πάντων ὡς ἄριστα συγγεγραμμένος. *Tandem, & Doctor Scholarius orationem in genere deliberatiuo, quam antea conscripserat sapienter, & docte, & vti optime conscriptam omnes laudarunt.* Lege reliqua, & confer. Negas egisse ad Synodum Græcorum Scholarium? *fidem tibi omnem deesse necessum est, qui Syropuli integerrimis narrationibus detractum is.* Ais? Ergo insaniebas, cum scriberes Georgij Scholarij Oratiunculas, *fictas te putare, & Latinorum quorundam commenta, qui Græcum illud nomen ementiti, vniuersæ genti Orientalium infamiam inurere, & causæ suæ gloriam parare plus æquo appetebant.*

Scripsit etiam *pro Concilij Florentini quinque Capitibus*, in eius Definitione decretis, *Apologiam*, editam sæpius Græce, & Latine Fabio Beneuolentio Senensi interprete, & vernaculo Græcorum sermone, Interprete Ioanne Matthæo Caryophilo. De huius voluminis lectione Nicolaus Maioranus, eodem Beneuolentio referente, Melfitensis Episcopus dicere solebat. *Ego quinquaginta annos in famulatu huius sacræ Sedis, & Pontificum vixi, eosque ob innumera in me merita colui semper, vt debui; at nulla alia re magis ad eorum cultum sum accensus, & inflammatus, quam ex huius voluminis lectione.* Hinc Beneuolentius affirmabat, Curiæ Romanæ dignitatem ab alijs miris præconijs fuisse celebratam: nam

Nicænus Beſſario, & Trapezuntius Georgius de primatu Petri lectu digniſſima condiderunt, paucis ea quidem cognita, ſed luce, ac Sole digniſſima: verum eos longo interuallo ab eloquentia Gennadij abeſſe. Is hunc librum in Vrbe Conſtantinopolitana videtur conſcripſiſſe, paulo poſt direptionem eius ſub Mahumete Turcarum Imperatore. Opus hoc aureis centum ſe coëmiſſe Cardinalis Sirletus teſtatus eſt. Liber itaque optimus, & Chriſtianæ Reipublicæ aduerſus hoſtium calumnias tam proficuus magno plauſu poſt editionem exceptus non tantum propter argumentum tam commodum, & rerum pondera, ſed etiam ob Scriptoris ſapientiam, & dignitatem, qua nulla alia in Græcia aut grandior, aut excelſior, maximo apud omnes in pretio habitus eſt. Quid æqui rerum æſtimatores ſenſerint, non hic referam. Tantum dicam, de Auctore huius libelli nunquam eos hæſitaſſe. Ita Baronius, Bellarminus, Poſſeuinus, Coccius, innumeri alij Catholici, Hæretici, Græci etiam ipſi omnes vno ore Gennadio noſtro tribuerunt; qui cum illius doctrinæ impetum ſuſtinere non valerent, genuinum Auctoris nomen non negant, affirmant tamen illa ſcripſiſſe amicum Synodo, poſtea hoſtem factum mutaſſe ſententiam, & contrarium ſcripto tradidiſſe. Hoc lubens Græcis conceſſerim, dummodo certum mihi determinent tempus, quo ea ſcripſerit, vt inde poſſim aſſequi, quemnam ex illis primum, quem poſterius edidit; an qui pro Græcis eſt contra Latinos, an vero qui pro Latinis contra Græcos? Quod cum ipſi non ſatis tuto enunciare valeant; qua dictorum conſtantia dicunt, prius pro Latinis ſcripſiſſe, deinceps mutata ſententia in Latinos pro Græcis laborem ſuſcepiſſe? Nonne potuit oppoſitum eſſe, vt primum pro Græcis, poſtea pro Latinis dictarit? Sane quidem Scholarius, de quo queritur Epheſius, prius cum Græcis concordat, tum eorum opinione repudiata, Latinorum doctrinam excepit, & tutatus eſt. An

non

non & huic Gennadio quinque Capitum Auctori hoc idem potuit contingere, vt inde non incommode arguatur, eum Græcorum sententia vti falsa reiecta, ad Latinorum vti veriorem, studio singulari agnitam, animum applicasse? Non negabunt, puto. Sin minus, illius scriptionis certum tempus designent, ne ineptire videantur.

Arcudius, & Caryophilus, Græci ambo, literis sacris profanisque excultissimi, scriptisque pro Ecclesia Catholica celeberrimi, ille de Concordia lib.1.cap.3., hic in Præfat. ad hunc Auctorem, aperto marte negant, argumentisque nituntur ostendere, alium esse huius Voluminis parentem; & quasi victoriam reportassent, triumphantes, hominem abigunt, nomen delent, & alium, cui opus vindicent, ardenter perquirunt. Hinc liber adeo vtilis, nomine mutilus, veluti e putri natus, sine vlla proprij parentis auctoritate inter hominum manus vilescit. Opus hoc Defensionis quinque Capitum, Caryophilus ait, nullo modo elaboratum est a Scholario Gennadio Patriarcha, qui fuit perpetuus Florentinæ Synodi hostis; quod etiam a Chalcocondyla testatum antea dixerat; nec ipsi etiam posse attribui, quod is nullo Sacerdotio functus ante captam Constantinopolim excessisset: huius autem operis scriptor Sacerdos fuisse videtur, deploratque Constantinopolitanam cladem. Addit, falsum auctoris nomen deprehendere non fuisse perdifficile, sed verum substituere, vaticinantis esse potius, quam vera, ac certa dicentis. Cum in secundo capite, de Nicephori Callisti Xanthopuli Lectionibus, quæ cum Triodio Græcorum editæ sunt, & ieiuniorum diebus legi solent, tradit, non recitari Constantinopoli, sed a quibusdam intrusas in hac ciuitate, & plerosque, Cretæ Vrbem eum intelligere, cum ciuitatis nomen non exprimat, asserere. Præterea in quinto Capite reprehendens eos, qui se aiunt, obedientiam Papæ debitam abiecisse, quod ille peccator sit: *Hac,*

inquit, *ab ijs per ſimulationem dici, timentibus iram illorum quibus dicta ciuitas ſuberat, quod Latini eſſent. Vera enim cauſa eſt, quod Papam pro Hæretico habent.* Et cap. 3. *Quidam Sacerdotuli valde imperiti, & nebulones, & cunctis noſtris Inſulis magnas effecere turbas, docentes non eſſe ſoluenda mortuis iuſta per commemorationes, nec eſſe communicandum cum pijs, & Catholicis Sacerdotibus.*

Iſta non ſunt tanti, Lector, vt me, alioſque a ſententia dimoueant. Vim argumentorum expendamus. Gennadij Patriarchæ in Eccleſiam Romanam acerrimum, ac perpetuum odium fuit. Falſum eſt. Quis id ait? Chalcocondylæ aliorumque dicta non de Gennadio Patriarcha, ſed de Gennadio Monacho intelligenda ſunt. An odium quis excitat in illum, cuius dicta veneratur, & defendit? Gennadius in dignitate ſumma, dogma de proceſſione Spiritus Sancti etiam ex Filio promouit. Cum eſſet Patriarcha a Mahumete Turcarum Imperatore de pluribus Chriſtianæ Fidei articulis interrogatur, quibus ipſe per formam Dialogi reſpondet, cum de productione perſonarum agitur; *Duæ ſunt in diuinis perſonæ productæ, Filius & Spiritus Sanctus. Non generat Filius, ſed generatur, proptereaque dicitur productus: ſimiliter Spiritus Sanctus non ſpirat ſed ſpiratur, & ideo dicitur productus. Si igitur interrogatus fueris, in diuinis quæ ſunt perſonæ producentes? reſponde, duæ. Nam Pater generat Filium; & Pater, & Filius ſpirant Spiritum.* Hic Gennadij libellus Græce, & Latine ab Ioanne Alexandro Braſſicano Viennæ Auſtriæ 1530. excuſus eſt. Quid hic diceres de Eliæ Veielij parum accurato in euoluendis Græcorum libris ſtudio? qui Exercitatione Hiſtorico-Theologica de Græcorum Eccleſia hodierna ſcribit, *Vt vt ſit, Gennadius certe in ſua ad Mahumedem fidei expoſitione nullius meminit articuli ex ijs, de quibus cum Pontificijs pugnatum erat.* At non erant, ſi verum fateri volumus, homini impio, & cribro, vt ita dicam, infideliori, & non ex fide conquirenti, diuinæ doctrinæ myſteria proponenda, quæ

da, quæ tum apud multos, siue perfidia, siue pertinacia in dubium vocabantur, sed tantum indubitata, & penes omnes firmissima, ne Tyranno iniquissimo occasio daretur, vel nostra irridendi, vel etiam calumniando exterminandi. Quid enim putas illum facturum, si contentiones inter Græcos ipsos de illis Capitibus agitatas vel supremis labris insusurrasset? Insultasset probe, & vti ridicula iactitasset. Non sunt omnia primo intuitu profanis, factiosis, & ne genio quidem suo credentibus ingerenda, sed prudenter, carptimque proponenda, vt fecit hic Scholarius, qui certa ad Mahumetem Turcarum Principem, & de quibus nulla erat controuersia scripsit, Turcis alijs alia quoque in Dialogo, in quo, vt vides, processionem Spiritus etiam ex Filio leuiter attigit, cum dixit, duas esse personas producentes Spiritum Sanctum, Patrem, & Filium. His Catholico nostro Scholario etiam post Patriarchatum vna mecum gaude. Quid ergo de malitia Græcorum in Scholario argutatur Posseuinus? Hic idem lib. de Prædestinatione, quem post Patriarchatum Iosepho Thessalonicensi nuncupauerat, Augustinum vltimis Schismaticis nomen exosum, cum Basilio, Nazianzeno, Nysseno, alijsque Græcorum præcipuis Patribus confert, illiusque sententiæ non minus acquiescit, in eius dicta valde propensus.

Hic ante captam Constantinopolim excessit. Falsum est. Qui enim ante Vrbis excidium obijsse potuit, qui post illud quinque & plures annos Patriarcha in ea vitam egit? At ante illud Georgius Scholarius vita functus est. Quid inde? Esto. Georgius obierit. An ille erit Georgius, qui Florentiæ Synodo interfuit? Qui contra Marci Ephesij capita scripsit, Catholicus nempe, imperfecto opere, letho bono emoritur, & laborem excepit Bessarion. At vnde id habemus, Georgium ante Patriarchatum opus illud aggressum fuisse? Pudet me fallacias struere. In fatis an-

tis antiquis Codicibus, vt in ſimili temporis interuallo antiquitas exoptari poteſt, Apologiæ, non Georgij Scholarij, ſed Gennadij Patriarchæ nomen præfigitur.

Dicet Caryophilus, Gennadium Patriarcham ſuperuixiſſe Gregorio Protoſyncello: quomodo ergo Georgius ille Scholarius, qui reſpondit Epheſio, ante Gregorium mortuus eſt, ſi poſt Gregorium contra Epheſium ſcribit? & ante Gregorium mortuum eſſe, palam eſt: nam eo demortuo, nec abſoluto opere Gregorius Beſſarionem exorauit, vt reliqua reſponſionis abſolueret: an potuit mortuus ſcribere? At mi homo illud conſiderandum erat, hunc Gennadium Patriarcham non ſucceſſiſſe Gregorio defuncto, ſed Gregorio adhuc viuente, qui Romæ vitam agebat, & poterat colloqui cum Gennadio Patriarcha, adhortarique eum, vt contra Epheſium ſcriberet, & poſtea demortuo illo, prouinciam ſcriptionis Beſſarioni committere. Quanam ergo ratione Scholarius ille, qui pro Latinis ſtetit, ante exciſum Græcorum Imperium mortem oppetijt? Quomodo nullo Sacerdotio functus, qui Patriarcha fuit? *Huius operis ſcriptor videtur Sacerdos eſſe*. Probe: ante enim Patriarchatum conſecratur Sacerdos. *Deplorat Conſtantinopolis cladem*. An arduum eſt, id fieri a ſuperſtite cladis? Vndenam falſum ergo hoc auctoris nomen Caryophilus deprehendit? Eodem conatu non erit ſane perdifficile in reliquis etiam ſcriptoribus falſum nomen deprehendere. At qua laude? Quo commodo? Si quæras ab eo verum nomen, & indemnitati operi conſulas; non ille ſe haruſpicem ait, neque vatem; exauſpicauit ex cerebro, an redauſpicandum in mentem?

Non multo poſt, qui ſua vaticinia abiudicat ad aliorum coniecturas, neſcio quam ſolide, pedem figit; *Xanthopuli lectiones Byzantij non recitantur, ſed eæ a quibuſdam intruſæ in hac ciuitate. Crete Vrbs hæc ciuitas eſt.* ἀσυλλόγιστα συλλογιζόμεθα. Sed eſto. Sit Creta. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, non

in qua

in qua ego ſcriptor, ſed in qua vos, ad quos ſcribo, habitatis. Et forte librum hunc ad Cretenſes, ante alios Romanæ Eccleſiæ infenſos, vt faſtum & odium eorum comprimeret, miſit.

Ad illud de ſimulatione Græcorum propterea, quod timerent iram eorum, quibus Ciuitates ſubeſſent, *quod Latini eſſent*. Hæc poſtrema falſo Gennadio appingit. Alios alius ſubſtituet: cum tum temporis alibi etiam, & pij homines, & Latinis addicti dominarentur. Conſidera Græciæ ſtatum, quiſnam eo tempore fuerit, & videbis. In Græcia præter Conſtantinopolitanum, & Trapezuntium Imperatores, & Ameras Turcarum, dominabantur Rex Cypri, Magiſter Rhodi, Ianuenſes, Veneti, Naxiæ Dux, Dux Cephaloniæ, & Zacynthi, Deſpota Artæ, Athenarum Comes, & Thebarum, Dominus Mitylenes, Eunij, genere omnes Latini, & vt par erat, Latinorum dogmatum propugnatores;& Caryophilus nobis inter ſolius Cretæ inſulæ limites Latinos concludit? Quid præterea nobis turbas concitat,exturbatis Inſulis? An deſunt vbique Inſulæ, quas Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſine alicuius offenſione in Græcia ſuas appellare poteſt? Quare a communi Eccleſiæ Latinæ conſenſu, quidquid; ille audeat, ipſe certe non recedam. Illa etenim non temere, ſed rebus bene conſideratis, & doctiſſimorum virorum conſilio ſæpius examinatis res peragit. Neque in iſto negotio diligentiam illius defuiſſe, conſtanter liceat dicere, prudenterque affirmo. Sic ſub Gregorij XIII. auguſto, ac vere in omnes nationes, & Græcos præcipue munifico dominatu, poſt erectum Græcorum Collegium, in quo Græcorum adoleſcentes, exules e Græcia literas, ac feliciores artes vna cum pietate gratis ille imbui voluit, vt inde poſtea alijs, ſed ſuis potiſſimum communicent, cum libri neceſſarij & Græcis vtiles futuri, diligenter conquirerentur,nullus aptior,quam Florentini Concilij Acta,

& Gen-

& Gennadij huius pro quinque Capitibus defensio, & Orationes has Scholarij continens, iudicatus est: ideoque varijs Codicibus immani etiam pretio comparatis, examinatisque, ne fraudi locus esset, Acta Concilij, & Gennadij Patriarchæ pro dicto Concilio Commentaria, vt Græci omnes veritatem addiscerent, elegantissimis ipse typis Græce simul euulgat... Sub ea fide per tot annos ab omnibus excepta, lecta, & in testimonium ad oppugnandos aduersariorum errores, veritatemque comprobandam, adducta sunt. Nunc nescio qua ratione, contra tot Manuscriptorum Codicum fidem, & auctoritatem Ecclesiæ a Caryophilo, *falso ante Gennadio Patriarchæ adscripta*, asseruntur. O mi homo, quis hic fucum facit? Quis fidem fallit? Romę edita sunt seniorum Consilio, Gregorij XIII. iussu. Audi; Ἃ δὴ πάντα εἰς τὴν τῆς εὐσεβείας προκοπὴν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν συντείνοντα, καὶ παμπληθεῖς ὡς πλείστων τῶν τε ἀνατολικῆς καὶ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας ἁγίων πατέρων, καὶ ἐπιφανεστάτων διδασκάλων ἐννοίας, καὶ γνώμας περιέχοντα κατανοήσας ὁ μακαριώτατος ἡμῶν δεσπότης Πάπας Γρηγόριος τρισκαιδέκατος, ἅτε σπουδαίως ἀεὶ τῇ κοινῇ ὠφελείᾳ, καὶ σωτηρείᾳ ἐπιγρηγορῶν, τυπωθῆναι, καὶ ἐκδοθῆναι προσέταξεν, *Quæ omnia cum ad propagandam pietatem, & veritatem dignoscendam maxime conducentia, plurimas, quam plurimorum Patrum Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ, & præclarissimorum Doctorum considerationes, ac sententias continentia, cum comperisset Beatissimus noster Dominus Papa Gregorius XIII. tanquam qui semper summo studio communi vtilitati, & saluti inuigilat, typis tradi, & publicari mandauit.* Quis est, qui falso ascribit? O conatus fuisses occultius! & o cautius rem pertractasses! Non vrgebo vlterius. Falso ista ascripta sint. Quanam ergo deinceps securitate Acta Concilij eadem auctoritate edita, te iudice, vera esse profitebor?

At Græci dicunt, Gennadium, cum pro Synodo Florentina scripsisset, postmodum regressum in Græciam, palinodiam cantasse, & alium librum contra eandem Syno-

Synodum composuisse. Dicunt Græci; fateor. An ideo verum est? Temere illi dicunt, & falso, quod Gennadij Monachi opus est, Gennadio Patriarchæ ascribunt. Dicunt etiam, Synodum ipsam Florentinam neque legitime, neque secundum Ecclesiastica iura absolutam: stat tamen veritas.

Adnectit Caryophilus; *Huius operis scriptor ad finem primi capitis, & in quinto pariter loquitur non quasi pars ipse Concilij, sed editam, inquit, a Sancta Synodo Definitionem, quam & ipse accepit, amplexatus, & veneratus fuit, & Oecumenicam Synodum secutus est.* Nonne vides Gennadij nostri vestigia non adumbrata, sed expressa? Qui potuit laicus Concilij pars esse? Illis excipienda sunt Concilij decreta, non sancienda. Hic ergo ipse, qui concilio interfuit, nec in eo locum habuit, & post ereptam Græcis Vrbem, multas Insulas sibi obnoxias habebat, scriptor huius voluminis, ne in tanto aliorum consensu nos disentire soli videamur exstimandus. Tandem vbi vnum tantum dixero, reprimam me. Concilij Florentini, eiusdem decretorum, summa cum grauitate copiaque dicendi, causam egerunt ante alios, quos ipsi vidimus supra, Gregorius Protosyncellus, & Iosephus Methonensis: sed neutri labor hic ascribendus videtur, Caryophilo censore: nam Iosephus stilo vtitur vehementiori, & acriori; Gregorius Constantinopolitanus cladem non vidit: Nec contemnenda sunt, quę ad idem probandum adducit Arcudius lib. 2. cap. 15. Alter ergo huius defensionis auctor quærendus. At quinam melius nostro, idque non leui coniectura, Gennadio? Ipse enim in postremo omnium opusculo, quod in Marci Ephesij argumenta morte imminente conficiebat, morteque raptus conficere non potuit, huiusce pro quinque Capitibus Defensionis mentionem tanquam a se compositæ facere videtur. Namque cum ad Auctoritatem S. Maximi ab Ephesio allatam, responderet, scribit; Οὕτω

γάρ φησιν οὐκ ἄν τις ποιοίη τὸν υἱὸν αἰτίαν τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως, καὶ αἰτίαν ἐνταῦθα τὴν πρώτην αἰτίαν δηλοῖ, συνεσταλμένως λαμβάνων τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα, οὐκ ἐξαπλωμένως, καὶ καθόσον ἔχει καί τινα τρόπον σημασίας συνεζευγμένον, οὐ κατὰ μόνην τὴν σημασίαν, ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἂν ἦν τὸν Μάξιμον ἀληθεύειν· τὸ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, συγχωρεῖν, καὶ πάλιν ἀρνεῖσθαι, τὸν υἱὸν καθόλου αἰτίαν εἶναι τοῦ Πνεύματος, καὶ ἑαυτὸν ἀγνοοῦντος ἂν ἦν. οὐ γὰρ ἐπιγινώσκει τὰς ἄλλας τοῦ ἀνδρὸς τούτου μεταλήψεις ἡ τῶν ἑλλήνων φωνή. πρὸς τῷ καὶ παντάπασιν ἄλογον εἶναι, εἴτις εἰς τὴν μετὰ τὴν διὰ μεταβάλλοι. ἔσται γὰρ καὶ ὁ υἱὸς ἐκπορευόμενος μετὰ τοῦ Πνεύματος, ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα γεννώμενον μετὰ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁ ἀνὴρ ἀξιοῖ. περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἐν τοῖς εἰς τὸ ζήτημα συγγεγραμμένοις μοι πεπραγμάτευται. *Sic enim, ait, nemo Filium Spiritus sancti processionis causam faceret. Et causa hic primam causam denotat, strictim, non late causæ nomine sumpto, & vt in se quendam significationis modum, non secundum solam significationem, habet: aliter enim fieri non posset, vt Maximus veritatem diceret. Quippe per Filium procedere Spiritum, concedere, rursumque in vniuersum Filium esse causam Spiritus negare, se ipsum ignorantis esset. Neque enim reliquas huiusce Viri acceptiones lingua Græcorum nouit: eoque magis, quod præter rationem omnino esset, si quis præpositionem Per, in Cum, commutaret; Erit nanque & Filius cum Spiritu procedens, aut Spiritus cum Filio genitus, si quis Spiritum cum Filio producere, vt Vir ille contendit, assereret. De quibus in ijs, quæ de hac Quæstione scripsimus, accuratius disseruimus.* Et ab his dissimilia non sunt, quæ in primo capite Apologiæ afferuntur.

Neque illud omitti debet. Theodosius Zygomala Epistola quadam ad Martinum Crusium, ex Epistola Gennadij Patriarchæ de capta Constantinopoli prolixam sane sententiam transcribit, quæ ijsdem verbis legitur in Defensione quinque Capitum cap. vltimo. Ergo idem auctor est illius Epistolæ, & Defensionis: sed Epistolæ est Gennadius Patriarcha, Zygomala asserente; ergo & horum

rum Capitum Gennadius erit. Ergo Gennadius Patriarcha Catholicus fuit. Ergo ille, qui Concilio interfuit. Non ergo discipulus Marci Ephesij perpetuus Latinorum hostis. Et si quid in hac re sapio, more Græcorum posteriorum fraus fuit. Ne enim Gennadius illorum patronus sine titulo, aut dignitate negligeretur, Patriarchatus titulo, dignitatem Libello conciliatum iuerunt. Antiquiora nanque exemplaria, illis ipsis temporibus transcripta, quæ videre pleraque ad hunc diem potui, neque Gennadij, neque Patriarchæ, sed Scholarij tantum, quem doctissimum vocitant, alijsque laudibus onerant, nomine præsigniuntur. Recentissima, & postrema quædam Gennadium Monachum, quædam Gennadium Patriarcham per summum nefas præferunt. Et Codices Londinenses ex quibus editus est, non aliud habuere, præter, Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὕστερον γενομένου Γενναδίου μοναχοῦ. *Georgij Scholarij, qui tandem fuit Gennadius Monachus.*

Et hoc quidem pro inuestiganda veritate inter Catholicos disceptari poterunt, & mihi Caryophilus gratiam habebit, si, quod ipsum latuit, in medium produxi. Quid ad præuertendam veritatem Critici moliantur, exponam. Andreas Riuetus Critici Sacri lib.4. cap. 19. dum argumento Bellarmini, quo Thesauros Cyrilli ex Gennadio Scholario, qui, Cyrillo in ijsdem libris auctore, Romani Pontificis auctoritatem confirmat, restituere, & comprobare conatur, respondet, Gennadium hunc Scholarium, a Gennadio seniore Patriarcha Constantinopolitano, qui sub Leone Imperatore Anatolio successit anno 458. ait diuersum fuisse. Quod & cœci vident, & tyrones in rebus Ecclesiasticis facillime dignoscunt. Qui enim, qui Synodi Florentinæ partes tutatur, ante ipsam Synodum nongentos octoginta, & vnum minimum annos viuere potuit, & Synodi, quæ nondum erat, causam suscipere? Sed examinemus reliqua, vt ex hoc quoque, quan-

tum criticus iste sapiat, internoscatur. Verba illius sunt; *Nec etiam potuit esse Gennadius ille Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus, qui in Gregorij Florentiæ demortui locum a Græcis suffectus est, reiecto Bessarione, quem Papa creauerat Patriarcham, sed titulo tenus, vt testatur Genebrardus Chronologus lib. 4. anno 1449. Aut si fuit idem Scholarius, certum est resipuisse, cum vna cum Marco Ephesio retraxerit omnes Græcos a Latina Ecclesia, vt scribit Chalcocondylas lib. 5. de rebus Turcicis. Sed nec verum est, aliquando aliter sensisse Scholarium, Græcorum doctissimum, sed eidem Auctori fides habeatur, qui ne quidem ab initio Latinorum dogmati præstare consensum voluiße Marcum Ephesium, & Scholarium testatur: vt valde probabile sit, quæ sub huius Gennadij nomine inter Latinos prodierunt, a Græcis transfugis, a Pontifice conductis fuiße sub Constantinopolitani Scholarij nomine conficta, & ex Thomæ Aquinatis Opusculis aduersus Græcos magna ex parte desumpta.* Perpendamur singula; *Nec etiam potuit eße Gennadius ille Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus.* Hoc sane probandum erat. Quid enim impedit, hominem post Concilium Florentinum viuentem, pro Concilio Florentino scribere, & quam in Concilio sententiam tulerat, post Concilium contra aduersarios, & obtrectatores propugnare? An non potest Riuetus, qui post Caluinum viuit, causam Caluini, cui vehementer deuinctus, vehementer omnia cupit, & vult, contentiose, & vt verius dicam calumniose, peragere? Potuit itaque Scholarius Patriarcha pro Concilio Florentino, cui interfuit, & superstes extitit, scribere. *Qui in Gregorij Florentiæ demortui.* Quis Gregorius iste fuerit, dicat Riuetus. Ego in Actis Concilij Florentini Græce conscriptis, & ab Andrea Sancta-Crucio Latine, Patriarcham Constantinopolitanum nullum alium nisi Iosephum, qui cum Imperatore in Italiam aduenerit, comperio. Quo demortuo, & in S. Mariæ Nouellæ sepulto, nullum alium Græci in Italia, licet id enixe præstolaretur Eugenius Pa-

pa, Patriarcham elegerunt. Poſtmodum Byzantium regreſſi anno 1440. Metrophanem ex Metropolita Cyziceno Patriarcham Conſtantinopolitanum renunciant. Et deinceps ob ſimultates, ac Græcorum propter vnionem diſſidia, cum nullus Patriarchatum ambiret, Gregorium Meliſſenum, Mammam dictam, catum, & probum virum, & ſpiritualem Imperatoris Patrem, Patriarcham Græci vel inuitum creant, qui ante exciſum Byzantium, & vrbis expugnationem turbini rerum ſuccumbens ſeſe Patriarchatu abdicat. Et licet Gregorius iſte lib.3.cap.3. vt id quoque obiter moneam, a Georgio Phranza Georgius nuncupetur, fortaſſe id vel exſcriptoris, vel Interpretis vitio, & facili lapſu, vel quod vtroque nomine inſigniretur, quemadmodum, & in alijs adnotabamus in Diatriba noſtra de Georgijs, & eorum ſcriptis, factum videtur. Sane ἔκφρασις compendioſa Phranzæ, quæ apud me eſt manuſcripta, eo in loco Gregorium agnoſcit. Τὸν δὲ αὐτοῦ τοῦ ἔτους Αὐγούστου διέβη ἀπὸ τῆς πόλεως ὡς φυγὰς καὶ ὁ Πατριάρχης κῦρις Γρηγόριος. *Eiuſdem anni menſe Auguſto aufugit ex vrbe veluti transfuga Patriarcha Gregorius*. Tandem expugnata vrbe, ita etiam compellente Turcarum Principe, vt Græci Conſtantinopolim conuenirent, ſicque in deſertam, ac deſolatam Ciuitatem extorres populi remigrantes, ſtabile ſibi domicilium collocarent, Georgius Scholarius, qui Concilio Florentiæ interfuerat, vir ſapientiſſimus ex laico Patriarcha eligitur, qui mutato nomine Gennadius appellari voluit. Quomodo ergo in Gregorij Florentiæ demortui locum ſuffectus eſt Gennadius iſte Scholarius Patriarcha, qui Gregorio Meliſſeno poſt captam Vrbem ſucceſſit? Dicet, ſe Laonicum ſecutum, qui de Leonis Imperatoris vaticinijs tractans, Patriarcham, qui vna cum Imperatore in Italiam abijt, Gregorium vocat lib. 8. Οὔτε τὸν Γρηγόριον τὸν ἐπὶ Ἰταλίας οἰχόμενον ἐχώρει ὁ πίναξ ἐκεῖνος. *Neque Gregorium in Italiam abeun-*

abeuntem, tabula illa accipiebat. Sed hoc eſt cœco duci nimium fidere. An non dedecet Criticum, qui omnia ſacra profanaque diiudicat, errore alterius, quem debuerat corrigere, & in re potiſſima, labi? Cautior ſane fieri poterat, ſi oculos, cum Laonicum legeret, in occipitio non habebat, animaduerſione illa, quam ibidem margini Conradus Clauſerus, vel alius affixerat; *Is in Actis Concilij Florentini Ioſephus vocatur*. Et certe, ſiue Gregorius, ſiue Ioſephus Patriarcha ille, qui Florentiæ obijt, nuncuparetur, parum rei fauere, quod non ita dixerim in Critico omnia exagitante, videtur: nihilominus cum reliqua non cohæreant, nominis quoque immutatio maximi eſt. Et vt rem expediam, ſiue Gregorius, ſiue Ioſephus ſit Patriarcha Florentiæ demortuus, illud verum, ac indubitatum eſt, Gennadium, ſiue Scholarium Patriarcham, quidquid Riuetus dicat, non ſucceſſiſſe.

Reiecto Beſſarione, quem Papa creauerat Cardinalem. Hoc præter quam quod falſo, maligne etiam aſſeritur. Non ſolent Græci reijcere, quos Papa titulo tenus creat Patriarchas: id nanque eſſet in meſſem alienam, hoc eſt Eccleſiam Latinam falcem mittere. Et Pontifex Romanus, dum iſtis electionibus nihil ipſis de ſuo imminuat, parum illis curæ eſt, ſiue Patriarchas, ſiue Metropolitas promoueat. Hoc in Ægæi maris Inſulis, in quas paſſim Epiſcopi Latini a Romano Pontifice pontificia auctoritate mittuntur, exercentque munia Paſtoralia, gregemque ſibi commiſſum fouent, & dirigunt, Patriarchis ipſis Græcorum, & Epiſcopis, ſeu Metropolitis locorum præſentibus, ſcientibus, & videntibus, nec hiſcere audentibus, perpetuo fit. Et Patriarcham titulo tenus creatum reijcient? Quid ſi dicerem cum Phranza lib. 2. cap. 17. Beſſarionem ab Imperatore, & Synodo poſt defunctum Ioſephum, Patriarcham Conſtantinopolitanum creatum? An ideo Gennadius in Gregorij demortui Florentiæ locum ſucceſſit,

ſit, vel Beſſario, quem Papa creauerat, reiectus, vel Beſſario titulo tenus creatus eſt? *Aut ſi fuit idem Scholarius.* Quando etiam ipſi, quæ dixerat non vſquequaque ſatisfaciunt, ſed leuia iudicantur, ad alia procedit. *Certum eſt, reſipuiſſe, cum vna cum Marco Epheſino retraxerit omnes Græcos a Latina Eccleſia, vt ſcribit Chalcondylas de rebus Turcicis lib. 5.* Si hac eadem certitudine ſecta, quam ſequitur Riuetus, ſtabilitur, actum eſt de ea. Si reſipiſcere eſt, ad priorem mentis ſtatum, mutata ſententia tanquam ad præſtantiorem, vel tutiorem, vel ad meliorem mentem redire, Scholarius certe nunquam reſipuit: cum ſemper in eadem ſententia perſtiterit. Nanque Scholarius, qui Florentiæ in Concilio ſententiam dixit, eidem etiam poſt Patriarchatum initum ad extremum vſque vitæ ſpiritum inhæſit; & alter Scholarius Marci Epheſini familiaris, & qui in Synodum non venerat, ſemper in propagandis Græcorum erroribus verbo ſcriptoque ante, & poſt Synodum perſtitit. Quare neuter Scholarius reſipuit; cum Catholicus ſemper Eccleſiæ Latinæ dogmata, Hæreticus aduerſa, ſemper Schiſmati addictus, amplexatus ſit: vt fuſe ſupra demonſtrauimus.

Falſum quoque eſt, *retraxiſſe Græcos omnes a Latina Eccleſia,* cum tum potiſſimum Græci Eccleſiam Latinam tanquam matrem omnium, & magiſtram venerarentur, & colerent; alias diſſenſiones atque diſſidia Græcorum inter ſe pro Concilio Florentino fruſtra nobis Hiſtorici Græci, & Latini proponerent. Et licet deeſſent cætera, tot pro Latina Eccleſia, & pro Latinorum dogmate a Græcis conſcripta volumina ſatis ſuperque probant, non omnes Græcos ab Eccleſia Latina retractos fuiſſe. Et cum dictum ſuum Riuetus teſtimonio Chalcocondylæ confirmet, verba Laonici afferamus, vt, quantum ipſe Græca intelligat, quantum auctoribus imponat, quantum denique illi fidei adhibendum ſit, dum aliorum teſtimonia profert, ſani

viri

viri, probique iudicent. Scribit Chalcocondylas lib. VI. Ὁ μέντοι ἀρχιερεὺς, καὶ σοφῶν τινας ἐπεπόμφει ἐπὶ Βυζάντιον παρὰ τοὺς Ἕλληνας, ἐς διάλεξιν ἀφιξομένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, οἳ οὐ προσίεντο τὴν γενομένην σφίσιν ξύνοδον κατὰ τὴν Ἰταλίαν, Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι. οὐ μέντοι ἥνυετο αὐτοῖς οὐδὲν, ἐς λόγων ἅμιλλαν ἀφικνουμένοις, ἀλλ' ἀπεχώρουν ἄπρακτοι ἐπὶ Ἰταλίας. *Pontifex Romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Græcos misit, vt cum Græcorum sapientibus, qui Synodum in Italiam factam non admittebant, in colloquium venirent, & Marco potissimum Ephesino Antistite, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum præstare volente, & Scholario ea ætate apud Græcos sapientia celebri. Veruntamen etiam si ad colloquia, & disputationes venissent, nihil efficere potuerunt, sed re infecta in Italiam remigrarunt.* Vbi hic ex Chalcocondyla, Græcos omnes ab Ecclesia Latina retraxisse? Vbi eum resipuisse? Vbi nunquam aliter sentisse? Vbi nunquam Latinorum dogmati consensum præstare voluisse? Sed nec Marcus Ephesinus Chalcocondylæ dicto, Græcos omnes ab Ecclesia Latina retraxit, licet Latinorum dogmati nunquam consensum præbuerit. Et quod de Marco Ephesino Chalcocondylas tradit, tu adeo incaute, ne dicam maligne, Scholario appingis, mi homo? Imo ex alijs Scholarium hunc in Concilio Florentino adfuisse, nunquam probabis: nunquam Latinorum dogma comprobasse, sed perpetuum illius hostem fuisse, qui tamen non dicetur resipuisse. Idque ex Chalcocondyla haberi, quod tu ex te dicis, nemo videt. Perpende illius verba, si sapis. Dices, te Interpretis Latini oscitantia deceptum. Et id est sapere scilicet, imo Criticum agere: Sed quem? nolo ipse dicere. Libentius ex te audirem. O male sartam tectam censoriam virgulam, similium testimoniorum fulcro nixam, & vibratam! Expers Græcarum literarum,

rum, an non commode poterit de Auctoribus Græcis, & Ecclesiæ Patribus iudicium proferre, spuriaque a genuinis secernere?

Vt valde probabile sit, quæ sub huius Gennadij nomine inter Latinos prodierunt, a Græcis transfugis, a Pontifice conductis fuisse sub Constantinopolitani Scholarij nomine conficta, & ex Thomæ Aquinatis opusculis aduersus Græcos magna ex parte desumpta. Sed cum neque certum sit, Scholarium scripsisse, neque verum, aliter aliquando sensisse, vt iam probauimus, imo oppositum magis pateat, certumque ac verum sit; sequitur, probabile haud esse, sub huius Gennadij nomine a Græcis transfugis conficta, ac diuendita esse, quæ sub huius Gennadij nomine circumferuntur; & satis maligne, ac calumniose vtrosque, & Græcos Catholicos, & Romanam Ecclesiam lædi. Nunquam enim Latina Ecclesia pro suo dogmate confirmando falsis hisce adminiculis vsa est, cum satis aliunde dogmata sua firmet, eaque corroboret. Neque Græci, ab eadem Ecclesia veritatem edocti, similia ediderunt, qui sincere, ac libere veritatem dogmatis e Patribus Græcis, & Latinis stabiliunt. Neque opuscula ipsa inter Latinos prodierunt, sed inter Græcos nata ijsdem temporibus, quibus eorum parentes asseruntur vixisse, vt ex scriptura ipsa, charta, alijsque non contemnendis manifesto euincitur, e Græcia per Græcos ipsos in Latium aduolarunt, quæ Latina Ecclesia omnium magistra, falli nescia, & fraudis aduersaria, veluti auctorum, quos præ se ferunt, legitima pignora approbata exosculata, tanquam indigna, quæ tandiu in veritatis noxam laterent, publicauit, atque omnium manibus teri voluit, vt veritas dogmatis, etiam ab exteris confirmata, ac stabilita, magis ac magis innotesceret. Falso ergo asserit, *ea inter Latinos prodijsse, & a transfugis Græcis confirmata*, quæ Græci ipsi etiam Schismatici, & a Latinis alieni, vti genuina illorum agnoscunt, nec negant ab Auctoribus ipsis,

ſub quorum nominibus veneunt, conſcripta; quamuis dicant, hos eoſdem poſtea ad ſaniorem mentem reuerſos, contraria euulgaſſe.

In planiſſima hac, nec non amœniſſima campi area Creyghtonus ſuper ſpinas incedit; *Ita ab iſto fingitur Latino, quiſquis ille fuit, tanti nominis plagiario, tres Orationes bene longas, durante adhuc Synodo ſuis explicaſſe, ſi quam prolixæ ſunt, tam eſſent neruoſæ, & tam rerum abundantia quam menſura verborum exurgerent*. Si vel ſola aſſeueratione res, quæ nuſquam ſunt, procrearentur, abſque dubio iam & Latini eſſent plagiarij, & ementitis nominibus, quidquid eſt Latinorum cauſam tutatum, etiam ſi a Græcis ſcriptum eſſet, ſub Græcorum aſſerto nomine, Latina fraude confictum eſt, & ſola, cuiuſcunque modi ſit, ſcriptione chirographa contexerentur. Et quid erit magno conatu magnas nugas dicere, ſi hoc non eſt? Sed dum cum hominibus intelligentiæ participibus decertatio eſt, non nudis verbis attenditur, ſed argumentis, & rationibus concertatur; quod abeſt quam longiſſime a Creyphtono. Georgius Scholarius tot alijs Commentarijs, illiſque ſermone omnium percelebratis, orbi effulget, & tu *Reſponſionem* ad vnam Epheſij Epiſtolam, vel eo ſolo nomine, quia Pontificijs fauet, & vnionem vrget, explodis? ſed non ſcripſit. At ſcripſiſſe, Codices innumeri Manuſcripti vociferantur, & doctiſſimi alij viri clamitant. Sed Latinorum illa figmenta ſunt. Hoc nondum probatum eſt. Id dicit Creyghtonus. Dictum ex Oraculo non eſt. Nec Creyghtonus eſt ſpectatæ integritatis Vir, neque vlla literatura cognitus, nec res fluunt ad voluntatem illius. Quid enim vetat, cum & alijs ſcriptis id argumentum pertractauit, has quoque Orationes compoſuiſſe? Et pertractaſſe ſatis indicant ἀντιῤῥήσεις, quas ille contra Nilum Cabaſilam euulgauit, & quarum ipſe meminit, argumentis Marci Epheſij contra Latinos reſpondens; Χάειν δὲ

καὶ

καὶ ὅτι καθάπερ ἀσθένειαν μόνῳ τῷ σῷ ἐπιχειρήματι, καὶ τῷ τούτου συμπεράσματι συνεῖδες, καὶ τὸ σοφὸν ἐκεῖνο τοῦ Καβάσιλα συνήψας ἐνθύμημα, καθάπερ ἐπεισόδιον τοῖς σοῖς αὐτὸ ποιησάμενος, περὶ ὅπερ ἐκεῖνος πολλὰ μόγησεν, τοῦτό σε μόνον ἴσως ἐξαιτιάσεται πρὸς τὸν ἄνδρα, ὅτι τοῖς ἐκείνου τὰ ἐκείνου συνάπτεις. ἐκ γὰρ τῶν ἐκείνου καὶ τὰ σὰ τυγχάνειν δοκοῦντα εἴληπται, συνθήκῃ μόνῃ, καὶ φράσει, καὶ ἴσως οὐδενὶ βελτίονι διαφέροντα. ἀλλ' ἡμεῖς ὅτι τε ἐγκαίρως συνῆπται, καὶ ὅτι πρὸς ἐκεῖνον χωρὶς ἀπολελογήμεθα, περιττὸν ἡγούμεθα νῦν τὴν προσθήκην ἐξετάζειν ἐκείνην. ὁπόσα δὲ ἄλλα περὶ τὰ τῷ ἐπιχειρήματι τούτῳ τοῦ Καβάσιλα τοῦ πρώτου κεφαλαίου, τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτῷ συγγεγραμμένης βίβλου τυγχάνοντι συνεῖσμεν ἰδίως, ὡς εἴρηται ὑπ' ἡμῶν ἐξητάσθη τε καὶ ἠλέγχθη καλῶς ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀντιρρήσεσιν. *Illud porro gratiosum est, quod cum imbecille admodum tuum argumentum, illiusque conclusionem deprehenderes, sapiens illud Cabasilæ enthymema, circa quod ille multum laborauerat, extrinsecus assumptum inductumque tuis apposuisti. Et hoc te tantum apud illum hominem excusabit, quod rebus illius non alienas adglutinas. Ex illius etenim penu, & quæ tua videntur esse, desumpta sunt, compositione solum, & dictione &, quæ forsan nec melior est, discrepantia. Nos vero, quod opportune appositum sit, & separatim ad illud respondimus, superuacaneum esse duximus, nunc additionem illam examinare. Quæ autem, quantaue in hoc Cabasilæ argumento, quod ipse in primo capite libri aduersus nos conscripti explicuit, deprehendimus, separatim, vt iam dictum est, a nobis examinata sunt, probeque reprehensa in nostris aduersus ipsum Refutationibus;* Præterea Liber legitur sub hoc Titulo; Ἀπόκρισις πρὸς τὰ συλλογιστικὰ κεφάλαια Μάρκου τοῦ Ἐφέσου κατὰ λατίνων. *Responsio ad Syllogistica Capita Marci Ephesij contra Latinos* P. Οἱ λατῖνοι τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων. In Codice Collegij Græcorum Titulus ita concipiebatur. Συλλογισμοὶ κυροῦ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ Μητροπολίτου Ἐφέσου κατὰ λατίνων, καὶ ἀπολογία κυροῦ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὰ αὐτά. *Syllogismi Domini Marci Eugenici Metropolitæ Ephesij contra Latinos, & Responsio Domini Gennadij Scholarij Patriarchæ*

Constantinopolitani in eadem. Responsio ad caput XVII. producta est, in quo cum vitam finisset ipse, alius Ephesino respondit, ex nota in eodem Codice apposita. Ἀπολογία οὐ τοῦ Σχολαρίου, ἐκεῖνον γὰρ φθάσας ὁ θάνατος τὸ κοινὸν χρέος, καὶ μὴ εἰπών, ἄλλος ἀντ' ἐκείνου ἀπολογεῖται. *Responsio hæc Scholarij non est: ille etenim antequam opus absoluisset, mortem obijt: ideoque alius pro eo responsionem prosequitur*. Caryophilus in Præfat. quinque Capitum, ex Codicis manuscripti auctoritate, postremam partem Bessarioni appingit; *Gregorius Protosyncellus Patriarcha cum videret proseminatum ab Ephesio lolium crescere, rogauit nobilem virum Georgium Scholarium, vt, sicuti legitur in antiquo Codice Bibliothecæ Vaticanæ, qui multa continet spectantia ad Florentinam Synodum, ipse, quemadmodum in sacra olim Synodo doctissime scripserat, & appositissime ad id quod agitabatur, ita Constantinopoli solueret Ephesij nodos, ac strophas, quibus Græcorum vulgus eludebatur. Quod quidem ille magnam partem præstitit egregie, licet morte præuentus non potuerit opus absoluere. Interea vires acquirente maiores factione Ephesij, & inualescente in dies contumacia hostium Sanctæ Synodi, cogitur Patriarcha Gregorius Constantinopolim deserere, & confugere Romam, vbi profugus egit cum Bessarione Cardinali, vt reliquas Ephesij decipulas amoliretur; quod is feliciter assecutus est.* Idque multo ante Caryophilum adnotarat Ioannes Plusiadenus de sinu Bessarionis; Ταῦτα τὰ κεφάλαια ἀντεῖπεν ὁ σοφώτατος κύριος Γεώργιος ὁ Σχολάριος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει αἰτήσει τοῦ μακαρίτου κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Πατριάρχου, ὄντος αὐτοῦ ἔτι μεγάλου πρωτοσυγγέλλου. ὑπελείφθησαν δὲ καὶ ἄλλα, ἃ οὐκ ἔφθασεν ἐπεξεργάσασθαι. Γενόμενος οὖν ὁ μακαρίτης Πατριάρχης ἐν Ῥώμῃ, ἠξίωσε τὸν σοφώτατον Πατριάρχην τὸν Νικαίας, ὅπως τὰ ἐπίλοιπα ἀπολογηθῇ οὗτος τοῦ Ἐφέσου κεφάλαια, μήπως φασὶν εὑρεθῶσιν ἀνεξέταστα, καὶ δόξῃ τοῖς ἁπλουστέροις, ὅτι κατησχύνθησαν ὡς ἀναντίρρητα. ἐπινεύσας δὲ τῇ αὐτοῦ αἰτήσει ἀπεσκοράκισεν αὐτὰ ὀλίγοις ἀρκεσθεὶς λόγοις. *Capitibus hisce*, Marci Ephesij, *sua responsione aduersatus est sapientissimus Dominus Scholarius in Vrbe Byzantina rogatu B. memoriæ Gregorij Patriar-*

Patriarchæ adhuc magni Protosyncelli. Relicta sunt nihilominus nonnulla, quæ ille morte præuentus elaborare non potuit: cum vero B. memoriæ Patriarcha Romam peruenisset, rogauit sapientissimum Patriarcham Nicænum, vt ad relicta absque responsione Ephesij Capita responderet; Ne, aiebat, si indiscussa reperta fuerint, simpliciores imaginarentur, ea relicta sic esse, quia illis contradici non potuit. Annuit eo exorante Bessario, breuique ea oratione exterminauit. Legitur etiam eiusdem; Ἀπόκρισις πρὸς τὸ ἐπιχείρημα τῶν γραικῶν. *Responsio ad argumentum Græcorum.* P. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτό φασιν. Hæc argumenta Scholarius iactat acriter, subtilissime examinat, & pullos Ephesij semper paruos, semper nullos demonstrat, & rationes, quibus aduersarium conficit, adamantina vincula sunt, ex quibus vix exsolui potest Ephesius, quem vi dicendi summa, & eruditionis copia, & sententiarum grauitate adeo fœdat, & proterit, vt vel pueris irridiculum sit, quemadmodum & Creyghtonus, cum de suo Syropulo bombis implens cornu, reboat pag. 9.

Et quamquam auctoris nostri stilus ad immortalium oratorum pulchritudinem non assurgit, nemo tamen ab eorum temporibus inter omnes Græcos, qui ad posteriora mundi secula lucubrationes protulere, puriori scriptione scripsit, quam noster Syropulus: & si cum Byzantinis conferatur, Niceta, aut Gregora, qui nostrum aliquot æuis anteuerterunt; Deus bone, quantum discriminis, &c. Et sic Creyghtonus *risu quemlibet rumpit obseruantem, quibus artibus ab hoc difficultatis laqueo se extricet, non minus, quam Cynicum olim Asinus scolymum inter labra tenere manducans.* Et luculente videt duos esse Scholarios, alterum, qui Synodum adijt, & hæc suis documenta concionatur; alterum, qui domi mansit, Ephesino coniunctissimum: & adhuc hæret; *Sed vnde nobis duos Georgios Scholarios comprobabit?* An non tenes, quid dicant rationes, scriptorum eorundemmet, de quibus agitur, testimonia? *Cur non æque duas Florentias, & duos Eugenios Quartos, & geminos soles, & duplices se ostendere*

The-

Thebas? Quia nec dux Florentiæ, nec duo Eugenij Quarti ſunt, nec ſoles gemini, licet duplices Thebæ ſint. Concedimus tibi id dicere, qui vertiginoſa ebrietate laborans, ſimilia conſomniare nec ceſſas.

Sed ſequeris *Aut quæ vnquam hiſtoria alium eius nominis præter hunc, qui Italiam cum ſuis migrauit, & cum ſuis redijt in patriam, vixitque Conſtantinopoli, dum ea capta ab ipſo Mahomete, prouectus fuit in Patriarcham ſub nomine Gennadij?* Etiam ſi in nulla hiſtoria præter hunc tuum Scholarium alius non adinueniretur, cum hoc ipſum is pronunciat, fruſtra ab alijs quæris, & poteras a te abſque multo negotio ediſcere. Non prouocabis puto ad librorum penuriam. Sat eſt, ſi quæ neſcis, in dubium vertas, vel neges. *Hic capta Conſtantinopoli ab ipſo Mahomete prouectus fuit in Patriarcham ſub nomine Gennadij.* Quid audio? Quare non etiam dicis, Turcæ atque Ottomano poteſtatem eſſe ſacros ordines, facultate illi a Reformatis conceſſa, conferendi, cum Patriarchas promoueant? Apud Cruſium electionem dicti Patriarchæ, & promotionem, Chriſtiano Clero attribuunt hiſtoria Politica, & Manuël Malaxus in hiſtoria Eccleſiaſtica. Quos Mahometes præſtitit, ritus extra ſacra penetralia ab Imperatoribus Chriſtianis non alio modo poſt conſecrationem abſoluebantur. Audi, Μαθὼν δὲ, ὅτι διὰ τὸ μὴ εἶναι Πατριάρχην, ὥρισεν ὅπως συνέλθωσιν οἱ χριστιανοὶ, καὶ ἐκλεξάμενοι ὃν ἂν θέλωσιν, κυρώσει αὐτοῖς τοῦτον, καὶ ὁρισμὸν δώσει πατριαρχεύειν. ἐποίησε δὲ τοῦτο ἐντέχνως, ἵν' ἀκούσωσιν οἱ ἁπανταχοῦ γραικοὶ, καὶ συναθροίζονται ἐν τῇ πόλει. δι' ἐφέσεως γὰρ εἶχεν, ἵνα πολυάνθρωπος γένηται, καὶ κατοικουμένη πᾶσα. ἐξελέξαντο οὖν τὸν φιλόσοφον κύριον Γεώργιον τὸν Σχολάριον κριτὴν ὄντα τῆς βασιλικῆς κρίσεως, ἄνδρα ἅγιον, καὶ εὐλαβῆ, καὶ ἀξιώσαντες αὐτὸν, ὡς ἔθος, καθέστησαν Πατριάρχην, ὀνομάσαντες αὐτὸν Γεννάδιον. καὶ ὑπετάχθησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι Κωνσταντινουπόλεως, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἐπαρχιῶν, ὡς καὶ τοῖς λοιποῖς πρὸ αὐτοῦ Πατριάρχαις, ὃν δὴ καὶ μετακαλεσάμενος ὁ Σουλτάνος ἔνδον τῆς

βασιλείων αὐτοῦ, ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν, περικεχρυσωμένην, ὡραίαν, καὶ ἵππον ἀγαθὸν, καὶ μέρος χρυσίνων, εἰπὼν αὐτῷ, Πατριάρχα ε ἐπ' εὐτυχίᾳ, καὶ ἔχε τὴν φιλίαν ἡμῶν ἐν οἷς θέλεις, ἔχων πάντα τὰ προνόμια, ὡς καὶ οἱ πρὸ σοῦ Πατριάρχαι εἶχον. ἔχε δὲ καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἰς κατοικίαν σήν. *Cognito autem, causam emißorum cœtuum esse, quod nullus Patriarcha eßet: iussit conuentus agere Christianos, & Patriarcham sibi quemcumque vellent, deligere. Se huius creationem confirmaturum, & vt Patriarcham ageret, edicturum. Id ab eo callide factum, vt hac fama ad Græcos, qui vbiuis locorum eßent, perlata, in vrbem congregarentur, Quippe hoc ei studio erat, vt multitudine hominum, & confluente per omnes suas partes vrbs frequens, cultaque fieret. Delegerunt itaque Philosophum Georgium Scholarium, aßessorem Regij iudicij, virum sanctum, & pium. Hunc vetere ritu producentes Patriarchæ muneri præfecerunt, mutato eius priore nomine in Gennadij nomen. Ei subiectæ tunc fuerunt tum omnes Constantinopoleos Ecclesiæ, tum cæteræ, quæ in prouincijs, eadem, quam antecessores ipsius Antistites habuerant, potestate permissa. Quem cum in Regiam ad se Sultanus vocasset, suis ei manibus pastorale pedum magni pretij dedit, baculum nempe argenteum, inauratum, artificiose factum. Dedit, & equum bonum, & certam aureorum summam, his verbis additis; Felix Patriarchæ munus obi, & vtere nostra amicitia in quibus rebus voles; habens omnia iura, priuilegiaque, sicuti superiores ante te Patriarchæ habuerunt. Habe quoque templum Sanctorum Apostolorum domicilij loco.* Manuël Malaxus, Matthæus Cigala, & Theodorus Monembasiensis in Synopsi historica. Et Creyghtonus Sacrosancta Ecclesiæ Vniuersalis mysteria pollnit, ereptaque de domo Pontificum, porcis, & infidelibus proijcit. Vnde id habuit, Scholarium prouectum fuisse a Mahumete in Patriarcham sub nomine Gennadij? Profanus homo, & religione solutus non mirum, si sacra venerandaque violat, & funestat: Iam dicto auctore promouent, & con-

ſecrant Sacerdotes, & Patriarchas, Turcarum principes; & negabit eos Sacerdotes eſſe? Ordo Sacramentum eſt. Dicit ipſe; *Sacerdos miniſtrat, Sacerdos conſecrat: nullus Sacerdos, nullum Sacramentum.* Prouehitur in Patriarcham Scholarius a Mahumete, ergo a Sacerdote. Verba illa a Mahomete prolata, dum pedum Patriarchæ tribuit, grandiori charactere deſignata, an non ex Reformatis quiſpiam diceret, formam eſſe Sacramenti? Sic Creyghtonus, vt finiam, cum nihil vel minimi momenti attuliſſet, ad demonſtrandas Orationes Scholario affixas ſuppoſititias eſſe, nec aduentitiorum lacinias excuſſiſſet, cum illi fatendum eſſet, quod probandum erat, non intellexiſſe, nec alijs intelligendi viam idoneam aperuiſſe, quod promiſerat, ad illa infauſto augurio recurrit, ridicule ſane: *Triſtia ſunt, & deploranda, quæ Georgio Scholario Latini affrimant ad finem Concilij Florentini, & non aſtruendæ veritati, ſed puerulis oblectandis excogitata crepundia.* Plena ſunt verba inanitate, & ſuperuacanea operoſitas.

EXERCITATIO VIII.

Gregorium Protoſyncellum vnum fuiſſe non plures. Peſſime Notaræ cognomen in Notarium a Creyghtono conuerti. Notaram & eius affines redemptos ab Amera. Falſo aſſerere Creyghtonum ideo eum, ac filios cæſos, quod eos redimere noluit. Vt ſe geſſerit in nece filiorum. Gregorium Mammam non ſucceſſiſſe Ioſepho Patriarchæ, in Concilio defuncti. Metrophanis Patriarchæ obitus, poſt quem eligitur Gregorius, qui Romæ fuit, & claruit miraculis. Etiamſi non fuerit Patriarcha, nec ſanctus, adhuc non ſequi, quod præſumit Creyghtonus demonſtrare, quæ ſub eius nomine ſcripta circumferuntur, a Latinis eſſe conficta. Gregorij eiuſdem alia ſcripta pro Eccleſia Romana recenſentur.

Nec

Pag. 20. *NEc minus conficta arbitror ab aliquo imperito latrone, quæ contra Marci Ephesij Epistolam sub Gregorij Protosyncelli nomine suffiguntur: quæ nostrum animum opinio non futili coniectura incessit, sed demonstratione tam euidenti, vt ne oculis nictare contra veritatis lucem audeant, qui talia de nostro Gregorio Primicerio affirmare non verecundantur.* Nunc aliquando maximas gratias Numini ago, & habeo, quod Creyghtonus futilibus coniecturis longe missis, euidentissimas demonstrationes aggreditur, vt contraria asserentes ne oculis nictare contra tantam lucem veritatis audeant. Optime factum. Æstimemus exitum. *Multi multa garriunt de hoc Pneumatico, tam plena errorum, vt haud sciam, an vnquam in vno nomine plus peccatum sit, a Latinis, omnibusque in vniuersum horum temporum Scriptoribus.* Nunc placet. Ergo *conficta sunt ab aliquo imperito latrone, quæ contra Marci Ephesij Epistolam sub Gregorij Protosyncelli nomine suffiguntur.* Ita argutatur dementissimus Creyghtonus. Quasi multa scribi, & plena errorum a scriptoribus de nomine, inferat suppositi-tia esse, quæ sub eius nomine circumferuntur opuscula contra Marcum Ephesium. *Multi multa garriunt de hoc Pneumatico.* Qui a confessionibus est, & diuina meditatur, nollem tibi esset atro genio exagitatus. *Vt haud sciam, an vnquam in vno nomine plus peccatum sit.* Durissimo ore hominem! Quis vnquam crederet, tantum creuisse impudentiam? Solus ipse verbo temere prolato scriptorum omnium Latinorum, & Græcorum fidem infringit; quibus tamen testimonijs fultus? *Omnes in vniuersum.* Omnes a testimonio ferendo reijcit; cum omnes garriant plena errorum, cum omnes de recto deflectant, & verba effundant in ventum.

Ac quemadmodum Latinis ille nuper ex abundanti artis veteratoriæ penu nobis binos Scholarios effudit, ita mecum ipse sæpe disputaui in his iamdudum versatus, an non duos, vel fortasse plures Gregorios statuere deberem. Quis nunc non transfundere-

R tur

tur in iocos? De duobus Scholarijs, facultate qua pollet, ipse confingit vnum: Gregorium vnum in duos, vel plures absque securi discindit. Quid porro illud est, Binnius vel alius binos Scholarios effundunt; ergo non absone disputatur, An duo quoque Gregorij, vel plures fuerint? Sed ex duobus Scholarijs de duobus Gregorijs conclusionem elicere, tu tibi solus hoc, sed inuitis Manibus das. Sed es *in his iam dudum versatus*. Tibi plaudis non re, & factis, sed lingua tantum, & verbis: scripta sane a te, vel pronunciata nihil tale referunt. Ego etiam concedam, ne iniquus esse videar, *te iam dudum versatum in his* fuisse. Hinc nihilominus arguo tui insulsi ingenij hebetudinem, atque ad literas ediscendas versandasque ineptitudinem: cum in scriptis tuis nullam historiarum cognitionem, nullam sententiarum methodum, nullam iuris diuini atque humani notitiam, nullam denique eruditionis vel minimam notam conspiciam, quæ etiam tute ipse, si a te palpationes auferas, de facili agnosces. *Cum ille tam variam in diuersis Autoribus nomenclaturam subit. In prioribus Autoris nostri sectionibus Gregorius Pœnitentiarius nude appellatur, & Sedis Alexandrinæ Vicarius, postea Primicerius eo nomine ad prius accumulato. Crusius his duobus nominibus alia adiungit, vnum a matre deriuatum, a Patre alterum, Mammantem nempe a Mamma, quæ mater est, & Συντεκνον Magni Ducis, quem Latini compatrem vocant*, Pag. 21. *ac demum post Iosephum Patriarcham Constantinopolitanum*. Quasi vero vni homini id genus nomina omnia simul, & multo plura aptari non possint. *Gregorius* nomen sui proprium est; Mamma, quod tu inscite in Mammantem deflectis, cognomen; *Pneumaticus*, Ecclesiastici officij dignitas; *Compater* rei transactæ commemoratio; *Patriarcha* præeminentia inter alios. Per te ergo vnusquispiam non poterit esse Gregorius Mamma Sacerdos ad confessiones fidelium audiendas constitutus, & simul compater, & Vicarius Alexandrini, & demum

Patriar-

Patriarcha. Id si fieri nequit, & plura personarum individua requirit: iam Creyghtonus non vnus quidam est, sed in plures discerptus. Qui enim fieri potest, vt Robertus Creyghtonus, Sacræ Theologiæ Doctor, & S. Burianæ decanus, & Caroli Secundi Regis Sacellarius, domesticus, siue ordinarius, tam varie, non in diuersis Auctoribus, sed in prima libri facie a se compactis, compelletur? Ne plura hic referam, homo *in his iam dudum versatus*, nosse debuerat, Mamma, cum esset cognomen, non a Mamma matre deriuari, sic enim & ipse Creyghtonus, & vniuersi alij hominis Mammæ essent, neque in Mammantem, quod nomen martyris fuit, sed in Mammam declinari, & aliud esse συντεκνον, compatrem nempe, susceptorem in Baptismo, aliud aliquem in filium adoptare, nec necesse esse vt, cucullatus Monachus dum esset, puerum in Baptismo vlnis exciperet. Potuit ante cucullum id peragere, qui sicut in Baptismo susceptor pueri est, & sponsor pro suscepti constantia in fide coram Ecclesia: ita etiam Compater quoque dicitur in benedictione nuptiarum, quicunque coronas, cum sponsis benedicitur, tenet. Simeon Thessalonicensis mysterium quoque aperit; Βαστάζει στεφάνους ὁ τῆς σωφροσύνης, καὶ ὁμονοίας ἀνάδοχος, ὄπισθεν ἑστώς, καὶ διδάσκαλος τῆς ὁμοφροσύνης, καὶ ἀγαθῆς συζυγίας γενόμενος. *Sustentat coronas temperantiæ concordiæque susceptor, retro stans, & consensus vnanimis, connubijque laudandi moderator, & præceptor factus.*

Pari modo etiam *Notaræ*, cognomen inauspicato nomine in *Notarium* deflexit. Quæ porro de cæde illius filiorum tradit, mendacij deferenda sunt; Pag. 21. *Cuius e quinque liberis, cum vrbs caperetur, duo in pugna cecidere, duo alij, quando pater redimere nollet, iussu Mahometæ ad mensam accumbentis decollati sunt ante ora Patris.* Sed Notaram cum filijs, & vniuersa familia redemptum fuisse, & impunitatem etiam a Tyranno impetrasse, narrat Chalcocon-

dylas hist. lib. 8. Νοταρᾶν δὲ τὸν βασιλέως ἑλλήνων πρύτανιν, αὐτόν τε ὁ βασιλεὺς ἐξωνησάμενος, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ χρηματίσας αὐτῷ ἄλλα ἠβούλετο συνιέναι τῇ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἰταλίας ὅσα ἤδει προσδόκιμα, ἐτίματό τε καὶ συνεγίνετο χρόνον τινά. *Notaram Regis Græcorum primarium iudicem cum vxore, & liberis redemit Turcarum Rex: & cum eo collocutus, permisit ei, vt, vbi vellet, cum suis habitaret. Hic autem expectabat auxilium ex Italia, quod breui affuturum arbitrabatur. Interim tamen per aliquod tempus non sine honore cum eo consuescebat.* Quod & Notaras ipse, dum Pincernam alloquitur, ingeminat. Ταῦτα οὐκ ἀνασχετά ἐστιν, βασιλέα ἀφαιρεῖσθαι τοὺς παῖδας ἡμῶν, οὐδὲν ἔχων ὅτι ἂν ἐν τῷ παρόντι ἐπιμέμψαιτο, ἐπεί τε ξυνέγνω ἡμῖν τὴν ἁμαρτίαν, ἐξωνησάμενος. *Haud ferendum est, Regem mihi liberos velle eripere, cum nihil sit, quod crimini det, cum semel redemptis crimen remiserit.* Antequam enim expugnaretur Constantinopolis, Mahometes iureiurando firmauerat militibus, se non aliud, quam vrbem vacuam velle, reliqua omnia multitudini diripienda concessurum; quare ne videretur periurij crimine teneri, hunc Notaram cum filijs, & vxore, alijsque illius affinibus, Turcis, qui illum custodiebant, pecunia persoluta, redemit. Ducas histor. cap. 39. Ὁ δὲ τύραννος πέμψας τινὰς ἐφύλαττον καὶ αὐτὸν, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοὺς δὲ καταλαβόντας, καὶ περικυκλώσαντας τὸν οἶκον αὐτοῦ Τούρκους ἔδωκεν ἱκανὰ ἀργύρια, ὥστε δοκεῖν ἐξαγοράζειν αὐτοὺς διὰ τὸν ὅρκον, ἐφυλάττοντο σὺν πανοικί. *Militibus statim aliquot, qui illum eiusque domum custodirent, a Tyranno missis, cum tota familia, & domo asseruatur. Turcis porro, qui domum suam circumsederunt, multos nummos largitus est, ita vt iureiurando adactus ipsos emere videretur.* Et cap. 40. Τότε ὁ ἡγεμὼν δοὺς ἀνὰ χιλίων ἄσπρων κατὰ κεφαλὴν, ἀπέλυσε πάντας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ αὐτὸν μέγαν Δοῦκα. *Pro singulis aspra mille distribuit Princeps, demumque magnum Ducem bene sperare adhortans, &c.* Quod ipse Notaras postmodum Tyranno apud Chalcocondylam objicit. Georgius Franza duas alias causas affert, ob

quas

quas vna cum duobus filijs iugulatum hunc Notaram scribit: altera est, quod Thesauro tam ingenti, quam Mahometi pro munere offerebat Imperatori, ac Patriæ succurrere noluisset: altera, quod eidem Imperatori auctor, & suasor accipiendæ propositæ conditionis non fuisset. Tu illam adducis, quod nollet eos redimere. An noluit redimere filios, *Qui*, vt ait Phranza, *accedens ad Ameram, eum adorauit, Thesaurumque opulentum, quem absconditum habuerat, eidem obtulit, gemmas nimirum, vniones, & alia item cimelia regalia, quibus visis Ameras ipse, quique illi a consilijs erant, admirati sunt. Tum Notaras hæc omnia seruaui maiestati tuæ: & ecce ea nunc tibi pro munere dedo, quæsoque magnopere, famuli tui preces ne aspernere. Confidebat enim per hæc se cum tota domo sua libertatem consecuturum*. Hæc Phranza Notaræ iniquior, qui subdit super filijs Imperatorem orasse, vt alterum Contostauli, alterum Magni Logothetæ dignitate exornaret. Constans tamen, ac firmus in auita religione conseruanda illius animus manifesto modo deprehensus est, qui quod Regi Turcarum poscenti filium duodecim annos natum constantissime denegauerat, iussu Tyranni, ipso inspectante, & studiose perquirente, duo eiusdem filij capite plexi sunt, postea & ipse capitali cæde confectus est.

Vt se sub tempus necis cum filijs gesserit, & quibus eos verbis ad mortem obeundam exhortatus sit, fuse nobis indicarunt Ioannes Moschus in Epitaphio illius, & Ducas in Histor. cap. 40. *Reuersus ergo Archieunuchus a magno Duce adolescentem mittere renuente, acceptum responsum Principi affert. Quo percitus ira Tyrannus Archieunucho mandat, Carnifice tecum ducto redi, & adolescentem huc adducas; carnifex vero magnum Ducem, eiusque liberos huc agat. Domum magni Ducis veniunt, qui tali nuncio accepto, liberos, & vxorem complexus, filio, ac genero suo Cantacuzeno comitibus, carnificem secutus est. Adolescentulum perductum Principi sistit Archieunuchus; cæteros interim*

rim ad Palatij portam stare innuit, quos subito Princeps a carnifice capite plecti imperat. Paulo infra palatium deductis, Principis iussa carnifex declarat, quæ cum audijsset Magni Ducis filius instantem cædem deflere: at pater forti, & erecto animo liberos suos adolescentes his verbis confirmare; Hesterna die vidistis filij omnia nostra, opes inexhaustas, gloriam admirabilem, cuius claritudine in hac magna vrbe, ac per totum proinde orbem Christianum splendebamus, temporis momento euanuisse. Ex his omnibus præter hanc vitam nihil nobis nunc superest, quam in sempiternum producere haud datur: tandem enim, quamuis sero, ex ea nobis migrandum; at quo statu quæso? Opibus, dignitatibus, honoribus, & authoritate spoliati, probris traducti, & ab omnibus contumeliose habiti, & spreti, ærumnis pressi, vitam tandiu trahemus, donec mors superueniens despectos, ac contemptos istis miserijs nos subtrahat. Vbi noster Imperator? Nonne heri occisus est? Vbi consocer meus, idemque pater tuus magnus Domesticus? Vbi Palæologus, & cum filijs suis Protostrator? Nonne inter præliandum occubuere? Vtinam & nos eodem fato consociati fuissemus. Veruntamen hæc ipsa hora nobis satis opportuna, vltra non peccabimus. Quis enim nouit arma Diaboli? Num dilata morte ab illius venenatis telis appetemur? Nunc paratum stadium in nomine illius, qui pro nobis mortuus, & crucifixus, a mortuis resurrexit. Ipsi ergo commorientes, bonis eius fruamur. His sermonibus adolescentium animos erexit, confirmatosque ad mortem alacriter subeundam promptos, reddidit. Ad satellitem deinde conuersus ait, Ab adolescentibus incipiendo, quæ in mandatis habes, exequere. Statim spectante magno Duce, gratijs peractis, hisce etiam verbis, Iustus es Domine, ab eo prolatis, adolescentium capita carnifex amputauit, quem etiam Dux ita rogat; Tantisper cunctare amice, dum ingressus Deum orem, vicina quippe erat ædicula. Spatio orandi a satellite concesso, in illo templo preces Deo obtulit; quibus peractis, liberorum cadaueribus adhuc palpitantibus, exiuit; laudibusque iterum Deo magnificato, capite plexus est. Et huius notæ hominem noluisse redimere filios, etiam si *in*

his

his iam dudum versatus edicat Creyghtonus, non credam.

Pag. 21. *Sed a Kur-Luca redeamus ad Mammantem, quem non solum a matre, & compatre gloriantem nominibus Crusius introducit; sed & Patriarcham esse vult Iosephi in Florentia defuncti successorem. Et nulli insuper ambirent Patriarchatum propter & temporum angustias, & odia ciuium implacabilia, hunc Pneumaticum Gregorium Mammantem Magni Ducis susceptorem electum rite suffragijs Cleri in solium Patriarchalem, vel inuitum, & reluctantem inuexit.* Et te ne *in his versatum iam dudum credam*, qui ne dum alios, sed nec Crusium hunc tuum ante oculos tibi propositum tenes? In electione Gregorij Metrophanem ille Cyzicenum, quod tu falso asseueras, nec de nomine nouit. Si in paucissimis, & planissimis verbis tibi caligant oculi, quid in prolixioribus, & paululum confusis a te expectandum est? verba Crusij sunt; Ἦν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τις ἁγιώτατος Πνευματικὸς λεγόμενος Γρηγόριος ὁ Μαμμὴ, συντεκνος τοῦ μεγάλου δουκὸς. ἄραντες οὖν αὐτὸν, καὶ μὴ θέλοντα εἰπεῖν, ἐποίησαν τον καὶ ἀνηγόρευσαν Πατριάρχην. ὃς καὶ τὸ σκάνδαλον αὐξανόμενον ὁρῶν, καὶ τὴν ἅλωσιν προλέγων παρῃτήσατο, προειπὼν καὶ τῷ ἰδίῳ συντέκνῳ, τῷ μεγάλῳ δουκὶ, ὡς οἱ ἀγαρηνοὶ σφάξουσι τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον, ὡς ὁ ἅγιος αἰθεσπτος προεῖπεν. *Erat Constantinopoli Pneumaticus quidam, vitæ sanctimonia præstans, nomine Gregorius Mamma, magni Ducis compater. Hunc arreptum Patriarcham fecerunt inuitum, & renitentem renunciauerunt. Sed is dissidium in dies longius serpere videns, expugnationemque Vrbis prædicens, se munere abdicauit; cum quidem illi ipsi suo compatri prædixisset, filios eius in conspectu ipsius ab Agarenis trucidatum iri. Quod sancti Viri vaticinium ipso posterius euentu comprobatum est.* Vbi est hic, quem tibi somnias, Metrophanes? Tu tamen confidenter, firmissimeque tradis ex Crusio, Gregorium in locum Iosephi Florentiæ demortui subrogatum; vt tandem bella tua illa atque festiua narratio, vti de duobus Constantinis in Imperio, ita de duobus Metrophanis in Patriarchatu,

chatu, altero qui ſub Conſtantino Patriarcha ſuffectus Byzantij, altero hoc Cyziceno, in quo ſucceſſio Patriarcharum deſijt. Sed ſinamus hæc bullata puerorum crepundia. Quamuis enim verum eſt, cœpiſſe Patriarchatum in Metrophane, falſum nihilominus eſt, deſijſſe in Metrophane Cyziceno; quemadmodum falſum eſt, narrare Cruſium, Gregorium ſucceſſiſſe Ioſepho, non ex ſe ſcribentem, ſed Græca aliorum, in quibus ſimilis narratio eſt, latinitati donantem. Quare Cruſij error nullus eſt, ſed tuus, qui Cruſium a te non intellectum ad probanda tua laudas. Sed quis demugitos fremitus illos tuos æquo animo ferret? *Nunquam Romæ commoratus eſt, nec ibi vel mortuus, vel ſepultus, quod vlla vnquam hiſtoria propalauit: Nunquam Patriarcha creatus eſt, ſed cum ſuis in Patriam reuerſus Metrophanem Cyzici Præſulem aliorum ſuffragiſs, & ipſius Gregorij electum ad eam dignitatem promoueri vidit.* In hoc, ſalua reuerentia illius, qui iam dudum eſt in his rebus verſatus, multum tibi ſumis, multum arrogas. Vnde nam tantæ confidentiæ momenta exculpis? Quis tibi in tanta re fidem conciliat? Effare. Sguropulus, Pag. 22. *qui nulli alij emolumento, vel fructui vtilis putaretur, tamen auro redimendus eſſet, vel ob hoc ſolum atque vnicum, quod manifeſtiſſimæ falſitati de Gregorio Mammante, qui ab omnium eruditiſſimorum hominum mentibus reuellendæ certiſſimam ſcientiam indigitauerit.* Solus ergo Sguropulus ſua auctoritate de Gregorij Mammantis Patriarchatu, eruditiſſimis omnibus alijs in tenebris craſſis caligantibus, lumen vidit, & errorem ab eorum mentibus exegit. Quis id ait? Creyghtonus. Quid ſi ille de hoc nec ſomniauit quidem, forte etiam antea mortuus? Expendatur. Scribit Syropulus Sect. 12. cap. 5. Ἡτοιμάσθη τοίνυν ὁ Κυζίκου, καὶ ἐδέξατο τὸ μήνυμα· προσεκαλέσατο δὲ καὶ τὸν Τραπεζοῦντος, καὶ τὸν Ἡρακλείας παραγενέσθαι ἐν τῷ μηνύματι, καὶ οὐκ ἦλθον. τῇ τετράδι οὖν, καθ' ἣν ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἥτις ἦν καὶ τετάρτη τοῦ μαΐου, ἦλθεν

εἰς τὰ βασίλεια, καὶ περιεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Πατριάρχης. παρῆμεν δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ ἐν τῷ μηνύματι, καὶ ἐν τῇ περιβλήσει. *Stabat autem procinctus iam Cyzicenus accepta renuntiatione postrema: Quin & Trapezuntinum, & Heracleensem arcesiuerat, vltimum renunciato adesse, qui venire recusarunt. Die igitur Septimanæ quarto, ac mensis Maij quarto, quo solemniter proclamabant Sanctissimam Christi Ascensionem crastino futuram, progressus ad aulam imperatoriam, ab Imperatore inaugurabatur. Nos vtrique & renuntiationi adfuimus, & innaugurationi.* Ita tu vertis verba Syropuli. Habemus Cyziceni Metrophanis promotionem ex Syropulo. Bene sese res habet. Et eiusdem Sectionis cap. vltimo: Ἀλλὰ πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν προθεσμίαν τῶν πέντε καὶ δέκα ἡμερῶν περιέλαβεν ἡ δεκάτη τρίτη, καὶ ἀνήρπασε τὸν πατριάρχην, αὐτὸς γὰρ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι ἐκ τῶν βασιλείων εἰς τὸ Πατριαρχεῖον, εὐθὺς περιέπεσε νοσήματι, καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως τοῦ, * ϛϡνά ἔτους ἐτελεύτησε Πατριαρχεύσας, κακῶς δὲ ἔτη γ´ καὶ μῆνας τρεῖς. *Priusquam decimus quintus dies aduenisset, quindenorum decimus tertius destinatam Reformationem anteuertens Patriarcham abstulit. Nam statim, ac ab aula in Patriarchæum repedauit, cœpit cum morbo conflictari, & in ipsissimis Kalendis Augusti, Indictionis sextæ, Anni a mundo condito sexies millesimi nongentesimi quinquagesimi primi expirauit, cum Patriarchatum gessisset tribus annis, & tribus mensibus, sed male.* Agnoscis verba? Non potuit articulatius. Emigrauit itaque e vita Metrophanes anno Christi 1443. Indictione 6. primo Augusti die. Ex his subtrahe annos tres, & menses tres; illius electio fuit anno 1439. eodem ipso reuersionis in Patriam Græcorum. Quare electio Cyziceni, & obitus referente Syropulo non erit neque anceps, neque dubia. Ab illius obitu ad captam Constantinopolim, numerantur anni 11. Kal. 12. Ergo a morte Metrophanis, in qua suam finit historiam Syropulus, ad captam Constantinopolim, in vndecim, vel duodecim annorum spatio, potuit eligi Patriarcha Gregorius. Sed

non est in Syropulo. Non est. Ergo non fuit. Stultissime. Quam multa non sunt, in historijs Thucydidis, & Xenophontis, & aliorum, & tamen fuere. Et tamen fuisse hunc Gregorium Patriarcham habetur ex Crusio, & ex Crusio exscripsit Matthæus Cygala in Synopsi Historica. Ἦτον δὲ τότε εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κάποιος ἁγιώτατος Πνευματικὸς λεγόμενος Γρηγόριος ὁ Μαμμῆ, συντεκνος τοῦ μεγάλου δουκὸς, τὸν ὁποῖον ἥρπαξαν, καὶ μὴ θέλοντας ἀνηγόρευσαν Πατριάρχην, ὁ ὁποῖος θεωρῶντας τὰ σκάνδαλα, πῶς ηὔξαινασιν, προεῖπεν τους τὴν ἅλωσιν, καὶ ἐρήμωσιν, ὁποῦ μέλλει νὰ γένη, καὶ τότε παρῃτήθη. *Erat autem eo tempore Constantinopoli quidam Sanctissimus Pater Spiritualis nomine Gregorius Mamma, Magni Ducæ compater. Hunc arreptum Patriarcham fecerunt, inuitum, ac renitentem. Sed is scandala quotidie augeri cernens, excidium vrbis prædixit, & vastationem futuram; & se munere abdicauit*. Similia habet Dorotheus Metropolita Monembasiensis. Hæc recentiorum sunt: inuisamus antiquiores, & eidem Gregorio συγχρόνους. Georgius Phranza lib. 2. cap. 19. *Qua æstate Spiritualis Pater Imperatoris, Gregorius Melissenus Patriarchatu donatus est*. Ponit illius electionem anno 1445. Ducas in Historia Byzantina cap. 36. inter capita vnionis faciendæ promittitur etiam Gregorio Patriarchæ restitutio throni. Ὁ βασιλεὺς δὲ στείλας ἐν Ῥώμῃ προλαβὼν αἰτῶν, βοήθειαν, καὶ ὅπως συντεθῶσι τῇ ὁμονοίᾳ καὶ ἑνώσει τῇ γεγονυίᾳ ἐν Φλωρεντίᾳ, καὶ λάβῃ τὸ μνημόσυνον ὁ Πάπας ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ Γρηγόριος ὁ Πατριάρχης ἐπανελεύσεται ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. καὶ μετεκαλεῖτο τινὰς ἀποκρισιαρίους τοῦ Πάπα, ὅπως εἰρηνεύσῃ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν τοῦ σχίσματος. *Imperator suppetias rogatum Romam iam antea miserat, vt etiam concordiam Florentiæ reconciliata stabiliretur. Et in magna Ecclesiæ Liturgijs Papæ nomen e sacris diptychis recitaretur, ad thronum etiam suum Patriarcha Gregorius rediret: hortantibus etiam legatis, vt aliquos Papa mitteret, qui Schismatis causa orta capitalia odia placarent*. Georgius Trapezuntius Epistola ad Cretenses de vna Romana

mana

mana Ecclesia. Ἰδοὺ γὰρ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θεῖος Πατριάρχης, ὁ Γρήγορος νοῦς ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ ποιμνίου σωτηρίας γρηγορῶν, ὁ φερώνυμος καὶ ἱερὸς Γρηγόριος, ὁ μεθ' ἑνὸς μόνου ἐφ' ἡμῶν ὁμολογητής τε καὶ μάρτυς, ὁ τὴν ἐξορίαν, καὶ τὰς ἐν τῇ ἐξορίᾳ δυστυχίας ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεως ἀσπαζόμενος, ἐν Ῥώμῃ διάγει, οὐχ ὡς δεύτερος μετὰ τὸν Πάπαν ἄρχων τῆς ἐκκλησίας. *En enim Constantinopolitanus Patriarcha, mens vigilans, pro salute gregis nimium solicitus, sacer, vereque Gregorius, & cum vno solo hoc æui confessor, & martyr; & exilia, & in ijs ingruentes calamitates, pro vna vnione Ecclesiarum lætis animis amplexans, Romæ degit, non vti secundus post Pontificem Ecclesiæ tenens habenas.* Nicolaus V. Epistola ad Constantinum Imperatorem, quam ex Latino in Græcum sermonem vertit Theodorus Gaza, de exilio Patriarchæ Gregorij indolens, mandat Imperatori, vt curet, eum in sedem Patriarchalem restitui. Sunt eiusdem cum eo ætatis viri, qui Gregorium Patriarcham oculis inspexerunt. Sed quid testes externos memoro? Ipse Gregorius totum hoc testimonio suo comprobabit Epistola ad Imperatorem Trapezuntium; Ἐγὼ δὲ πληροφορῶ τῇ σῇ ὑψηλοτάτῃ βασιλείᾳ ἐπὶ μαρτυρεῖ τῇ ἀληθείᾳ, ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ἀποδέχομαι ἐξελθεῖν τοῦ Πατριαρχείου, οὐδέποτε γὰρ ἀνέβη τὸ τοιοῦτον ἐπὶ μαρτυρεῖ τῷ κυρίῳ εἰς τὸν ἐμὸν λογισμὸν, τὸ γενέσθαι με Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τριάκοντα χρόνων, ἵνα γένωμαι ἀρχιερεύς, ἀλλ' ἐν μόνῳ ἐμμένειν τῷ τῶν μονοτρόπων σχήματι. *Ego porro pro certo confirmo excelsissimæ tuæ maiestati, & veritatem ipsam testor, me propensissimo animo esse, minimeque reluctari e solio Patriarchico dimoueri; neque enim vnquam in mentem meam venerat, testemque aduoco Deum, Patriarcham Constantinopolitanum creari: quinimo nec ante triginta annos Episcopum; sed tantummodo in vita Monastica immorari.* Et tu putide pro comperto affers, Pag. 22. *hæc tam falsa esse, quam Deum non viuere?* Collige. Sed hæc vera sunt, & sine controuersia certissima, nisi desipere velis. Ergo Deus tuus non viuit: quod indubitatum apud te est. Nam si

Deum viuere crederes, næ tu in eum impia verba profundendi, & scelesta lingua tantum Numen violandi finem aliquando poneres,

Nunquam Romæ commoratus est. Nec ibi vel mortuus, vel sepultus. Nunquam Patriarcha creatus est, sed cum suis in patriam reuersus Metrophanem Cyzici præsulem aliorum suffragijs, & ipsius Gregorij electum ad eam dignitatem promoueri vidit. Quemadmodum historicus noster in postremis sectionibus tam diserte, & luculenter narrat, vt nefarium esset aliter sentire. Est ne hoc arrogantia, pertinacia, & nimietas animi; an, vt verius dicam, furor, rabies, delirium? *Nunquam Romæ commemoratus est. Nec ibi vel mortuus, vel sepultus, quod vlla vnquam historia propalauit, nunquam Patriarcha creatus est.* Sed propalauit Constantinus Imperator, Nicolaus V. Pontifex Romanus, Georgius Phranza, Georgius Trapezuntius, Ducas, ipsemet Gregorius supra laudati Auctores, & recentiores, & σύγχρονοι, qui & rebus ipsis interfuerunt, & oculati testes scripto subiecerunt: qui si tibi nulla historia sunt, tu nullus homo es, licet crocites, in his te iamdudum versatum esse. His adde Pium II. Commentar. lib. 11. *Ruthenus Cardinalis, paulo post ad Nicolaum Pontificem redijt, quem aliquot annis postea defuncto Gregorio Patriarcha Constantinopolitano, qui anno, quo Mantuam itum est, non sine sanctitatis opinione Romæ obijt, Pius ad Patriarchatus culmen euexit, &c.* Et tu nunquam Romæ commoratum esse, nec ibi vel mortuum, vel sepultum, nullam historiam propalasse, tanta animi contentione boas, reboasque. Cui fides habenda est? Tu solus, singularis, recens, externus, a rebus gestis tot annorum spatijs disiunctus, in rebus Græcis infantissimus, negas; qui asserunt, plures, Gregorio synchroni, de rebus visis, & præsentibus edisserentes, rerum integerrimi iudices, & omni exceptione maiores; quos si non vidisti, liceat mihi dicere, cœcus es. *Nunquam in eo throno sedit Mammas iste, nun-*

nunquam ſedere appetiuit. Verum eſt nunquam appetijſſe, ſed inuitum, & alieniſſimum ab eo munere detractum, tandem manus dediſſe, tradunt omnes hiſtorici, & ipſe Gregorius, vt ſupra vidimus. Hinc tu cum inſaniam affingis *viris doctiſſimis Binnio in Concilijs, Leunclauio in iure Græco-Romano, & Cruſio in Turco-Græcia, & quotquot hæc nouiſſima negotia Græcorum literis mandauere*; inſaniam, quam nec Chironia manus lauerit, inſanis.

Quin & tantum abfuit à miraculis poſt mortem edendis, vt ſi quis eius geſta in hac Synodo ad amuſſim penſitaret, potius dolorum artifex Epeus, clancularius ſtratagematum architectus, vel, ſi libere loqui liceat, facetus aulæ Imperatoriæ ſannio, aut Sycophanta iudicaretur, quam alter Gregorius Thaumaturgus, quem Chriſtus viuum ita Spiritu ſancto repleuerit, vt cineres eius vrna conditi prodigijs in humani generis ſalutem ſufficerent. Fruſtra hic opem expoſcis ad minuenda, refellendaque Gregorij miracula, qui laudes, & virtutum encomia ab hoſtibus quæris. Hocque tam clarum eſt, vt probatione non egeat. Quid enim Syropulus de Gregorio gloriabile, ac prædicandum hoſtis infenſiſſimus dixiſſet, qui etiam arrepta occaſione calumnioſe eum de multis inſimulat? Poſt diſputationes, & concertationes Gregorius veritate dogmatum conſpecta, eiuratis erroribus, Pontificiorum dogmati contrario non tantum cum commoraretur in Italia, ſed etiam abſens, & Conſtantinopoli Patriarcha, & poſt Patriarchatum vagus, & erro mordicus adhæſit: & Synodi decreta, & vnionem inuiolabiliter obſeruauit ipſe, alijſque obſeruandam ſcripto, & verbo propinauit. Syropulus contra ante Synodum, in Synodo, & poſt reditum in patriam capitalis vnionis hoſtis, atque implacabilis, neque precibus, neque officijs, neque rationibus adduci potuit, vt eam candide, & ex animi ſententia amplecteretur, vt ex his ſuis Commentarijs luce clarius etiam mente caſſis elucet. Qui ergo potuit præconia tanti viri homo aſtutiſſimus

tissimus in publicum edere? Satis illi fuit nonnulla eiusdem, etiam arrepta occasione, cum opus non esset, vt risum moueret Lectoribus, & de maiestate, bonitate, & moribus humanissimis aliquid detraheret, & apud sciolos in minimis extremisque poneret, in medium afferre. De quo infra suo loco dicemus. *Quin & tantum absuit a miraculis post mortem edendis*. Quæ post mortem ipse miracula ediderit, mihi non liquet, qui ante me id obseruarunt, pronunciant, & scripto confirmant. Γρηγορίου Ἱερομονάχου τοῦ μεγάλου Πρωτοσυγκέλλου καὶ Πνευματικοῦ, τοῦ ὕστερον χρηματίσαντος Πατριάρχου, καὶ ἐν Ῥώμῃ ταφέντος, καὶ θαυματουργοῦντος. *Gregorij Hieromonachi magni Protosyncelli, & a Confessionibus, qui postmodum creatus est Patriarcha, & Romæ sepultus corruscat miraculis*. Hominem laudatissimæ vitæ in Ecclesia Dei coruscare miraculis non nouum est. Et qui potuit viuus, quare non & mortuus, & sepultus edere poterit? An non satis mirum est, Magno Duci eius, & liberorum cædem præmonstrasse & cladem Constantinopolitanam præcinisse? Crusius in Historia Politica; Ὃς τὸ σκάνδαλον αὐξανόμενον ὁρῶν, καὶ τὴν ἅλωσιν προλέγων, παρῃτήσατο, προειπὼν καὶ τῷ ἰδίῳ συντέκνῳ, καὶ τῷ μεγάλῳ δουκὶ, ὡς οἱ ἀγαρηνοὶ σφάξουσι τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ. ὃ καὶ γέγονον ὁ ὕστερον, ὡς ἅγιος ἄνθρωπος προεῖπεν. *Sed is in dies dissidium longius serpere videns, expugnationemque Vrbis prædicens, se munere abdicauit: cum quidem illi ipsi suo compatri prædixisset, filios eius in conspectu ipsius ab Agarenis trucidatum iri: quod sancti Viri vaticinium ipso posterius euentu comprobatum fuit*. Sed esto; sit in Synodo *dolorum artifex Epeus, clancularius strategematum architectus, & facetus aulæ Imperatoriæ sannio, & Sycophanta*. Cum res diuina agitur contra dolorum artifices, strategematum clancularios architectos, facetos aulæ Imperatoriæ sanniones, & Sycophantas ad similium hominum conatus, artesque conuellendas, quid vetat ijsdem artibus vti? *Ars*, aiebat ille, *deluditur arte*.

Quam

Quam aliter Gregorius Thaumaturgus, quem Christus viuum ita Spiritu Sancto repleuerat, vt cineres eius vrna conditi prodigijs in humani generis salutem sufficerent. Pergin, male loqui Sanctis, & eorum reliquijs, homo impijssime? Hoc nec Syropulus tuus diceret, qui Sanctos, & eorum reliquias venereri ab Ecclesia Græca edoctus, nullo beneficio placari posset, ne in te contumeliam etiam absenti, & conuitium faceret; licet non habuerit Gregorius Mammas suos encomiastas, vt Thaumaturgus Gregorius, & vitæ, ac miraculorum Scriptores, non de triuio, & via, vt tu es, sed grauissimos, & locupletissimos Gregorium Nyssenum, Simeonem Metaphrastem, & Georgium Nicomediensem, & Grecorum ipsam vniuersam Ecclesiam. Et Christus, qui Spiritu sancto Thaumaturgum repleuit, ita vt cineres eius vrna conditi prodigijs in humani generis salutem sufficerent, annon potuit etiam Mammanti nostro præstare & maiora, & vtiliora?

Addis; *Auro redimendus esset, vel ob hoc solum, atque vnicum, quod manifestissimæ falsitati de Gregorio Mammante, qui ab omnium eruditissimorum hominum mentibus reuellenda certissimam scientiam indigitauerit.* Auro certe redimendus esset hic locus, quo mendacij euincitur, & affectibus paruisse, & hanc suam historiam ad Pontificiorum calumniam, & vnionis Græcorum deformationem concinnasse deprehenditur; semper in Pontificios iniurius, in hostes vnionis præco, adulatorque insulsissimus. Scribis, errorem de Patriarchatu Gregorij in omnium pectora, & paginas irrepsisse, quod Eugenij Pontificis vota pro Patriarcha nouo creando, ne concordia adhuc immatura impediretur, primum procurasse ex suis aliquem, Latinæ gentis hominem ad illud fastigium promouere suasisse, vt e suorum Græcorum numero, aliquem ad culmen illud euocaret, subinnuens hunc Gregorium, cuius tot obsequiosa officia non poterat non grato animo accipere, & repensandum

dum destinare. Hæc cum non successissent, & vniuersi scriptores præter hunc Gregorium, qui electioni interfuit, ignorarent, in hunc Gregorium Mammantem omnes coniectura præcipiti, ac infelici abreptos fuisse. Dic sodes, quando iam nouus vates ex tuo Syropulo emergis, afflatu ne diuino, an Satanico prænuncias? Satanicum esse non dubito, cum ex Satanæ addictißimo Syropulo id suspicaris. Quare mendacem esse te necesse est: quando mentem, & sententiam, quæ in præcordijs latet, nisi voce, vel externis signis indicetur, nec ipse Dæmon capere potest, cum solius Dei id sit. *Dicite nobis, quæ ventura sunt, & dicemus, quia Dij estis.* Nec vereris dicere, eos, qui Patriarchatum Gregorio asseruerunt, omnes coniectura præcipiti, ac infelici esse abreptos: cum tu non minus coniecturam tuam ex verbis Syropuli ambiguis contra tot Scriptorum vnanimem consensum infelicius elicias. καὶ σὺ προφήτης, ὁ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶ βλέπων;

Sed morem tibi geram Creyghtone; Esto sint omnia, vt tibi lubet; Vnde nam colligitur illud in principio assertum? *Nec minus conficta arbitror ab aliquo imperito Latrone, quæ contra Marci Ephesij Epistolam sub Gregorij Protosyncelli nomine, quæ tuum animum opinio non futili coniectura incessit, sed demonstratione item euidenti, vt ne oculis nictare, veritatis lucem audeant.* Coniecturam tuam adhuc expecto, tantum abest, vt demonstrationem tuam tam euidentem sperem. Quid confert ad istam demonstrationem expiscandam, an Gregorius Protosyncellus fuerit Patriarcha, vel non? Et fuisse nisi demens negauerit. Sed per me licet; non fuerit. Ergo non scripsit contra Marci Ephesij Epistolam. Vir in Patribus, & in literis versatissimus, cuius tu non negas *tot officiosa officia erga Papam*, & quem perpetuum vnionis promotorem agnoscis, non potuit contra Ephesium scribere? Quid causæ est? indica. An facultas scribendi deerat? An metu, vel minæ a scri-

ſcriptione auocabant? Romæ profecto, ſi reliqua obſtarent, poterat id ſolute, & libere facere, in qua ſponte ſua viuebat. Et tamen ſcripſiſſe & hunc tractatum, & alios, ſi Codices manuſcripti nos non fallunt, oculati teſtes conſpeximus. Scripſit ergo Epiſtolam hanc, non nunc ipſi a Binnio, vt tu ſomnias, ſed multo ante Romæ inter Concilia Generalia Græce, & Latine anno 1612. adiudicatam. Τὸ μὲν προοίμιον τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου. Nec dubium eſt, qui alia ſcripſit, hanc quoque Apologiam concinnaſſe. Legitur enim ipſius Epiſtola ad Imperatorem Trapezuntium ſatis longa, quam nos publicauimus Græce, & Latine cum alijs auctoribus in Tomo primo Græciæ Orthodoxæ, & incipit. Ἡμᾶς, ὦ θειότατε βασιλεῦ, χρείαν ἔχομεν. Item Apologiam in Marci Epheſij fidei profeſſionem, P. Ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἀρχιερεὺς κύριος Μάρκος. adhuc ineditam, quam nos edendam in Tertio Tomo, ſi Deus vitam dederit, conſeruamus. Et de ſimilibus Gregorij ſcriptis non alium integriorem, quam eundem ipſum teſtem in medium proferam. Is itaque Apologia in Marci Epheſij Fidei Profeſſionem de Symbolo Apoſtolorum ediſſerens ſcribit; Ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ διῃρημένως ἐξετέθη καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ ἐν Νικαίᾳ, πάντες ἐβόησαν, ὡς αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων. κελεύσει δὲ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων ὑπὸ Ἀετίου διακόνου ἀπὸ βιβλίου ἀνεγνώσθη καὶ τὸ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὡς καὶ πλατύτερον ἐξεθέμεθα ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ. *In quarta vero diuiſim expoſitum fuit Symbolum & Nicænum, & Conſtantinopolitanum, & poſt lectum Nicænum omnes acclamarunt; Hæc eſt fides recte ſentientium. Iuſſu autem glorioſiſſimorum Principum ab Aëtio Diacono ex libro lectum eſt, & Conſtantinopolitanum, vti latius expoſuimus in alio tractatu.* Et; Αἱ δὲ συστάσεις καὶ μαρτυρίαι τῶν ἱερῶν καὶ θείων πατέρων ἐνταῦθα γεγραμμέναι, καὶ ἐν ἄλλαις πραγματείαις περὶ ταύτης τῆς ἑνώσεως ἐκτεθειμέναι πρὸς τὰ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένα, καὶ τῶν ὁμοίως ἐχόντων αὐτοῖς παριστῶσιν, ὡς οὐδὲν πεπλασ-

μῆον πεποιήκαμεν, ὐδὲ κίβδηλον ἐπεισηγάγομεν τῷ ἱερῷ Συμβόλῳ. *Confirmationes vero, & testimonia Sanctorum, diuinorumque Patrum de hac vnione in alijs Tractatibus exposita aduersus dicta ipsius, & aliorum, in quibus similia continentur, aperte probant, nos nihil fictitium peregisse, neque adulterinum introduxisse, in Sacrosancto Symbolo.* Et Epistola ad Imperatorem Trapezuntium. Καὶ τί δεῖ πάντα τὰ τῶν ἁγίων παραθεῖναι, ἅπερ πολλὰ ὄντα εἰς μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνει, καὶ ταῦτα ἐν ταῖς πρὸς τὸν ἀοίδιμον ἐκεῖνον Ἐφέσου ἀπολογίαις ἔτι περιόντος τοῦ βίου εἰσχαράξαντες, καὶ πρὸς ἄλλους τοὺς ἐκείνῳ ἀκολουθοῦντας. *Et quid opus est Sanctorum omnia hoc in loco testimonia digerere, quæ cum plurima sint, prolixiorem sermonem redderent, & ea iam nos in Responsionibus ad Reuerendum illum Ephesium, cum adhuc inter viuos esset, aliosque, qui cum eo vna sentiebant, exscripsimus.* Non vnum sed plures tractatus composuisse de hac vnione Florentina, & contra Marcum Ephesium, & alios ipse Gregorius ingenue fatetur: & tu *conficta arbitraris ab aliquo imperito latrone, quæ contra Ephesij Epistolam sub Gregorij Protosyncelli nomine suffiguntur?* Sed hi quoque Tractatus Gregorio suffiguntur? Verum hoc temere affirmaueris. Caue ne inter instructos artibus ingenuis Viros imperiti latronis nomen obtineas, qui genuinas aliorum scriptiones perinuitis auctoribus suppilatas, non ad adultæ sapientiæ viros, sed ad imperitos latrones abijcis.

EXERCITATIO IX.

Iosephus Methonensis etiam inter Saracenos enutritus, dum fidem Catholicam defendit, & vitam innocentem agit laudabilior, & sanctior reputandus est. Quando Methone in potestatem Turcarum venit. ῥωμαίων Ἐπίσκοπος *Syropulo est, Græcorum Episcopus. Occurrentem Patriarchæ Episcopum fuisse Græcum. In ordinationibus Græcorum Episcoporum non se intromittere Romanum Pontificem, qui ritum Græcum modis omnibus sustinet.*

stinet. Semper insanus, semperque stolidus est Creyghtonus. Marci Ephesij scripta inter se quo ad omnia similia. Scripta Ephesij contra Synodum cum ijs, quæ pro Synodo, comperari nec poßunt, nec debent, cum multis parasangis inferiora sint.

Pag. 24. V*Enio nunc ad vltimam Binniani Syntagmatis appendicem, seu columnam Florentinæ Synodo suffulciendæ a Iosepho Methonensi Episcopo constructam: Secundam quidem ordine, inter Georgij Scholarij tertiam parænesim, & Gregorij Mammantis Apologiam. Sed quanto felle acriori, ac garo delibutam, tanto magis ementitam, & fallacem. Crederet Ephesinus, si viuus hunc gladiatorem secum in arena commissum animaduerteret, vt cum Hercule pumilionem, tot opprobria Iosephi, tot sua esse apud veros rerum æstimatores præconia, & mendacia Episcopi inter Saracenos enutriti. Quo magis conficta sunt, eo latiora sibi spatia ad integritatis commendationem aperire.* Et dices hominem hunc album colorem ab atro distinguere? Sane qui cerebrum in calcaneo habet, ita argutaretur. Si semel, vel iterum, vel centies præceps non iret in lutum per caput, & pedes, condonarem vtique: sed nullam esse paginam, nullam periodum, & fere nullum comma, in quibus ipse non concidat, & confundendo singula continuo mentis errore non afficiatur, vt nihil sanum producat; hoc vero nouum est, & prope a natis literis, ne dicam hominibus, inauditum. *Vltima Binniana appendix est felle garoque delibuta.* Ergo est commentitia, & fallax. Quidquid sit de felle, & garo. Vnde id arguis felle, & garo delibutum commentitium esse, & fallax, & falso suffigi Methonensi? Nonne potuit Methonensis ingenij præferocis, & acris, ideoque feritati suæ morem gerens, procacissime in Ephesium calamum stringere? Hic viuente adhuc Ephesio, quemadmodum & Gregorius, & Scholarius, in Ephesium aspere, vehementerque inuectus est; quæ non latuisse Ephesium persuasissimum mihi est: & ta-

men iſte tuus Hercules in arena commiſſum diſturbare non valuit. Habeat ergo ille abſque inuidia, quæ tu vocas, ima ſummis mutans, præconia.

Et mendacia Epiſcopi inter Saracenos enutriti. Quænam porro hæc mendacia ſunt, neque tu ſingillatim pronuncias, neque mendacia eſſe probas; ſed intra tuum cerebrum nata, illic ibi defoſſa foues, nec foras excludis, vt mendacis infamiam effugias. *Inter Saracenos enutriti.* Tu pœnas ob labes, & vulnera conſcientiæ hominibus inflictas a Numine, in malæ voluntatis maculas maligne conuertis. Quod enim in ſe delictum admiſit Methonenſis, ſi Methone eius patria in poteſtatem Saracenorum venit, & eorum imperium ſubijt? Si inter Saracenos enutriti, nulla fide ſunt, & mendacijs fallunt: Ergo Reformati iſti tui, qui inter Catholicos viuunt, & nutriuntur, Pontificij ſunt, & conſuetudinibus Pontificijs addicti, vitam exigunt. Saracenorum dominium non mutat mores eorum, qui eas regiones incolunt, ſi tamen vita integra ſunt. Maligne itaque Methonenſi mendacia appingis, quia inter Saracenos enutritus eſt. Imo ille ſub eorum dominatu religionem Catholicam aduerſus rebelles defendens, & inter incultos atque horridos mores vitam agens innocentem, &, quod magis eſt, moleſtias ab illis illatas ſumma cum voluptate ſuſtinens, gratias Numini pro vexationibus agens, is & laudabilior, & ſanctior reputandus eſt. Sed cum apud te pietas, non niſi quæ pietatis remittit habenas, & permittit omnia, & in tranquillitate corporis verſatur, nulla ſit, non mirum ſi Methonenſi inter Saracenos nutritionem in infamiam ponis.

Inter Saracenos enutriti. Vnde id exculpſiſti? Methone ciuitas munitiſſima, muris valloque armata, cum Græcorum claſſis per eam pertranſiret, nondum ſub Saracenorum imperio gemebat, ſed Venetorum felicitate perfruebatur, donec poſt multos annos Baiazetis excurſiones

pauens,

pauens, & reformidans immanitatem, illius hostili militiæ cessit. Non potuit itaque Methonensis Episcopus inter Saracenos enutriri, nisi tu Venetos per summam iniuriam inter Saracenos reponas, quod vel commemoratum, tanquam auspicium malum aures detestantur. Sed effræni linguæ, & ori impudenti omnia oblatrandi liberum est. Et vt planius, & dilucidius loqui possis in posterum: ante Florentinum Concilium, & post etiam per multos annos ditioni Christianorum Methone erat obnoxia, quæ postmodum Turcarum feritati concessit, idque sub Baiazete. Narrantque illius excidium, & vastitatem Petrus Iustinianus Rerum Venet. lib. 10. Io: Leunclauius in Pandectis non signato anno. Historia nihilominus tum politica, tum Ecclesiastica apud Crusium tradunt eam excisam fuisse anno Christi CIƆIƆ. Τοῦτος ὁ Σουλτάνος ἐπῆρε τὴν Μεθώνην ἀπὸ σπαθὶν, ὁποῦ τὸ ὅριζαν οἱ Βενέτικοι, καὶ ὅλους τοὺς ἄνδρας γέροντας, καὶ νέους ἕως δώδεκα χρονῶν. καὶ ὥρισε, καὶ ἔκτισαν δύο πύργους μὲ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. καὶ φαίνονται ἕως τὴν σήμερον. ἦτον δὲ τότε εἰς τὰ χίλια πεντακόσια ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως. *Expugnauit Sultanus Baiazita vi, & armis Methonem, cum eam Veneti in potestatem habuissent, omnemque masculinum sexum virorum senum, & iuuenum, ad vsque duodecimum ætatis annum interemit. Iussu eiusdem duæ turres ex capitibus eorum ibi extructæ, quæ etiamnum hodie cernuntur. Erat is annus nati Christi millesimus quingentesimus.* Componamus tempora. Imperator peruenit Methonem anno 6946. Indict. 1. cum exceptus fuit ab Episcopo Patriarcha. Tum Episcopus minimum erat, vt par est credere, annorum quadraginta, adde his, qui superant ad quingentesimum, erant anni fere centum. Ergo non potuit vllo modo nutriri inter Saracenos. Sed enutritus in alia Vrbe Saracenis subiecta, inde elatus in Methonensium Sedem inuectus est. Proba hoc, si potes: & ouans in Capitolium ascende. Sed nunquam te tam bene fortunabunt superi. Quare te pœniteat tam supinæ

sen-

ſententiæ tuæ. Sed ſperas nullum te eo vſque redarguere poſſe, vt ad palinodiam cogaris. Te mendacia venditaſſe, & in rebus Chronologicis, quemadmodum & in reliquis alijs imperitum eſſe atque ieiunum, poſſe me demonſtrare confido: ſed ingenium pertinax, & malo obnixum retrahere verſareque in bonum, ſolius Numinis eſt.

Cui opinioni viam ſtrauit luculentam in hac hiſtoria noſter Auctor Seſſione 4. *cap*. 4. & 5. Lutulentam debueras dicere, quam tu tua expoſitione lutulentiorem feciſti, & veritatem meridiana luce nimis refulgentem, tenebris mediæ noctis tenebricoſiorem reddidiſti; cum quem præ manibus habebas tuum hunc Syropulum non intelligens, peruerſa interpretatione, in tuam hanc ſententiam detorſiſti. *Deſcendenti Patriarchæ in arenam confeſtim accurrit Epiſcopus loci cum ſuis, tanti hoſpitis aduentui feſta fronte, & floribus, quod aiunt, gratulaturus: quamquam & id, quidquid erat expectati officij, ex abundanti humanitate præſtiterit* ὁ τῶν Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος, *vt noſter, aut perfunctorie loquitur I. E. Epiſcopus, cuius inauguratio, & omnis inſularum poteſtas, ac iuriſdictio a Papa pendebat, & Sede Petri. Nihilominus, vt ſe Ioſephus magis magiſque in Græcorum fauorem inſinuaret, dum Patriarcham ſolemniter in ciuitatem circumducit, forte fortuna noſtrum autorem interrogauit, in prima fronte inter magnates Patriarchæ gradientem; Ecquos Patriarcha in comitatu Latinos haberet Epiſcopos? Se enim quando Græcorum hominum Eccleſiæ præficeretur, nec Romani Breuiarij ritum obſeruare, nec omnino ſacris operari ſolitum inſpicientibus Latinis. Miratus noſter hominis tam prompti in Græcos ritus animi, quem ſciebat omnia Romano Pontifici debere, ſimul & gnarus, quo iſtæ offuciæ pararentur, nempe vt gratiam Patriarchæ iniret, iuſſit, vt metum poneret, ac ſolicitudinem, ſiue ſpectarent Latini, ſiue non, quando ipſe Patriarcha adeſſet, cuius ſublimi cenſuræ ritus omnes Eccleſiaſtici permittuntur.* Hanc lepidam hiſtoriolam Creyghtonus ex ſuo Syropulo elicit, ſed quo exitu? iudica Lector. Ὁ τῶν Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος, *vt*

noſter

noster haud perfunctorie loquitur. I. E. Episcopus, cuius inauguratio, & omnis insularum potestas, ac iurisdictio a Papa Romano pendebat, & Sede Petri. Nihil minus, Ὁ τῶν ῥωμαίων Ἐπίσκοπος Syropulo est, *Græcorum Episcopus*, quem ad distinctionem Latini, Ῥωμαίων, *Romæorum, Græcorum* nempe appellat. Est enim hoc in more positum Romanis Pontificibus in illis vrbibus, in quibus Latinus ritus inualuit, Latino more ordinatum Episcopum legare, vt fideles illos in eo ritu instruat, & contineat, non Græco eiecto, atque exterminato, qui in Græcos iurisdictionem exercet. Et Latini Episcopi inauguratio, & omnis insularum potestas a Papa Romano est, & Sede Petri: vti Græci a Patriarcha, vt videre etiamnum est in Chio insula, Naxo, Scyro, & alijs Ægæi maris insulis, & mediterraneis in Illyrico, alijsque prouincijs. Ab his Græcorum Episcopis, vt distinguat Latinos Syropulus, illos ῥωμαίων Ἐπισκόπους, hos λατινοεπισκόπους appellat. Is itaque Græcorum Episcopus obuiam venit Patriarchæ festa fronte, & floribus gratulaturus. En verba; Εἶτα εἶπεν ὁ Πατριάρχης, ὅτι οἱ Ἐπίσκοποι οὗτοι οἱ λατῖνοι θέλουσι κατέχειν με ἐκατέρωθεν κατὰ τὸ ἔθος. τὸ δὲ ἐστιν ὑμέτερον δίκαιον. ἀλλ᾽ οὗτοί εἰσιν ἀνατεθειμένοι πρὸς τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ Πάπα. *Postmodum dixit Patriarcha, hi Latini Episcopi me stipaturi sunt vtrinque, vti in vsu est. Quod tamen vestrum ius est; & hi destinati sunt ad hoc, & a Pontifice ipso.* Nempe; Quamuis Græcorum Episcoporum priuilegium est hoc, stipare vtrinque latera Patriarchæ, nihilominus nunc, Episcopi isti Latini, quod ita fieri assolet apud illos, hoc sibi volunt vindicare; cum ad id muneris destinati sint, & potissimum a Papa. Quare non est, quod mihi succenseatis. Ergo cum adiectione Latini, Latinos Episcopos indigitat, & distinguit a Græcis, qui illi ῥωμαῖοι sunt. Non potest dici planius, explicatius. Tu vero nescio, quæ hariolaris. *Nam id secum Patriarcha cogitauit, quod & nobis aperte explicuit his verbis.* Totum hoc

Syro-

Syropulo eſt, εἶπεν. *dixit. Latini Epiſcopi adſtare mihi in proximo loco, mea vtrinque ſtipare latera honoris cauſa, putant ad ius ſuum pertinere, quam ego veſtram eſſe prærogatiuam cenſeo. At quid ſi id edocti ſunt a Papa?*

Sed minutiora iſta miſſa faciamus. Maiora me vocant. ὡς οὖν ἐξηρχόμεθα τῆς νηός, ἐρώτησέ με, εἰ ἔσονται καὶ λατῖνοι μεθ' ἡμῶν. εἶπε γὰρ, ὡς ὅτε λιτανεύομεν ἡμεῖς, οὐκ ἔρχονται μεθ' ἡμῶν λατῖνοι. ἐγὼ δὲ εἰδὼς τὸ γενησόμενον, εἶπον, μή σοι μελέτω νῦν περὶ τούτου. ἐπειδὴ πάρεστιν ὁ Πατριάρχης. *Cum egreſſi eſſemus de naui, rogauit me, an Latini nobiſcum adeſſent: namque dixit, cum nos ſolemni ritu Deum obſecramus, non accedunt nobiſcum Latini. Ego vero cum ſcirem, quod faciendum erat, reſpondi, ne tibi huiuſce rei cura ſit, quando præſens eſt Patriarcha.* Tu vero reddis ſic. *Vt primum nauigio egreſſi ſumus, me interrogauit Epiſcopus; an latini in noſtro comitatu veherentur? Se cum Eccleſiæ Græcanicæ præficeretur, nec Romani Officij ritum obſeruare dixit, nec ſacris operari ſolitum aſpectantibus Latinis. Ego vero ſatis gnarus, quo tendat hæc oratio, iuſſi de hac re omnem animo ſolicitudinem eximeret, cum ipſe Patriarcha adſit.* Vbi illud eſt, *ſe cum Eccleſiæ Græcanicæ præficeretur, nec Romani Officij ritum obſeruare, nec ſacris operari ſolitum adſpectantibus Latinis?* An hoc eſt, Ὅταν λιτανεύομεν ἡμεῖς, οὐκ ἔρχονται μεθ' ἡμῶν λατῖνοι? Senſus itaque eſt; Interrogant Eccleſiarcham; an Patriarchæ Latini comites adſint. Et cauſam reddit. Nos enim, ait, cum ſacra facimus, vel communes preces, & ſupplicationes ambulando, vel procidendo peragimus, Latini ſe retrahunt, nec cum nobis commiſcentur, ſiue quod nos vti a fide ſua alienos vitent; ſiue quod etiam ſciant, ſe a nobis vti profanos deſpici. Eccleſiarcha cum agenda optime noſſet, nempe Patriarchæ futuros comites Latinos, iuſsit de hac re, vt omnem animo ſolicitudinem eximeret; cum ad Patriarcham pertineret ſimilia diiudicare. Ergo ſi a Græcorum ſacris arcebantur Latini, & Methonenſis iſte, ſeſe inter eos enumerat,

rat, a quorum ſacris Latini ſe retrahunt, cui non manifeſtum fuerit, hunc, quiſquis eſt Epiſcopus, Græcum eſſe? Et hoc non ex alio, quam eo ipſo loco, quem pro ſe affert Creyghtonus, elicitur, quidquid ipſe male interpretando, vel ſubuertendo verba, ineptiat.

Cuius adhuc me nondum pœnitet ſententiæ, nec quiſquam eo vſque redarguet, ſpero, vt me ad palinodiam cogat. Sis mecum Creyghtone, excita te paulum e ſomno, excituſque pone rabiem. Non longius euagabor. Epiſcopus iſte Methonenſis eſt, qui in tuum Epheſium hoc Binnij augmento ſæuit acerbe. Per me licet. *Is ſatis ſuperque ſe Latinum prodit in his altercationibus*; cum Græcum ſe prodere demonſtrauero, pœnitebit ne te tuæ ſententiæ, & eo vſque redargueris, vt ad palinodiam cogaris? Ego equidem non ſpero. Nihilominus vt quantus ſis in intelligendo, & ſtatuendo de ijs etiam, quæ legeras, alij comprehendant; en ego ex hac eadem Apologia contra Epheſium Methonenſis, Methonenſem auctorem Græcum eſſe, ſi tamen ipſe non mentitur, cumulatiſsime demonſtrabo. Lege apud ipſum; ἐκεῖνοι δὲ, *illi vero, Latini nempe*, &c. προσεκαλοῦντο δὲ τοὺς ἡμετέρους, εἰ βούλονται ἀντειπεῖν τοῖς τῶν διδασκάλων ῥητοῖς. οἱ ἡμέτεροι οὖν ἀντιλέγειν οὕτω πρὸς τὰ φανότατα οὐκ ἐθάρρησαν. *Noſtros vero euocabant*, nempe Græcos, *ſi quid vellent dicere contra ſententias Doctorum: at illi non ſunt auſi aduerſus lucidiſſima proloqui*. Et infra, cum de ſignificatu præpoſitionum *Per*, & *Ex* diſceptaretur, ſubdit de Græcis; Εἰ γὰρ νῦν μετὰ τοσαύτης ἐξετάσεως ἐγένετο, σπουδῆς τε, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ οἱ ἡμέτεροι αὐτῇ μάχονται ἀναιδῶς. τί γὰρ ἔλεγον, εἰ χωρὶς ἐξετάσεως ἐγεγόνει. *Nam ſi tanta nunc adhibita inquiſitione, ſtudio, & vigilantia, noſtri factam vnitatem impudenter oppugnant; quid dicerent, ſi nulla eſſet adhibita inquiſitio?* Cum de Græcis ſermo eſt, Græcos ipſos *Noſtros* vocitans, an non vnum ſe ex illis eſſe plane commonſtrat, dum eo ſeſe a Latinis diſtinguit? Sed cum dubium ſit, an hæc capiat ſui oblitus

Creyghtonus, ad clariora deuenio. Idem infra; Ἀλλ' ἡμεῖς φοβούμενοι τὴν αἰσχύνην, ἣν οὐ λέγω διὰ τὴν τοῦ γένους τιμὴν, ὅτι τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ ἔθους κἀγὼ ὑπάρχω, οὐκ ἐβούλεσθε διαλέγεσθαι. *At nos probra timentes, quæ quidem prætereo, nationis honori consultum volens, quod sim & ipse gentis, & ritus eiusdem, nolebatis disputare.* Dic tu clarius, si potes. Si legisti hæc, vel non intellexisti, vel intellecta vitiosa nimium improbitate fingis te non animaduertisse, ideoque tacitus præteris & sententiæ tuæ nunquam mutandæ consulis, vt tua quoque peruicacia in defendendis falsis adumbratisque chimæris, pateat vniuersis. Si non legisti, qua mente, vel qua fronte de illis statuis? Dicam vel inuitus, ingenue tamen, quantus quantus es, nil nisi insipientia, & impudentia es.

Habeto igitur tuum istum Methonensem, licet inscitum & Latinum Episcopum, Pag. 24. *cuius inauguratio, & omnis insularum potestas, ac iurisdictio a Papa Romano pendebat, & Sede Petri. Græcus non ita sæuijsset in Ephesium, & Græcorum sententiam.* Qua de causa? Nonne alij Græci ante Concilium Florentinum, & post Concilium, discussis Patrum dictis, accurateque examinatis, veritate cognita aduersus Græcos pro Latinis Commentaria ediderunt, Nicephorus Blemmida, Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus, Georgius Metochita, Constantinus Meliteniota, Ioannes Argyropylus, Maximus Chrysoberga, Bessario Nicænus, & alij, ne singulos commemorem? Inepte ergo arguis Græcum Catholicum in Græcum Hæreticum non sæuijsse. Reuolue mente, vt se gesserint Græci antiquiores in antiquioribus Græcorum hæresibus refutandis, & debellandis. Semper in Ecclesia Catholica idem spiritus, idem ardens Dei colendi studium, atque impetus in aduersarios inclaruit.

Hinc consequenter non cohæret, quod addis; *Illius inaugurationem, & omnem insularum potestatem, ac iurisdictionem*

a Papa

a Papa Romano pendere, & Sede Petri. Cum in ordinationibus Græcorum non se immisceat Papa Romanus, nec Sedes Petri; sed totam illam ordinationis seriem, quemadmodum & reliquos ritus, & consuetudines Græcis remittat, non se immittens, neque ingerens in eorum Ceremonijs, quinimo decernens iubensque, vt nullo modo confusio rituum fiat. Et si nescis, summi ipsi Pontifices, & inter eos Leo X. vt recentiores recenseam, cum plerique ex Latinis Græcos infestarent, & ab eorum moribus, & obseruantijs etiam per vim conarentur abducere, prouidit, & post Leonem Clemens Octauus, ne illos ad propria deserenda, & Latina vsurpanda compellerent, Diplomata de hac re ediderunt. Antonius Galateus de situ Iapygiæ narrat, *Cum Latini quidam ex his circumforaneis mendicantibus Græcos persequerentur, ac cogerent eos ex azymo non ex fermentato pane conficere Sacramentum. Hi Sacerdotes post longas disputationes Romæ in pleno Collegio Principum Sacerdotum vicere, &, ne a patrio ritu discederent, impetrauere: quem morem huc vsque seruant, & Romanæ Ecclesiæ iussis nostrates omnes Catholici Græci parent.* In Collegio Græcorum Romæ Gregorius XIII. illius fundator mandauit, vt ritus Græcus ab Alumnis ad amussim obseruaretur. Anno 1615. Paulus V. nullam necessitatem Ruthenis Episcopis imponendam esse deserendi ritus Græcos, rescripto declarauit; & nuper Vrbanus VIII. pro feliciori Collegij Græcorum regimine confirmauit, vt iuuenes ritus Latini inscijs superioribus, vel etiam ex peculiari Sedis Apostolicæ dispensatione in Collegium ingressos, post susceptum iuramentum, etiam postquam e Collegio discesserint, ad ritum Græcum seruandum obstrinxit: Si cui item ex alumnis specialiter indulserit Sedes Apostolica, vt non obstante iuramento ad ritum Ecclesiæ Latinæ transire possit, ad restitutionem omnium expensarum, quæ in alendo, & instruendo factæ sunt, nisi etiam super hoc dispensatum cum

eo fuerit, condemnauit. Qui vero ſine expreſſa diſpenſatione ritum mutauerit, eum quibuſcunque officijs, & beneficijs priuauit, eumque ad ſimilia in futuram obtinenda inhabilem declarauit: mandauitque, vt Collegij protector adminiſtrans contra eos tanquam periuros procederet. Præterea, vt Italo-Græci iurarent, nunquam acturos, poſtquam e Collegio egreſſi fuerint, vt ad ritum Latinum ſibi tranſire liceat; Græci autem ſe ritum a S. Romana Eccleſia probatum perpetuo ſeruaturos, neque acturos vnquam, vt ad ritum Latinum tranſire ſibi liceat. Sic item nonniſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia alumnis dicti Collegij ad vllum ex regularibus ordinibus ingreſſum dari prohibuit. Voluitque ritum Græcum per omnia diligenter ſeruari, dum ſunt in Collegio; Latinum vero quantum ſcandali, & eorum cum quibus conſueſcunt, ratio poſtulabit. Dignumque eſt admiratione, quod in Inſtitutionibus adnotatur, Græcorum filios caſu aliquo a Latino Presbytero baptizatos, quod non ſuppeteret copia Græci Presbyteri, non eſſe admittendos. Sic item Romæ Græcum Epiſcopum ritu Græco in Græcia ab Epiſcopo Græco ordinatum ſuis ſumptibus honorifice palam detineant, qui Græcos in Eccleſia Græcorum ritu Græco ordinet, & conſecret. Non credis Allatio? Perlege Diplomata Pontificia, ſi tibi animus eſt, certa certis auctoribus ſcribere.

Pag. 25. *Miratus noſter hominem tam prompti in Græcos ritus animi, quem ſciebat, &c.* Hinc etiam argue, Epiſcopum illum Græcis præfuiſſe, non Latinis. Omnes enim ad ſua tutanda conſeruandaque promptiſſimi ſunt. Dein quæ erat neceſſitas, vt Epiſcopus Latinus ante vnionem, & comitate aſſentatrice, & officiorum blanditijs malitioſis palparetur Patriarchæ Græcorum: cum adhuc nihil certi de vnione futura eſſet, ſed omnino per caliginem cerneretur, & ex arbitrio partis vtriuſque penderet? *Nempe*

vt gra-

vt gratiam Patriarchæ iniret. Ex ſui animi impotentia aliorum mentem Creyghtonus, Engaſtrimythi numine afflatus, admetitur. Sed quam ſupine ex eodem addiſcamus. *Epiſcopi huius Latini inauguratio, & omnis inſularum poteſtas, ac iuriſdictio a Papa Romano pendebat.* Ergo non Patriarchæ, ſed Papæ Romani gratiam ineundam eſſe exiſtimaſſet, ni deſiperet. Ab illis enim qui nobis præſunt, & a quibus dignitatem, qua fungimur, recognoſcimus, gratiam nobis atque fauorem expiſcamus, vt bona nobis ex eorum humanitate proueniant. Sed quid Epiſcopo Latino in Vrbe Venetis obnoxia a Patriarcha Græco, cuius ditionem nec in minimis quidem recognoſcebat, ſperandum erat? Quare ſomnia ſua Creyghtonus, vt lubet, nullo valido fundamento, & extra veritatis euidentiæque fines, operam ludens, fingit, refingitque. Et vt tandem hunc Ioſephum, quiſquis is fuerit, infeſto ore lacerare deſinas, & tanto ſtupore mentis delirando inceſſere, eo ſcopo, vt probes, hunc fuiſſe Pontificium Epiſcopum, dabo tibi teſtem locupletem, & cui tu fidem, ſi ſanus es, non negaueris; ipſorum Pontificum Romanorum acta authentica, in quibus Epiſcoporum nomina, dum publicis Conſiſtoriorum ſeſſionibus proponuntur, & creantur, nomina deſignantur, in quibus nullus hic Ioſephus tuus Latinus apparet, ſed alij, atque alij, ab anno 1405. ad annum 1448. Electi ſunt itaque Methonenſes Epiſcopi Latini a Summis Pontificibus. Ludouicus Maurocenus Venetus, Epiſcopus Iuſtinopolitanus transfertur ad Methonenſem Epiſcopatum anno 1391. 11. Kal. Decembris; & Antonius eligitur anno 1405. per obitum Antonij eligitur F. Laurentius Venetus ordinis Prædicatorum anno 1410. Idibus Iunijs. Franciſcus eligitur anno 1415. Id. Iunij. Martinus eligitur anno 1428. 13. Iunij. Poſt Martinum Gabriel de Gabriellis nobilis Venetus anno 1433. 10. Iulij. Qui poſtea anno 1448. 13. Kal. Iunij transfertur ad Epiſcopatum Iuſtinopo-

nopo-

nopolitanum. Sedit in Methonensi vsque ad annum 1448. cui successit Marcus eodem anno 11. Decembris, vt diligentissime adnotauit Abbas Ferdinandus Vghellus, in omni humanitate, & recto studio, sed in hoc potissimum versatissimus ex actis Consistorialibus, & monumentis Ecclesiæ Iustinopolitanæ Tomo 5. Italiæ Sacræ, in Episcopis Iustinopolitanis. Marco successit Angelus 1459. 10. Decembris. Hæc est series Latinorum Methonensium Episcoporum ab anno 1405. ad annum 1459. In quibus Iosephum istum tuum Methonensem Latinum Episcopum nullum video, & tum cum Methonem peruenisset Imperator, & Patriarcha, sedebat Gabriel de Gabriellis; cum illi Ecclesiæ præfuisset ab anno 1433. ad annum 1448. Imperator vero, & Patriarcha Methonem peruenit anno 1438. Negabis puto aperto capite acta Consistorialia. Sed qua fronte? quo pudore? Produc tu certiora, & Methonensem istum tuum Latinum Episcopum vel leuissima ratione proba, vel *cane Palinodiam*, si tragico Oreste de mentior esse non vis.

Hæc de Episcopo Methonensi, qui in istis ad Florentinum appendicibus se contra Ephesium armat, quasi per transennam prælibare libuit ex nostro Auctore. Aptius dixisses, ex tuis somniculosis delirationibus. Cum quem tu tuorum dictorum ducem sequeris, vt paulo ante vidisti, nec digitum tibi porrigat, quinimo tua obuertat, licet tu improbe tua interpretatione præuertas. Hinc cadit, & satis misere conclusio illa tua: *Vt hominis ingenium innotescat vafrum, ac versipelle, qui ea futiliter in blanda verborum complementa spondebat, quæ nec Patrono suo Romano Pontifici, sed nec vllatenus sibi metipsi attestante conscientia audebat comprobare*. Licet enim, vt Græcus addictus Schismati in Grecorum supplicationibus Latinos, sed male, non admitteret; non ideo tamen sequitur, eum ingenio vafro, ac versipelli fuisse: nec arcere Latinos a supplicationibus blanda verborum complementa sunt,

Ponti-

Pontifici etiam Romano improbanda. Et quidquid tu garrias, ipse se satis superque Græcum prodit in his altercationibus. Interim tu nondum probasti, Iosephum hunc Methonensem, qui scripsit contra Ephesium, fuisse illum Episcopum, qui gratiam Patriarchæ aucupari videbatur, neque Latinum Episcopum fuisse: quæ probanda susceperas. *Nec minorem væcordiam in rixosis contra Ephesium scriptis commonstrat, quam in adulatorijs ad nostrum auctorem dictis, si vtraque ad Lydium lapidem æqui iudicij explorarentur.* Vti ergo blanda illa verborum complementa insulse, insciteque probasti, ita & nunc ad Lydium lapidem æqui iudicij tui exploras rixosa contra Ephesium scripta, & te nec tui auctoris, nec Methonensis scripta intellexisse, quando ita decernis, demonstras. Quidquid sit de methodo respondendi: illam, cum ita proposita sit ab Ephesio, sequens Methonensis, de statu disputationis haud deflectit. De alijs ante quam adeo putidam sententiam effutires, considerandа tibi erant, rationes, argumenta, rerum momenta, & excutienda historiarum monumenta, tum demum pronunciare. De quibus aliorum, qui minus perfrictæ naris sunt, erit iudicium, tuum siquidem in hisce rebus nullus probabit.

Vt puderet in Tractatus exordio titulum præfigi τῦ Θεοφιλεςάτυ Ἐπισκόπυ Μεθώνης, *Apostolorum alicui S. Petro, vel S. Paulo magis conuenientem, quam homini contentioso, qui inducta simultate, Sacrosanctum literarum decus, ac veritatis lumen infamibus libellis defædaret.* Bene res sese habet. Si suæ Sanctitatis seruatorem non habuissent Petrus & Paulus, iam proiecti essent e Sanctorum numero, auctore Creyghtono, quando *non puduit in Tractatus sui exordio titulum præfigi* τῦ Θεοφιλεςάτυ Ἐπισκόπυ Μεθώνης. O exemplar antiquæ religionis! O pium Sanctorum cultorem? Sed tanta in Creyghtono pietas ex ignauia quoque est, qui nescit distinguere titulos, & qui quibus personis aptentur. Θεοφιλεςάτυ siquidem

dem

dem non eſt Sanctorum titulus, ſed dignitatis Epiſcopalis, qui θεοφιλέστατοι, & θεοσεβέστατοι, etiam ſi moribus improbiſſimi ſint, & hæreſi, & peſtiferis de religione opinionibus imbuti, antequam condemnentur, audiunt. Ne in re clariſsima nimius ſim; adi Concilia Generalia; in illis Neſtorius, Macedonius, Dioſcorus, licet de hæreſi inquirantur, θεοφιλέστατοι audiunt. *Non* ergo *quicunque Deo cariſſimus appellatur, Sanctus eſt, ſuauis, & ſerenus, ita procul ab omni liuore, & ambitione, & abſtractus in altitudinem Chriſtianæ contemplationis, totum vitæ curſum in admiranda Dei bonitate conſumeret,* vt facit Creyghtonus. *At Methonenſis non modo Epheſium durioribus verbis exarcebat in prælia prouocatum, cuius forte os nunquam conſpexit, niſi in portu cum Patriarcha appulſu, nec alia ſcripta perlegit, quam quæ vel ipſe Ioſephus, vel Latini ſub Marci nomine, & cum Marci iniuria edidere.* Deus bone! In alijs dementia ſiue inſania habent ſua quæque interualla, & aliquando etiam nolentibus, ſanum aliquid ore excidit. In Creyghtono aſsiduæ, & continuæ ſunt, nec vllo vnquam tempore moram interponunt, vel canunt receptui. *Methonenſis non modo Epheſium durioribus verbis exarcebat in prælia prouocatum.* Quis vnquam audijt, reſpondentem, eum cui reſpondet, prouocare in prælia? Qui reddit reſponſum, audijt proponentem, & prouocantem ad reſponſum; ſequitur præeuntem. Criminatur Epheſius Synodum. Excuſat Synodum, & criminationes eleuat Methonenſis. Contra decreta Concilij inſurgit Epheſius, opponit argumenta, & infeſto ore vnitos lacerat. Methonenſis defendit, argumentis adductis ſatisfacit, & vnitos a calumnijs vindicat. Quis bellum inchoat? quis diſputationem ingreditur? Accuſator, an propugnator, & defenſor? *Epheſium durioribus verbis exarcebat.* Par pari reddere æquum eſt? Quod integrum fuit Epheſio, quare non erit, & Methonenſi. Epheſius temerat conuitijs vnitos, & ex conuitijs Methonenſis eos

ſis eos eximens, durioribus verbis exercebat Epheſium. Ita intelligit Creyghtonus, ita ratiocinatur nouæ Logicæ architectus. Hinc illa nec immerito; Ἀλλ' ἀπελογοῦντο ὕστερον. ἐπειδὴ ὑμεῖς προετείνετε πρότερον ὡς κατήγοροι. ἐκείνους δὲ ἦν τὸ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης ἀπολογίαν ποιεῖσθαι, *Verum defenſionis cauſa reſpondebant, quoniam priores vos proponebatis, vt accuſatores, reliquum ergo erat, vt illi rationem neceſſario redderent.* Et Methonenſis in hac eadem Apologia; Ὁ δίκαιος λόγος ἀπῄτει, ἐπειδὴ σὺ ὑπὲρ μέρους τῶν γραικῶν εἶπες, καὶ οὕτω μακροὺς κατέτεινας λόγους, ἵν' ἀκούσῃς καὶ τὰς ἀποκρίσεις. οὐ γὰρ δίκαιον τὸν διαλεγόμενον μόνον λέγειν μὲν, οὐκ ἀκούειν δὲ καὶ τοῦ ἀποκρινομένου. *Æqua ratio poſtulabat, vt poſteaquam tu pro Græcis dixeras, & adeo prolixos ſermones habueras, audires etiam reſponſiones: neque enim iuſtum eſt, ſolum diſputantem dicere, & reſponſa non audire.* Reſponſio igitur ſequitur accuſatorem. Sed Epheſius mitius agit, nec ita in vnitos, atque Concilium inuehitur. Percurre eius Epiſtolas ad alios atque alios datas, & Fidei ipſius profeſſionem, quam animam agens edidit: eum nec calumnijs, nec iniurijs, nec ſannis peperciſſe deprehendes, & ingenium hominis ſæuum atque efferum agnoſces, quod nec ſuis etiam immerentibus parcere nouerat. Pag. 25. *Cuius forte os nunquam conſpexit, niſi in portu cum Patriarcha appulſum.* Non ſatis eſt Creyghtono ſemel deliraſſe, & pretium ob ſtultitiam tuliſſe, ni cantilenam eandem canat, & eaſdem affanias iteret, inſiſtatque in illis Ὡς κιττὸς δένδρου ἐπειλημμένος. De hoc Methonenſi ſupra ſatis multa, quæ denuo repetenda non ſunt. *Nec alia ſcripta perlegit, quam quæ vel ipſe Ioſephus, vel Latini ſub Marci nomine, & cum Marci iniuria edidere.* Ergo Latini & ſcripta in Epheſium, & Epheſij in Synodum, & vnionem ementiti ſunt, & ex arbitrio confinxerunt. Vnus Creyghtonus id aſſerit. Quo auctore? Quibus teſtibus? Quibus argumentis? Annon eſt ſatis talem Virum id pronunciaſſe? Credant ſui ſimiles. Qui dexterius erudi-

tione vtuntur, risum tollent, & deplorabunt simul amentiam, & præcipitem confidentiam hominis.

Nec alia scripta legit, quam quæ vel ipse Iosephus, vel Latini sub Marci nomine edidere. Dic sodes, quæ scripta sub Marci nomine Latini edidere? Omnia ne quæ sub illius nomine circumferuntur, an tantum quæ Iosephus refutat? Omnia dicere, insigniter impudentis est. Hanc tantum Epistolam, quam discidit Methonensis, plane insipientis. Perlege, confer, examina, si tanti es. Non ouum ouo, neque aquam aquæ similius reperies. Verba ipsa, sententias, argumenta, & periodi ipsæ, & commata orationis, vti ex vno ore, vnoque ingenio nata illa ipsa sunt, & eundem referunt sonum. Quare vel Marci non sunt, quæcunque sub nomine illius leguntur, vt sunt Epistola ad omnes terrarum Orbis Christianos, & Insulas habitantes, quam refutauit Georgius Protosyncellus; Epistola ad Georgium Presbyterum, quam infirmauit Andreas Colossensis, Professio suæ fidei, antequam extremum suum diem confecisset, & profligauit idem qui supra Protosyncellus; Capita Syllogistica aduersus Latinos de Processione Spiritus Sancti, quorum fallacias, & illusiones primum Georgius Scholarius doctissime, vt alibi diximus, vrgente amico Gregorio Protosyncello, vsque ad caput XVIII. dissoluit, & cum morte præuentus Scholarius non absoluisset, & Patriarcha Gregorius Romæ vitam ageret, rogatu ipsius Bessario reliqua coarguit, & nouo examine omnia ab initio, ne ea vti inenodabilia relicta esse compluribus viderentur. Et si quid aliud etiamnum in tenebris obscurissimis latet. Ergo si hæc non sunt fœtus genuini Ephesij, neque hic libellus Ephesij de Synodo Florentina, cuius obiecta, & mendacia diluit Methonensis. Sed quis id dixerit nisi demens? Et quis crederet tantum otij nactos Latinos, nisi eos otio congelatos fuisse, in animo duxerit, & ad consarcinandas similes quisquilias

tem-

tempus insumere voluisse? Sed quo vsu? quo commodo? quo scopo? Finxerunt hominem, quem configerent. Tu hæc dicis. Ipse non credo, nec credent alij. Quasi vero in illa gente deessent, qui argumentum simile, & acutius, & doctius pertractarunt, quorum sermones, & impetus in Latinos reprimere potuissent, si libuisset, Eustratius Nicænus, Andronicus Camaterus, Gregorius Palamas, Theodorus Muzalo, Georgius Moschampar, Georgius, siue Gregorius Cyprius, & alij. Audaciam tamen viuentis adhuc hominis, dissidium vrgentis, vnionem oppugnantis, Concilium Florentinum criminantis, & verbo, & scriptis contundere molientis, vetustorum Schismaticorum dicta, & rationes, vti indignas responsione taciti prætereuntes, vti in Synodo acriter examinatas, & dissolutas, nouas recentiorum concertationes conuellere studuerunt. Tu porro, vt eorum scriptis detrahas, & spuria ostendas, non vereris, si vna cum illis Ephesij quoque, quem in fide ac clientela tua susceperas, inter incerta, & male concepta reijceres, & comentitijs parentibus vindicares. *Et cum Marci iniuria edidere*. Quæ sit hæc iniuria Ephesij, plane non intelligo. Si hæc iniuria est Ephesij; Ergo scribere contra processionem Spiritus sancti etiam ex Filio, contra Concilium Florentinum, & contra vnionis capitula, facinus est; si illi iniuria fit, cuius sub nomine tractatus similes publicantur. Quod si est, hydra tibi secunda est, vt tibi Ephesius extra culpam, & demum ab iniuria, quam illi Libelli sub eius nomine editi apponunt, innoxius assurgat. Si facinus non est, frustra tu Ephesium iniuriæ supponis, cum ille apud te scriptis similibus laudem, eamque non modicam consequatur: dum vnionem ferociter carpit. Sed illi iniuria fit, quod non sua illi, sed spuria supponuntur. Hoc vero est, quod non sunt illius æstimationis, nec vim eloquentiæ, nec argumentorum fulmina, quibus aduersariorum

phalanges discutit, contineant. Tu tibi fingis Herculem inexpugnabilem, Achillem indomitum, & tonantem Periclem. Sed falleris. Marcus iste tuus de via homo est, & in Musæo eruditorum infimatus infimis accumbit, ex cuius scriptiunculis, si demas, quæ ex Cabasila, Palama, & alijs verbò tenus excerpit, quæ de suo affert, & stylo, & methodo triobolaria sunt. Ea si legas, illic tuam ipsam pertinaciam, & duritiem animi, & proiectam petulantiam ad amussim expressam intueberis, dum non vereris scribere, *Iosephum Synodi Florentinæ, quam statuminat, acta rescindere, dogmata disceptata, concessa, sancita ab vtraque parte, & cum multiplici ignorantia, & graui præiudicio euertit: sibique ipsi & Deo, & homini contradicit, dum in professione rituum, quotidianam Ecclesiæ suæ praxim euertit. Singula non excutiam a Iosepho producta.* Aptius hæc de te, & de Ephesio tuo dici poterunt, qui Synodi Florentinæ acta, quam statuminarunt Patres Occidentales cum Romano Pontifice, & Orientales cum Imperatore, & Patriarcha rescinditis, dogmata disceptata, concessa, sancita ab vtraque parte, cum multiplici ignorantia, & graui præiudicio euertere conamini, vobisque metipsis, & Deo, & hominibus contradicitis, dum in professione rituum, quotidianam Ecclesiæ praxim abiuratis. Concludis, nolle te *singula a Iosepho producta excutere: nec enim in animum induxisti tam vastæ vliginis Camarinam commouere.* Quare duo tantum tibi explicanda suscipis irarum primordia, & reconciliandi modos. *His insistam*, ais, *vestigijs, & monstrare conabor, veram esse de his Ephesij assertionem, tam secundum autoris nostri Synodi mentem, & Iosephi Methonensis confutationem viribus cassam, & penitus expuendam.* Montes auri promittis Creyghtone. Fac vt facias, quod recepisti semel. Aduerto te hæc promisisse non vi coactum, aut dolo deceptum, sed libero, solutoque animo. Quare promissis standum est tibi; si non steteris promissis

missis bona fide datis, nec completis, pœnas lues infamiæ vel maximas.

EXERCITATIO X.

Vbi rationes deficiunt, Creyghtonus Sacramento probat sua, & nihilominus Lector hariolandum de sua sententia relinquit. Culmen Pontificiæ dignitatis cum a Deo sit, nulli culmini, quod aliunde comparatum sit, etiam excelsissimo æquiparari potest. Historiola de principio, & progressu Schismatis Græcorum. αἰτίας καὶ ἀφορμῆς, *causæ, & occasionis differentia. Dissidij inter Græcos, & Latinos non fuisse causam additionem. Quando additio facta sit? Additionis prohibitionem in Symbolo ante Ephesinum factam. Prohibetur addi Symbolo fides aliena, contraria.* Υἱοπατορίας *hæresis quæ? In Trinitatem ordinem esse. Filius solus ex solo Patre genitus.* Υἱοπατορίας *hæresi condemnata, videtur saltem tacite asseruisse Damasum Spiritus Sancti etiam ex Filio processionem.*

Pag. 26. *SI quis ingenio acri omnes in vnum rationes conuolueret, quæ primarias ab ortu ad occasum Ecclesias in hæc intestina dissidia commiserint, Sacramento ausim contendere, is non de ambone, aut pulpito, non de vitæ sanctitate, aut cultu Dei, tanquam viros decet sacratos, sed de ambitu, & pompa seculari eos in flammam tam immortalem excanduiße hariolabitur.* Vbi rationes, & argumenta, aliaque omnia Creyghtonum destituunt, Sacramento contendit. Si quis porro dixerit, illius Sacramento nolle se fidem adhibere, Sacramento nebulonis, ac bipedis nequissimi, qui a prima fronte Præfationis continuo, & per omnia aduersus Pontificios, mendacijs, calumnijs versutijs, ac fallacibus, & nocendi rationibus rem agit, corruent omnia, nec quæ promiserat persoluet. Falsum itaque est Ecclesias primarias ab ortu ad occasum non de ambitu, & pompa se-

pa feculari certaſſe, ſed pro iurium ſuorum defenſione, quæ eſt ab ambitione quam diſiunctiſſima. Ambitio ſiquidem, ſiue cupiditas gloriæ, atque honorum potius in alienis occupandis, quam ſuis defendendis conſiſtit; quod ſecus accidit in Romanis Pontificibus. Et examina, quantum hoc tuum Sacramentum ad fidem tibi conciliandam profuerit; quando ex eo non certis argumentis conſtans aliquod atque perpetuum, ſed incertum, ac dubium *hariolabitur*: id enim tuum eſt: neque vt puto, fugit te, *hariolari* idem eſſe ex nonnullorum opinione ac, *inſanire*, & *furere*. Sed ſit per me *προθεσπίζειν*, & diuinare, & futura prædicere. Ergo poſt Sacramentum tuum Lectori hariolandum eſt, vel diuinandum, quid ipſe dicas, quid diſcernas? quo ſcopo? quo fine? Sin minus, decreta tua cimmerijs tenebris obducta, nec Apollo quidem intelliget. Sed de Apolline, qui ambigua ſolet reſponſa dare quærentibus, quiſpiam querimoniam haberet. Quare ante omnia ex verbis Creyghtoni indubitatum eſſe debet, ad diuinos atque hariolos recurrendum eſſe, vt ipſius ſententia habeatur.

Pag. 26. *Crepuere inuidia Græci, dum perſpiciunt, translato ad ipſos Imperio ciuili triplicem coronam Sacerdotalis dominij Sancti Petri Cathedræ hæreditariam adiudicari*. Parum id intererat Græcis, ſi triplex corona hæreditaria adiudicata ſit Petri Cathedræ, cui ipſi ſuum, quo caput exornarent, inſigni non priuarentur, nec vnquam de ea quæſtio inter Græcos mota eſt. Sed de triplici corona Pontificia dicemus alibi. *Nec Romani minus animoſitate torquebantur, dum aliunde deriuatum culmen ſibi æmulum ſe efferre animaduerterent*. Hic etiam ineptis: Neque enim torqueri poterant, licet aliunde culmen deriuatum ſibi æmulum ſe efferre animaduerterent, gnari, nullum culmen, etiam excelſiſſimum, omniumque gentium votis ſublatum, nunquam ad illud culmen, quod Chriſtus Deus illis conceſſerat, pro-

promiseratque, se illud conseruaturum vna cum mundi duratione, peruehendum, *Pasce oues meas*, *Conuersus confirma fratres tuos*, *Vobiscum ero vsque ad consumationem seculi*, *Tu es Petrus*, *& super hanc petram*, vel propius aditurum. *Aliunde deriuatum culmen*. Ergo non a Deo. Ergo finitum terminis, illisque labilibus circumscriptum. Et quæ fuerit proportio finiti ad infinitum. Et sic quod erit culmen, nisi a Deo sit, quod ad Pontificium culmen sese vnquam efferet? Non poterant ergo Romani torqueri, etiam si Patriarcham Constantinopolitanum singulis momentis, innumeris incrementis gloriæ, & auctoritatis augescere intuerentur, quæ vti venere, ita excidere poterant, vt effectus resque ipsa comprobauit: Nam Patriarchæ ita redacti sunt sub Imperio, & potestate Imperatorem, quomodocunque id factum sit, vt iuribus omnibus Ecclesiasticis spoliati, tantum iussibus Imperatorum subijcerentur: absque quorum arbitrio, nec minima quidem, & quæ passim alijs permittebantur exequi possent: tantum abest, vt rebus considerabilibus manus admouerent, & vt res ipsa loquitur, pro amphorà vrceus exiuit. Quod aliter euenisse in Pontificibus Romanis diuina prouidentia, & nunquam fallentis diuini verbi promissione conspicimus, etiam si ex triplici corona nulla quidem adfuerit. Non enim in triplici corona auctoritas, & præeminentia stat, cum & ante illam coronam Pontificibus Romanis summum ius in Ecclesia communi omnium assertione vindicabatur. Et tu *aliunde deriuatum culmen æmulum* vocas diuina firmato pollicitatione? *Et nulla vnquam ambitio irarum fomentis caruit, si arma ad manus desunt, linguæ trucidant: Stat vtraque gens in acie aduersa, & quamquam gladiatorum instar vulneribus mortiferis non depugnant, erumpunt tamen odia e tenebris infensorum pectorum, & scriptis batuunt, cauillis se impigre confodiunt*. Cum verborum tumore, & ventosa enormique loquacitate rem agis Creyghtone, non magis sapis,

pis, quam bene olet, qui in culina habitat. Aliunde tuo canda sunt argumenta, vt quod stulte assumpsisti, serio probes.

Erumpunt tamen odia e tenebris infensorum pectorum, & scriptis batuunt. Primus omnium in ipso limine Schismatis Photius ad Summum Pontificem Nicolaum humanitatis, & officiorum blandicijs plenas literas dedit; quibus extra culpam se ponere, & se leuare crimine nitebatur, quod ex laico Patriarchicam sedem nullis seruatis interstitijs obtinuerat, a qua erat alienissimus; sed ciues atque Imperatorem, aliosque Imperij proceres, & Ecclesiarum præsides erga illud munus male animatum compulisse: & aliorum exemplis nullam in ea Ecclesia labem aut turpe commissum esse: cum plerique nullis seruatis interstitijs ad summum illum gradum promoti sint: & apud diuersas Ecclesias, diuersas esse consuetudines, & ritus, quos qui seruat, optime de sua Ecclesia meretur, qui non seruat, quia eas non nouit, in crimen non incurrit. Dum deinceps petit, vt eius ordinatio approbetur, idque ab integro iudice Nicolao non obtinet, versus in rabiem, verecundia deposita, in Latinos, & Pontificem ipsum Encyclica Epistola, & confictis Synodis in Ignatium, & Romanum Pontificem, oblatrat; & calumnijs lacerat, quem non potuit manibus, & dentibus discerpere: desertque impietatis, quod in Symbolo, in quo Synodorum decretis nihil erat addendum, addiderit, &, quod peius erat, rerum nouarum in disciplina Ecclesiastica reum declarat. Successor Adrianus Nicolai vestigijs insistens coacta Constantinopoli Synodo Generali Photium condemnat, de Throno deijcit, patria exterminat: Ignatium legitimum restituit, quo demum demortuo Ioannes Pontifex precibus Basilij Imperatoris emollitus, vt turbæ in Ecclesia sedarentur, annuit & Photium in gratiam recipit, dummodo ille in plena Synodo crimen

fassus

faſſus pœnitentiam impoſitam agat , & alia exequatur, quæ in Commonitorio Ioannis digeruntur inter Acta Octauæ Synodi Photianæ relato . Sin minus, promotionem reprobat , & irrita in eius fauorem Acta declarat . Photius nullam deprecatus veniam, nulla peracta pœnitentia, ſed quæ a natura habebat ſcelera , artificijs condiens , caput Synodi factus, omnia pro arbitrio diſponit , & ſuorum palpatorum fauore inclinante , nunquam ille depoſitus , nec condemnatione ſubactus fuiſſe decernitur , quidquid Commonitorium Ioannis contineret . Vtcunque tamen fuerit , rurſus in ſedem intruditur , & quorum antea additionem , vel hæreſim in vitio poſuerat , poſt recuperatum thronum ſilentio inuoluit , concordatque cum Pontifice , qui nondum hæreſim eiurauerat , & cum eo & illius ſucceſſoribus in communione , perſeuerat ipſe , & Græci alij Orientales , donec rurſus prauitate Patriarcharum Schiſma renouatum recruduit : & Græci Schiſmati addicti libris editis atque euulgatis , vt & antea Photius, inani crebraque loquacitate crambem recoxerunt . Latini dogmati inſiſtentes taciturnitate ſua tutabantur . Sed cum Græci in dies plus pluſque inſoleſcerent , nec vllum finem facere criminandi viderentur , ipſi quoque per vim, vt ita dicam, adacti ſua a calumnia vindicare , & propugnare dignitatem exorſi ſunt : ſed ſedate , & temperate . Veruntamen cum Schiſmatici audentius inſurgerent, crimina inferrent atrociora, rationem etiam vitæ ab illis repoſcerent , & pietatem eorum atque ſanam doctrinam in communem peſtem atque perniciem inhumane conuerterent , non ſcripta , ſed nata nobiſcum lege ; non docti , ſed facti; non inſtructi, ſed imbuti ſumus , ſi in tela inimicorum incidimus , ita etiam honeſta ratione compellente , iniuriam atque perniciem , quacunque ope poterant, propulſarunt a corpore, a capite, a vita . Et ſcriptis etiam ardentius editis calumnias contuderunt . Nullum ius,

nulla lex, nulla ratio defensionem sui, cum insane ab aduersario impetitur, prohibet. Hoc recta ratio docet, natura ipsa præscripsit, & necessitas iniungit, quod tu *batuere* inepte concepto vocabulo nuncupas. *Erumpunt tamen odia e tenebris infensorum pectorum, & scriptis batuunt, cauillis se impigre confodiunt*. Creyghtone salue! Vtraque pars, Græci scilicet, & Latini, ob æmulum culmen, & ambitionem alternis odijs conciti scriptis batuunt, & cauillis se impigre confodiunt. Irarum eadem ratio, armorum paratus non absimilis: batuitur enim scriptis: modus pugnæ vnus non abludit ab alio; cum cauillis se impigre confodiant. Ergo in certamine, & fine ipsius pares sunt. Ergo vel nullus causa cadit, vel vterque frangitur. Vnde ergo elicis impegisse Latinos, voculam addentes in Symbolo, & meruisse communione priuari, & a Christianorum caritate detrudi? *Si vtraque pars cauillis se impigre confodiunt*. Ergo mentientes dimicant, & conscij sibi mendacij, vincendi tamen etiam immerito causam pugnant. Et quis hoc in homine Christiano, & in firmandis dogmatibus fidei, æquo animo ferret, nisi tu, tuique similes, qui sacra omnia ludos facitis?

Cumque præfiguranda veniret primigenia offensionis causa, nulla illustrior memoriæ suæ suppetebat, quam illud Gorgonis caput, in quo magnis Græci clamoribus semper insistunt, vocem quadrisyllabam, Filioque, a Latinis inculcatam esse Symbolo Nicæno. Supra Creyghtone e prudentissimo scriptore Polybio distinxeras inter causam, & occasionem αἰτίαν, & ἀφορμὴν. Illam odij argumenta complecti, hanc opportunam initijs prensandis occasionem, ansam subministrare; sine qua tamen partes vtrinque exulceratæ in bella concurrunt, exemploque Saguntinæ vrbis ostendis. Causa siquidem est, quæ ex vero causa est, neque ad hoc vt causa sit, necesse est, vt ex externis præfulciatur præsidijs. Occasio, quæ vt causa sit, non omnium calculis vincit, sed quia

ita.

ita perplacitum est illi, qui causam quærit aliquid moliendi, vt causa accipitur, & est veluti integumentum, & vmbra, siue nomen honestum vindictæ atque flagitiorum. Polybius lib. 3. Καθόλου δὲ ἦν πλήρης ἀλογίας, καὶ θυμοῦ βιαίου. διὸ καὶ τὰς μὲν ἀληθινὰς αἰτίας οὐκ ἐχρῆτο, κατέφυγε δὲ ἐπὶ προφάσεις ἀλόγους, ὅπερ εἰώθασι ποιεῖν, οἱ διὰ τὰς προκαθημένας αὐτοὺς ὁρμὰς ὀλιγωροῦντες τοῦ καθήκοντος. *Enim vero* Annibal *in omnibus rebus pracipiti furore, non ratione vlla vtebatur: idcirco prætermissis veris causis, ad prætextus iniustos confugiebat; sicut facere illi consueuerunt, qui affectibus praoccupati honesti rationem nullam ducunt.* Et ante Polybium Aristoteles in Rethoricis; Καὶ πρὸς οὓς ἔχουσι πρόφασιν, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων, ἢ ποιησάντων κακῶς, ἢ μελλησάντων, ἢ αὐτοὺς, ἢ προγόνους, ἢ ὧν κήδονται. ὥσπερ γὰρ παροιμία, προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. *Aut aduersus quos occasionem habent, siue progenitorum nomine, siue suorum ipsorum, siue amicorum, siue eorum, a quibus beneficio fuerant affecti, aut curæ habiti, vel ipsi, vel maiores ipsorum, vel eorum, pro quibus soliciti sunt. Quemadmodum enim prouerbio dicitur, occasione dumtaxat opus est malitiæ.* Et Menander; Μικρὰ πρόφασίς ἐστι τοῦ πρᾶξαι κακῶς. *Ad praue agendum, parua satis occasio est.* Quo spectat & illud Terentianum; *Fingit causas, ne det sedulo.* Et similia. Bene omnia. Nunc de tuo Ephesio agens, similis illi, nullam causam offensionis illustriorem suppetijsse scribis, quam illud Gorgonis caput, in quo magnis clamoribus Græci insistebant, vocem quadrisyllabam *Filioque* a Latinis inculcatam in Symbolo Nicæno. Ergo causa ista vera causa est. Sed Græcis ipsis, & ipsi Auctori Schismatis Photio hæc causa vera non est. Ergo conclude, & appone tuo Ephesio, quæ de Annibale concludit Polybius, Ephesium rebus in omnibus rationis penuria vsum, & furore præcipiti actum, Latinis causam ascripsisse, & occasione vti causa vera assumpta, voce nempe quadrisyllaba, opposuisse, & ad prætextus iniustos confugisse, sicut facere illi consueuerunt,

qui affectibus præoccupati honesti rationem nullam ducunt. Et vocem quadrisyllabam non fuisse causam dissidij luculente patet. Nec negabis puto, licet ad omnia natus, Photium Latinis reconciliatum fuisse, nulla de additione facta mentione, quam si suspectam hæresis habuisset, nunquam cum Latinis in vnionem venisset. Sed venit. Ergo suspectam non habuit; & fuisse occasionem, non causam, factis omnibus clarioribus docuit. Vndenam ergo habes illam Gorgonis caput fuisse, licet illa inculcata sit a Latinis in Symbolo Nicæno? Et vide. Vox illa *Filioque* addita in Symbolo vel est vera, vel falsa. Si vera est, iam tuus Ephesius amens est, qui quod verum est in crimen vocat. Si falsa, Photius Hæreticus est, vel saltem vti falsi sectator puniendus, qui cum probantibus falsum, & Symbolo addentibus colligatur. Quis præterea dixit, Latinos addidisse Nicæno Symbolo? Si Latini execrandi sunt, quia addiderunt Nicæno vocem quadrisyllabam, quæ sceleris pœnæ expetendæ sunt a Sanctis Patribus Concilij secundi Constantinopolitani, qui Symbolum Nicænum, & additionibus, & ademptionibus, nec non immutationibus ita in aliam, atque aliam faciem quo ad verba inuerterunt, vt parum, vel nihil suæ pristinæ formæ obtineat? Et tu tantus homo nescis distinguere, quid intersit inter Symbolum Nicænum, & Constantinopolitanum? Vt scias additio facta est non in Nicæno, sed in Constantinopolitano: & quod in Ecclesia tum Græca tum Latina inter officia recitatur Constantinopolitanum est, non Nicænum.

Hic multas vbique excitat Tragedias non in nostro duntaxat autore, sed in Concilijs hactenus editis, & ad rauim vsque immensum boat. Boat Ephesius in tuo Syropulo. Esto, *boet*, neque enim inuidemus in tuo Auctore, quem non puto esse alium, quam qui historiam Concilij concinnauit. Ergo *boat* in Concilio Florentino. Quænam vero alia Con-

cilia

cilia sunt edita a Florentino diuersa, in quibus hoc ingens animal boat. Post reditum in Patriam Ephesius nullis in consultationibus sedet, nullis in publicis consessibus decernit, & tamen ad rauim vsque boare eum dicis. At scripsit literas ad diuersos, in quibus de hac quadrisyllaba voce ad rauim vsque boat. Nihilominus tamen tu supra scripseras, Methonensem non alia scripta perlegisse, quam quæ vel ipse Iosephus, vel Latini sub Marci nomine, & cum Marci iniuria edidere. *Impegere in eam Synodum Latini voculam adijcientes. Vnde & sanctorum communione priuari meruere, e a Christianorum caritate detrudi: nec admitti denuo in gremium pacis a gentibus hoc scandalo diuulsis, ante quam originalem Schismatis causam publica autoritate Synodi Oecumenicæ eliminent, & expungant.* Hanc non fuisse causam originalem Schismatis alibi fuse probauimus, & infra etiam demonstrabitur, & cum vox illa quadrisyllaba vera sit, a Latinis in Symbolo addi potuisse, in actis Synodi Florentinæ probatur ita, vt male operam locaremus, si quid addere niteremur. Synodis equidem Oecumenicis factis faciendisue, quousque mundus perdurauerit, eadem semper facultas fuit, eritque teste Domino, decernendi res Ecclesiasticas, addendique Symbolo, quæ semel concessa stabilis est ad diuturnitatem; nec Ecclesia de iure suo vnquam decedet.

Pag. 27. *Methonensis duo asserit creditu difficillima. Primo statim a finita Oecumenica secunda Constantinopoli, vocem tum Symbolo intrusam fuisse, sub Damasi Papatu.* Dixerit Methonensis. Quis negat? Nam cum affirmasset Ephesius additionem in Symbolo fuisse causam Schismatis; respondet Methonensis, falsum id esse, & mendacium citra omnem veritatem. Cum ante Photianum Schisma additio Symbolo apposita esset. Quinimo ante Sextam, & Septimam cum additione recitaretur: dictique testes producit Maximum Homologetam in Epistola ad Marinum

Pre-

Presbyterum Cypri, & mox a Secunda tempore Damasi, tiaafferente Georgio Aristeno. Methonensis antiquiores scriptores secutus Maximum, & Aristenum, & eorum fidei nisus, scribit; ante Schisma etiam cum additio in Symbolo a Latinis rec itaretur, Ecclesias Orientalem atque Occidentalem non scisas fuisse, sed tranquille placideque inter se ætatem egisse. Et hoc ne erit creditu difficillimum? Tibi forte, qui fidem adimis antiquioribus. Maximus ante Sextam Synodum floruit, ob hoc ipsum negotium Romam venit; Præsules Latinos, qua ratione id agerent, sciscitatus, rescripsit Orientalibus, eos id dicere ex Sanctis Patribus Occidentalibus, & Cyrillo traditum, quibus ipse veritatis accuratissimus vindex assensit, dictaque comprobauit, comprobataque alijs Præconis voce declarauit. Aristenus sub Ioanne Comneno Imperatore Canonum breuis, sed accuratus Interpres in Compendio Canonum de Damaso retulit. Non ergo difficillimum creditu fuerit, quod tanti scriptores, & doctrina, & sanctitate illustres tradiderunt. Aduerte tu interim, difficultatem omnem in eo sitam esse, An processio Spiritus ex Filio, vera, & ex mente Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum sit. Si vera est, parum interesse, quo tempore siue Damasi, siue Photij fuerit, siue postea addita Symbolo, vt optime probatur in Actis Concilij, cum prohibitio de non addendo in Symbolo, intelligatur de fide contraria, & opposita, quod plane significat illud ἑτέραν, nempe aliam huic contrariam, non de vera, quæ loco expositionis interponitur. Sin minus, & Patres Concilij Nicæni, & Constantinopolitani incurrissent anathema, qui fidei ab Apostolis traditæ addiderunt. Sed ista prohibitio in Ephesina facta, non obligat anteriores Synodos, sed subsequentes; neque enim tormentarius puluis instrumento æneo flamma expulsus posteriora, sed anteriora diuerberat, & disiectat. Sic est. Sed ante dicta

Con-

Concilia eloquio diuino, quod præpollet auctoritati Conciliorum, vniuersæ Ecclesiæ prohibitio transmissa erat. Ergo pœnis præuaricationi inflictis post similem prohibitionem addentes subijciebantur, quæ erat, anathema. Ergo Nicæni, & Constantinopolitani Patres, cum nouum Symbolum componerent ab Apostolicis eloquijs diuersum, pœnis inflictis subiacuerunt. Ait Apostolus; *Si quis vobis euangelizetur aliud præter id, quod accepistis, etiam si Angelus fuerit, anathema sit.*

Et eloquium hoc Pauli ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, vti regulam infallibilem receptum, obseruatumque fuisse etiam post Nicænum Concilium, testis est locupletissimus Basilius Magnus Oratione de Fide, quam ille inter Ascetica publicauit; Φανερὰ ἔκπτωσις πίστεως, καὶ ὑπερηφανίας κατηγορία, ἢ ἀθετεῖν τι τῶν γεγραμμένων, ἢ ἐπεισάγειν τὸ μὴ γεγραμμένον. *Haud dubie manifestum hoc infidelitatis argumentum fuerit, & signum superbiæ certissimum, si quis eorum, quæ scripta sunt, aliquid velit reÿcere, aut eorum quæ non scripta, introducere.* Hæc dictata sunt a Basilio ante Constantinop. II. Oecumenicum centum quinquaginta Episcoporum, celebratum anno 381. ipse vero ante annos tres e vita migrauerat anno 378. Dictum Basilij confirmauit Athanasius ante dictam Synodum. Ἠξίωσαν μὲν γάρ τινες, ὡς ἐνδεῶς ἐχούσης τῆς κατὰ Νίκαιαν Συνόδου γράψαι περὶ πίστεως, καὶ ἐπεχείρησαν προπετῶς. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα ἠγανάκτησε, καὶ ὥρισε μηδὲν ἔτι περὶ πίστεως γράφεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθείσῃ πίστει, διὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ ἐλλείπειν, ἀλλὰ πλήρη εὐλαβείας εἶναι. καὶ ὅτι μὴ δεῖν δευτέραν ἐκτίθεσθαι πίστιν, ἵνα μὴ ἡ ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσα ὡς ἀτελὴς οὖσα νομισθῇ, καὶ πρόφασις δοθῇ τοῖς ἐθέλουσι πολλὰ γράφειν καὶ ὁρίζειν περὶ πίστεως. *Voluere enim nonnulli, quasi manca essent, quæ Nicæna Synodus tradiderat, de fide aliquid scribere, & manus audacter rei admouere. Veruntamen Synodus Sardicæ coacta non æquo animo tulit, ordinauitque nihil præterea*

de:

de fide scripto tradere, sed acquiescere illi, quæ a Patribus in Nicæna Vrbe fides tradita est, quod nihil in ea desit, sed pietate abundet. Et quod secunda fides scribenda non est, ne quæ Nicææ scripta est, veluti manca atque imperfecta existimata, ansa præbeatur volentibus multa scribere, decernereque de fide. Et Epistola ad Africanos. Οἱ δέγε Ἐπίσκοποι ἀληθῶς γνήσιοι δοῦλοι τοῦ Κυρίου, καὶ ὀρθῶς πιστεύοντες ἦσαν ἐγγὺς διακόσιοι, ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ, καὶ μηδὲν πλέον, ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν, ἢ φρονεῖν. *Episcopi autem vere germani serui Domini, & qui recte credebant, numero fere ducenti, scripserunt, acquiescendum esse soli Nicænæ, neque vltra quærendum, aut tenendum esse, vel amplius, vel minus.* Et ex duobus Symbolis Nicæno, & Constantinopolitano vnum Symbolum factum, nemo nisi mente captus contenderit. Cyrillus de Nicæno pronunciat. De eodem tertia Synodus Can. 7. Quarta Oecumenica Synodus act. 2. Synodus v. & vi. & ea, vt distincta recitant. Licet sententiæ eorum nihil inter se differant, sed vnum idemque tinniant. Quare Constantinopolitanum, & si Symboli nomen sibi vindicet, in eoque baptizamur, nihilominus Symboli nomen Nicænum ob reuerentiam antiquitatis, & Patrum, qui in ea Synodo conuenerunt, sanctimoniam occupauit; vt ex testimonijs adductis etiam post Constantinopolitanum, quæ de eo solummodo additionem, vel mutationem non patiuntur, videre est. Et Constantinopolitanum, in quo a secunda Synodo immutatio facta est, dicitur potius Definitio Concilij, quam Symbolum. Licet modo vsus obtinuerit; vt Symbolo nomen sit. Adhæresco scilicet Synodo Chalcedonensi, ex qua disco primum locum Nicæno Symbolo, secundum Constantinopolitano tradi. Ὁρίζομεν τοίνυν προλάμπειν μὲν τὴν ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἔκθεσιν τῶν τιη´ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς μνήμης Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου βασιλέως συναχθέντων, κρατεῖν δὲ καὶ τὰ παρὰ τῶν ρν´ ἁγίων πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει

πόλει ἐκλαμφθέντα, πρὸς ἀναίρεσιν μὲν τῶν τότε φυεισῶν αἱρέσεων, βεβαίωσιν δὲ τῆς αὐτῆς καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως. *Decernimus, vt præfulgeat quidem in recta, & immaculata fide expositio Sanctorum, & beatissimorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Constantini Imperatoris congregati sunt; vigeant etiam ea, quæ apud Constantinopolim a sanctissimis centum quinquaginta Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem hæreses, quæ eo tempore germinauerant, & ad confirmationem eiusdem Catholicæ, & Apostolicæ nostræ fidei.* Et infra; Διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλεῖσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ὥρισε προηγουμένως τῶν τριακοσίων δέκα ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν, ἣν ἐκεῖνοι τοῖς πᾶσιν ἐγνώρισαν, οὐχ ὥς τι λεῖπον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων, γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες. *Propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens claudere præsens nunc sancta, & magna, & vniuersalis Synodus, prædicationem hanc, ab initio immobilem docens, decreuit ante omnia fidem integram, & intemeratam permanere trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum, & confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus Sancti a Patribus centum quinquaginta postea congregatis in regia ciuitate tradita est, propter illos, qui Spiritui Sancto repugnabant, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi aliquid deesset prioribus adijcientes, sed suum de Sancto Spiritu intellectum contra illos, qui dominationem eius respuere tentauerunt, scripturarum testimonijs declarantes.* Et paulo infra suam definitionem Symbolum vocat, in quo additionem, vel mutationem omnem prohibet eo ipso modo, quo Ephesina de Nicæno Symbolo fecerat, & in Allocutione Imperatoris mentio tantum ha-

betur Nicæni Symboli, Conſtantinopolitani nulla. Hinc arguitur, quamcunque Symboli expoſitionem, & Synodi definitionem Symbolum non inconſulta ratione nuncupari. Non dices, hæc ignoraſſe Patres Concilij, *quod non minus quam vnum e quatuor Euangelijs venerabatur S. Gregorius Romanus Pontifex, & cui qui non religioſe obtemperat tanquam firmiſſimæ religionis Chriſtianæ anchoræ, & munimento*, per te, *dignus eſt Eccleſiaſtico anathemate feriri, donec ſpirituali faſtu e præcordijs reuulſo, doctrinam ſanam ab ineptijs, piam modeſtiam a peruicacia diſcriminare perdidicerit*. Non dices ergo, hæc ignoraſſe Patres Concilij, vel nota neglexiſſe, Quia cum ſecundum Apoſtolum *vna fides ſit*, quæcunque alia fides, fides non eſt, ſed perfidia, ideoque reijcienda; vera, etiam ſi in Symbolo Nicæno, vel Conſtantinopolitano non eſt, amplectenda eſt. Sic cum obijceretur Maximo Homologetæ ab Hæreticis, quod Catholici Nicæno addidiſſent, ſatis illis feciſſe viſus eſt, verbis illis, *ſed non illi contraria, de quibus prohibitio eſt*. Et Eulogius Patriarcha Alexandrinus Monothelitis; vti Nicænæ Definitioni Conſtantinopolitani Patres ad euertendam Macedonianorum hæreſim Spiritus Sancti diuinitatem addiderunt, ita & Patres Chalcedonenſes ad debellandum Monothelitas definitioni Conſtantinopolitanæ. Neque ab his longe eſt Ephræmius Patriarcha Antiochenus, vt alibi adnotabamus. Nec obſtat, quod ait Gregorius Nazianzenus ad Cledonium; Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμέν ποτε, οὔτε προτιμᾷν δυνάμεθα, ἀλλ᾽ ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἐσόμεθα προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Nos fidei Nicææ editæ a Sanctis Patribus, qui eo conuenerant ad Arianam hæreſim profligandam nihil vnquam antepoſuimus, nec anteponere poſſumus, ſed illius fidei diuina gratia, quod non integre de Spiritu ſancto dictum eſt, integrum facimus*. Nanque Elias illius Commentator hæc ait; Τῶν

μὲν

μὲν γὰρ σώματι τῶν λέξεων παρελέλειπτο. τῇ δὲ ψυχῇ, λέγω δὴ τῇ τῶν νοημάτων, οὐδαμῶς. διὸ καὶ ὁ ἅγιος οὐ τὸ παραλελειμμένον, ἀλλὰ τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον τοῦ σώματος λέξει διαρθροῦν, ἤτοι ἐξακριβοῦν, καὶ διαμορφοῦν ἐπηγγείλατο. Corpore ſiquidem dictionum omiſſum fuerat, at animæ, quæ ſententiæ ſunt, nuſquam. Qua propter ſanctus non omiſſum, ſed non integre dictum corporis dictione integrans, abſoluens ſcilicet, & confirmans enunciauit. Symbolum etenim illud abſolutiſſimum erat, atque perfectiſſimum, cui nihil addi, vel demi poterat, attamen nouis turbis exortis de diuinitate Spiritus ſancti, noua aliqua additione, ſiue interpretatione, vel ſi mauis ex intimis illius viſceribus egeſtione extrudenda erat veritas, appingendaque in Symbolo. Sin minus, vindica tu, exolueque pœnis hos Patres, quas ob additionem in Symbolo promeriti ſunt: & ego tibi vindicabo Latinos a moleſtia, & ſimili pœna ob additionem.

Sed hæc prohibitio ſtatuenda eſt poſt Concilium Epheſinum. Hoc vero probandum eſt, quod nunquam probabitur. Quare additio illa quadriſyllaba, cum conſonet fidei, rite fieri potuit in Symbolo, ſicuti facta eſt in Symbolis Nicæno, & Conſtantinopolitano. Quod poſtmodum addis de Calleca eadem narrante cum Methonenſi, & magis diſtincte, ſententiam Methonenſis probabiliorem reddit, vti pluribus teſtimonijs innixam, non eleuat, vti tu argutaris; quam firmiorem facit Ratramus Monachus Corbeienſis antiquus & ipſe ſcriptor: nec officit veritati, illum cucullatum fuiſſe, licet apud te quidquid ſit in obſequio diuino, ſcelus ac piaculum ſit. Pag. 27. *At is Monachus in lib. 2. pro Romana Eccleſia ait; repullulante poſt primam Synodum Arriana veſania, vt a Deo Patre duplicis paternitatis nomen auerteretur, Doctores Eccleſiæ ſuperaddidiſſe Symbolo, Spiritum Sanctum a Filio quoque procedere, ne ſi a Patre ſolo, Patris Filius putaretur, nec diceretur Spiritus Filij.* Corbeienſis cucullati dicta ſi vera non ſunt, ſaltem proxime

ad verum accedunt. Sub Damasi siquidem Papatu exorta hæresis est, siue ab Arianis disseminata, siue ab alijs enata, τῆς Υἱοπατορίας, quæ vti Patrem Filij, ita Filium Spiritus Sancti genitorem asseuerabat: sicque duos Filios in Trinitate substituebat Filium, & Spiritum Sanctum, & duos Patres, Patrem & Filium. Tam exitiosam pestem de medio tulisse Damasum narrant, cum declarasset, Spiritum non esse Filium Filij, sed procedentem a Filio. Hinc argutatur Callecas, & Corbeiensis, eum damnatione huius hæresis saltem implicite declarasse, Spiritum Sanctum procedere etiam ex Filio. Nam si non procederet ex Filio Spiritus, neque produceretur, non distingueretur a Filio, & cum distinctio aliqua assignanda sit, nec sit generatio, necessario erit processio, cum in Trinitate notiones distinguentes personas non aliæ sint, quam generatio, & processio. Nobilis ac subtilissima apud Catholicos disceptatio est; *Si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, an distingueretur a Filio?* Multi affirmant, cum modus filiationis, & processionis, huius per amorem, illius per generationem diuersus sit, & consequenter generatio, & spiratio diuersa, etiam si a Filio nihil haberet Spiritus, distingueretur tamen a Filio. Multi etiam negant. Sed quando tu hæc profunda mysteria attrectanda illis relinquas, quos similium rerum voluptas solicitat, nos quoque peracutis disputationibus omissis, quid Græci doctores de hoc decernant, inspiciamus. Basilius Eunomio hæsitanti, quare non & Spiritus Filij filius, respondet. Ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι᾽ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ἵνα ἡ τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. ἀλλὰ λέγεις, εἰ Θεοῦ μὲν εἰκὼν ὁ υἱός, υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα. καὶ εἰ Θεοῦ μὲν λόγος ὁ υἱός, ῥῆμα δὲ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. διατί μὴ υἱὸς υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἴρηται; τούτῳ γὰρ ἰσχυροτάτῳ πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐχρήσω. οὐ γὰρ υἱόν, ἢ κτίσμα οὐδένεις νοεῖν. καὶ ὅτι μὴ υἱὸς ὠνόμασται, διὰ τοῦτο κτίσμα εἶναι βλασφημεῖς, τὸ τῆς κτίσεως αἴτιον, τὸ τῆς κτίσεως

ἁγιαστικὸν, καὶ θεοποιόν. καὶ τὰ ἑξῆς. *Non quod non sit ex Deo per Filium, sed ne Trias infinitam multitudinem, Filios scilicet ex Filijs, vt in hominibus solet, in se habere existimaretur. Sed ais. si Dei imago est Filius, Filij vero Spiritus: & si Dei quidem Verbum Filius, Verbum vero Filij Spiritus; quare non & filius Filij Spiritus dictus est? Hoc siquidem validissimo argumento ad tuam impietatem astruendam vsus es. Aut enim filium, aut creaturam iubes nos tenere, & quod filius nuncupatus non est, ideo creaturam esse impie asseris illum, qui creaturæ causa est, qui creaturam sanctificat, & deificat, &c.* Item; λέγομεν οὖν ὅτι τὸ εἰπεῖν υἱὸν ἐξ υἱοῦ τὴν τριάδα τῆς θεότητος εἰς πλῆθος ὑπονοίας προσῆγεν ἀνθρώποις ἀκούσασιν. ἕτοιμον γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν, ὡς εἴπερ υἱὸς ἐξ υἱοῦ γεγέννηται, καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἕτερος ἂν εἴη γεγεννημένος, καὶ πάλιν ἄλλος, καὶ ἐπὶ πλῆθος ἑξῆς. *Dicimus itaque, affirmare filium ex Filio, Triadem in multitudinis Deitatum suspicionem homines, qui id audissent, adduxisset: in promptu nanque erat suspicari, sicut filius ex Filio generatus est, ita ex hoc rursus alius, & sic item plures alij vnus post alium.*

His adde, in Trinitate Ordinem esse, non in prolatione verborum tantummodo, sed qui vere ordo est, & verissimus, & nullam immutationem admittit, quemadmodum & Trinitatis arcanum non in nuda locutione, sed re ipsa vereque Trinitas est, & quia Trinitas est, nos in Trinitatem credimus. Quare in Trinitate ordo non secundum nostram positionem statuendus est, tum siquidem nostris inuentis crederemus, quod absurdissimum est. Ideo inter Patrem, & Filium ordinem ponimus, quia ratione originis, & principij præintelligitur Pater, ita inter Filium, & Spiritum Sanctum, quia præintelligitur Filius. Quod si tantum positione tertius esset Spiritus Sanctus, duæ hæ hypostases Filij, & Spiritus Sancti confunderentur: etiam si asseras, vt dicit Nilus Cabasila, Προθεωρῶν δὲ τὸν υἱὸν τοῦ Πνεύματος, εἰ πατέρα τὸ πρῶτον καλέσεις. καὶ πάλιν τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ εἰ προβολέα ὀνομάσῃς τὸ πρῶτον.

Præin-

Praeintelligi Filium Spiritui, si Patrem primum nominaueris; rursumque Spiritum Filio, si productorem antea protuleris. Filius scilicet, si producentem prius nominaueris, esset secundus a Spiritu, cum tum Filius esset tertius a Patre, & diceretur dependere ex Spiritu sancto, & Filius ipsius Spiritus nuncuparetur: & tamen oppositum affirmatur, Spiritum, Filij Spiritum esse, & illi adhaerere, ab eoque pendere, & sic Verbum Filij creditur, & ex eo progreditur, & effunditur. Basilius lib. 1. contra Eunomium. Ἡ μέν ἐστι φυσικὴ τάξις, ἡ δὲ κατ' ἐπιτήδευσιν. &; Τούτων τοίνυν τὸ πρότερον ἀποκρυψάμενος ὁ Εὐνόμιος, τοῦ δευτέρου εἴδους τῆς τάξεως ἐπεμνήσθη, καὶ φησὶ, μὴ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν, ἐπεί γε ἡ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος. ἐκεῖνο δὲ οὐ συνοίδεν, ἢ ἑκὼν ἀπεκρύψατο, ὡς ἔστι τι τῆς τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλὰ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τῷ πυρὶ πρὸς τὸ φῶς ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν. δεύτερον τὸ ἀπ' αὐτοῦ, οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα. ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. *Verum est ordo, hic quidem naturalis, ille vero artificiosus.* Et; *Horum primum cum occultasset Eunomius, secundi ordinis mentionem facit, aitque, non oportere dicere, ordinem esse in Deo, quoniam ordo ordinante posterior est. Illud vero, aut non animaduertit, aut volens prudensque occuluit, quoddam videlicet ordinis esse genus, non nostra constitutum dispositione, sed ipsius naturae vi consequens, cuiusmodi est ignis, & lucis, quae ab ipso est. Nam in ijs priorem esse causam dicimus, posterius vero, quod ab ipsa est, non interuallo haec ad inuicem dirimentes, sed cogitatione prius, quam effectum, causam intelligentes.* Audis? Nullum alium ordinem acceptat Basilius, quam eum qui subsequitur ex effectu, & causa, siue mauis ex origine, & principio, & impium appellat eum, qui tertium in Trinitate post Filium Spiritum non collocat. Hinc arguitur, Filium essentialiter esse medium inter Patrem, & Spiritum, non modo administri. Ex Patre dicitur Spiritus per Filium, & Spiritum esse ex essen-

essentia Patris, inter Catholicos non ambigitur. Cum ergo ex Patris essentia sit, & omnes tum Græci tum Pontificij fateantur ipsam essentiam esse in hypostasi; sequitur Spiritum essentialiter, & in hypostasi per Filium ex essentia Patris procedentem, non ad manifestandum habitualem intelligentiam, sed ad confirmandum intermedium essentiale accipi. Quod enim essentialiter ex essentia Patris est, cum immediate non sit ex Patre, essentialiter omnino habebit Filium interuenientem in sua ex Patre existentia. Et qui dicit immediate Spiritum ex Patre, næ ille irritum fecerit illud, *Per Filium*: Nequit enim vna simul esse, *immediate*, & *per Filium*, quod aperte ex Patribus, & Theologis *per Filium* esse tradentibus certum est. Et en ecce Auctores, vt *accurate satis ad limam Theologicæ subtilitatis dicta esse videas*. Gregorius Nyssenus Oratione ad Ablabium; Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον, καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα. ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν. τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. *Immutabilem, & per omnia similem naturam confitentes, discrimen causæ, & effectus non inficiamur, in quo solum disiungi alterum ab altero deprehendimus; cum credamus hoc quidem causam esse, illud ex causa: & illius, quod ex causa est, aliud rursus discrimen comprehendimus. Nanque hoc quidem est immediate a primo, hoc vero per contiguum ex primo. Adeo vt vnigenitum indubitatum maneat in Filio, & ex Patre esse Spiritum, Filij mediatione, sibi ipsi vnigenitum conseruantis, & Spiritum a naturali ad Patrem habitudine non arcentis.* Basilius ad Amphilochium; Ἓν δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ αὐτὸ μοναδικῶς ἐξαγγελλόμενον,

λόμθμον, καὶ δι' ἑνὸς υἱοῦ τῷ ἑνὶ πατρὶ συναπτόμθμον. *Vnus vero est & Spiritus Sanctus, qui & ipse singulariter enunciatur, & per vnum Filium vni Patri coniungitur.* Nec aliud est, quod decernit Basilius contra Eunomium lib. 1. Hoc ita certum est, quod nonnulli prælicenter dixerint; Οὐ δὲ γὰρ ἀμέσως εὑρήσει τὶς τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, ἢ ἐκπορευόμθμον ἐκ πατρὸς, κἂν μυρία κάμῃς πᾶσαν θεόπνευστον γραφὴν ἀνιχνεύων. *Neque enim immediate quispiam reperiet, Spiritum existere, aut procedere ex Patre, licet admodum defatigetur sacras Scripturas exterebrans.* Tu forsan qui Sacræ Theologiæ doctor es, & confidentissimus omnium, vt tuum Ephesium ab hæresi defenses, forsan deprehendes; ne tantum mysterium clam me in angulo teneas, rogo.

Neque illud extra institutum meum fuerit adnotare; Filium ex solo Patre generari, Doctores Ecclesiæ tradidisse. Basilius in Antirrheticis; Μονογενὴς ὁ υἱὸς, διὰ τὸ μόνος ἐκ μόνου γεννᾶσθαι. *Vnigenitus Filius, quod solus ex solo generetur.* Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Filio; Μονογενὴς δὲ οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου, καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως. *Vnigenitus enim non quod solus ex solo, & solum, sed quod etiam singulariter.* Maximus Homologeta contra Anomœum; ἐπεὶ μόνος ἐκ μόνου. *Quandoquidem solus ex solo.* Gregorius Thaumaturgus; εἷς Θεὸς πατὴρ λόγου, καὶ εἷς κύριος μόνος ἐκ μόνου. *Vnus Deus Pater Verbi. Et vnus Dominus solus ex solo.* Ioannes Damascenus; ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, μόνος ἐγεννήθη. *Quod solus ex solo Patre filius; solus generatus est.* Et hoc est commune effatum Doctorum Ecclesiæ de Filio. Spiritum vero ex solo Patre procedere, nemo, quod ipse adnotauerim, dixit. Hinc, sicuti & ex superioribus, concluditur manifeste, Spiritum Sanctum non a solo Patre, sed etiam a Filio suam habere existentiam. Quod probatione non indiget. Attamen ne cum tuo Ephesio proiecta blasphemaque temeritate id eructes, audi. Athanasius Oratione contra Arianos; Τοιαῦτα μὲν τοῖς

Ἰου-

Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ὁ κύριος ἔλεγε. τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα, καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἔλεγεν, ἐγὼ αὐτὸ ἀποστελῶ, κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. *Et hæc quidem Iudæis tanquam homo Dominus dicebat: Discipulis vero Deitatem, ac magnitudinem suam ostendens, non minorem se Spiritu, sed maiorem, & æqualem eße significans, exhibebat quidem Spiritum, dicebatque, Ego illum mittam, & ille me glorificabit.* Basilius 3. Contra Eunomium; Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. φύσει δὲ τρίτῃ κεχρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. *Quæ enim necessitas, si dignitate, & ordine tertius est Spiritus sanctus, tertium quoque esse, & natura? Nanque dignitate a Filio secundum esse, ab eo quod sit habentem, & ab eo accipientem, pietatis nobis sermo tradit. Veruntamen vti natura tertia, neque a Sanctis Scripturis didicimus; neque inde consequens conclusio elicitur.* Gregorius Nyssenus Homil. 4. in Orationem Dominicam; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. *Spiritus Sanctus, & ex Patre esse dicitur, & ex Filio eße probatur.* Anastasius Sinaita Orat. de recta fide; Τοῦ δὲ σώματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας. ἔνθεν τοι καὶ Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς, καὶ Πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. *Corporis vero proprietatem in exemplum accipientes, mutuam diuinorum cohærentiam per membrorum proportionem, & assimilationem repræsentauimus. Hinc & Spiritus oris illius dicitur, cui vnigenitus os est, & Spiritus rursus ex ipso procedens, & missus non tantum a Patre, sed etiam a Filio.* Cyrillus Alexandrinus In-

terpretatione in Ioëlem Prophetam; Εἰ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *In quantum enim Deus est, & ex Deo secundum naturam Filius est: natus quippe est ex Deo, & Patre, proprius illius, & in ipso, & ex ipso Spiritus est, quemadmodum scilicet, & ex ipso intelligitur Deo, & Patre.* Nec alia ratione dicitur. προχεῖσθαι παρὰ τοῦ υἱοῦ. Cyrillus Orat. ad Nestorium; Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ Πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ καθὸ Πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός. ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Etsi est in hypostasi speciali Spiritus, & iam secundum se ipsum intelligitur, vt Spiritus est, & non Filius, attamen non est alienns a Filio: nanque Spiritus veritatis appellatur, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso eo ipso modo, quo & effunditur a Deo, & Patre.* Quod etiam Schismaticus Nicolaus Methonensis concedit, ex eo nempe Spiritum procedere, vnde habet, quod sit. Ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, ὅθεν ἔχει τὸ εἶναι. Magnum Basilium contra Eunomium audiens; Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει, &c.

Quis hos, aliosque Patres eadem inculcantes non sequeretur, & animo libentissimo profiteretur Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere? Quod cum verum sit, Spiritum, sicuti est ex Patre, ita etiam esse ex Filio, ab hinc arrepta occasione Auctores hæresis Filij-paternitatis, non distinguentes generationem a processione in probrosam blasphemiam lapsi sunt, & Filio paternitatem Spiritus adiudicarunt. Processio siquidem non notat simpliciter ex Patre Spiritum esse, sed modum, quo est. Ideoque ob modum existentiæ, quæ est existentiæ differentia, a Patribus processioni nomen inditum est, & inter existentiam secundum processionem connotatam, &

exi-

existentiam sine principio, quæ per *ingeniti* nomen explicatur, nec non & existentiam Filij, quæ sibi *genitum* appropriat, distare dicunt Doctores Ecclesiæ, quæ tria nomina tribus personarum proprietatibus consecrata sunt: & eorum singula ex ipsis nominatas in Trinitate personas exprimunt. Si quis enim compellauerit in Triade personam *ingenitam*, nullum alium innuit nisi Patrem, & qui *genitam* Filium, & qui *procedentem* Spiritum Sanctum, & vice versa, qui Patrem inculcauerit, nullam aliam personam quam ingenitam significabit, qui Filium genitam, & qui Spiritum Sanctum procedentem. Cum vero personarum productarum existentiam nomina exprimentia sint, generatio & processio, inde sibi nomen Filius geniti, Spiritus vero procedentis vindicat. Nihilominus si quispiam, generationis nomine tacito, aliud voce pronunciaret de Filio, vt est, *emanare*, *effluere*, *effundi*, *progredi*, *exilire*, & similia, progressum Filij geniti ex Patre notabit: Si de Spiritu eadem dixerit, Spiritus ex Patre processionem. Et si eadem repetat ex Filio de Spiritu, illius quoque processionem designabit. Nanque Filius emanans cum sua proprietate progreditur, modo nempe generationis non processionis: & Spiritus exiliens cum sua proprietate effluit, processionis nempe modo, non generationis. Et sicuti Filius emanans effluensque ex Patre generationis modo effluit, & progreditur, pari modo Spiritus ex Patre, & Filio effluens, & scaturiens, procedens est, & non genitus. Auctores ergo υἱοπατορίας cum modum generationis distinctum ab eo, qui processionis est, non discernerent, vtramque productionem, & generationis, & processionis Filio, & Spiritui attribuerunt. Hinc generari Spiritum a Filio, ideoque Filium Spiritus Patrem asserebant, & hac re duos in Trinitate Patres Patrem ingenitum, & Filium genitum introducebant, & duos Filios, Filium, & Spiritum Sanctum. Ad

delendam ſimilem peſtem Damaſus coacto Concilio Romæ damnauit generationem Spiritus ex Filio, effuſionem vero illius, emanationem, progreſſum non reprobauit, ſed tacitus præteriens, nec illi maculam inurens, approbare viſus eſt. Eoque magis cum apud Occidentales Patres palam, & in aperto decantaretur, Spiritum etiam ex Filio procedere, apud Orientales Filium eſſe principium ex principio, fontem ex fonte, Spiritum eſſe flatum Filij, & ſicuti dicebatur, Patrem eſſe maiorem Filio, non eſſentia, ſed dignitate, quia generat Filium, ita etiam de Filio aſſerebatur, eum eſſe maiorem Spiritu dignitate, non alio ſenſu, ne Arianæ hæreſi fierent obnoxij, niſi quia produceret Spiritum. Hinc factum eſt, vt apud nonnullos inualuerit, Damaſum decreuiſſe Spiritum eſſe ex Patre & Filio, cum id quoque in Symbolo, quod ſub nomine Damaſi circumfertur, legatur.

Quare non ita errarunt Methonenſis, & cucullatus Monachus Corbeienſis, & Callecas, vt tam ſummo iure a te vapulare mererentur. Tu vides additionem in Symbolo, & eam peruellere conaris, quia tempus additionis in dubium vertis, nec in illo aſſignando ſcriptores conueniunt. Non ſic ratiocinarentur Pſitaci. Hora mortis Chriſti in diſquiſitione poſita eſt, Ætatem Homeri, & Heſiodi per caliginem cernimus; de multis alijs rebus neſcis, cui credas. Ergo mors Chriſti non extitit. Homerus, & Heſiodus in rerum natura nunquam fuerunt. Adde etiam, de tempore, quo Ioannes Euangeliſta Euangelium ſcripſit, Interpretes ſacræ paginæ vſque adeo certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Quidam enim tradunt illud ante Apocalypſim ſcriptum fuiſſe, alij poſt, alij poſt annum, alij anno trigeſimo ſecundo poſt paſſionem Chriſti imperante Traiano, alij cum ipſe eſſet nonagenarius ſub imperio Claudij, alij ſub Nerua ab exilio reuocatum, alij anno ſalutis trigeſimo ſecundo, alij anno ab Aſcenſione Domini

ſexa-

ſexageſimo octauo, alij ſexageſimo quinto, alij cum eſſet relegatus in inſula Patmo, alij poſt reſtitutionem Epheſi, alij Epheſi, ſed antequam in exilium pelleretur. Rationare ergo ſecundum has tuas hypotheſes: hæc aſſeruntur creditu difficillima, ergo Ioannes non fuit, ſed fictitius, & commentitius eſt, nec ſcripſit Euangelium; quando Methonenſis in Appendice Binniana, quia de tempore additionis nihil certi, vel creditu difficillima ſcripſit, fictitius & commentitius eſt. Quis ita niſi Creyghtonus deſiperet? Ne ergo rimare, quando additio facta ſit, ſed an verum exprimat, & legitime addita ſit, quod diffuſius alibi declarabitur. Quod ſi additio verum non exprimit, inſipide magis argutaris. Pag. 28. *Qua enim mali fraude Latini in tertiam Synodum deliquerunt, aut fulmen Eccleſiaſticum commeruere; ſi vocem adiecerint in ſecunda, ante pronunciatum tertiæ Anathema?* *Lex antecedit reatum*. Deliquiſſent, quia ante id prohibuerant diuina eloquia, & communis Eccleſiæ conſenſus de non addendo Symbolo Nicæno. Quæ lex anteceſſerat Conſtantinopolitanum primum, ordine ſecundum Oecumenicum. Et ſic perfricta fronte Epheſius, & tu cum eo, Symbolum Conſtantinopolitanum proponit, & tot inaniter congerit teſtimonia, cum quod de Nicæno decretum fuerat, ad Conſtantinopolitanum traijcit: quibus tu poſtea, & Codice producto a Iuliano Cardinale concludis. *Synodo contrariari, & aduerſis frontibus inuicem arietare*. Quod a te nunquam probabitur, & ſuo mendacio corruet.

EXERCITATIO XI.

Additionem in rebus fidei ante Nicænum, & Epheſinum Concilia a D. Paulo fuiſſe prohibitam. S. Maximi Epiſtolam ad Marinum Cyprium uti illius genuinam multi cum Catholici tum Schiſmatici recipiunt. Creyghtoni in aſſerenda infallibilitate Eccle-

Ecclesiæ Romanæ inconstantia. Dialogus de processione Spiritus Sancti falso Margunio suppositus. Ut sese gesserint Romani Pontifices in vnione procuranda cum Græcis. Nili Rhodij sententia de Octaua Synodo Photiana.

Pag. 28. *Nemo sanæ mentis inficias ibit, ad Symboli seu Niceni, siue Constantinopolitani formulam nihil additum temporibus Sanctissimi Leonis Tertij, qui a Carolo Magno per Legatos de ea re præstolatus, &c.* Adhuc illatras per rimas, & incertitudinem temporis, quo facta est additio, inani loquacitate obiectas. Sed tuæ oscitantiæ sese opponit Maximus Homologeta, qui anno 657. ante sextam Oecumenicam vita functus, Epistola ad Marinum Presbyterum Cypri, de qua licet nonnulli ambigunt, eius tamen, vti genuinam excipiunt, ex Catholicis Nicephorus Blemmida, Ioannes Veccus, ex Schismaticis præcipui Gregorius Palama, Gregorius Scholarius, qui & Gennadius Monachus, & tuus demum Marcus Ephesius Epistola de Synodo Florentina, & alia ad vniuersos orbis terrarum Christianos, & tandem Epist. ad Georgium Presbyterum; Ἀναγνώτωσαν τὰς τοῦ σεπτοῦ Μαξίμου φωνάς. ἰδέτωσαν τίνες αὐτοῦ μᾶλλον ἀκολουθοῦσι, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἡμεῖς, ἢ ἐκεῖνοι; καὶ τοίγε ὁ φωστὴρ ἐκεῖνος πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέδραμεν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀθλῶν, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τὸν πλεῖστον χρόνον ἐν τῇ δύσει πεποίηκεν ἔν τε Ῥώμῃ, καὶ τῇ Ἀφρικῇ, καὶ οὐκ ἂν εἶπεν οὐδ' ὅλως οὐδὲν, ὃ μὴ διὰ πάσης ἐκράτει τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν χριστιανῶν ἁπάντων. *Legant venerandas Maximi voces. Videant, qui magis ipsum, & suos sermones sequuntur, nos ne, vel illi? Et tamen ille illuminator Ecclesiæ, certans pro veritate, & recta fide totum orbem discurrit, & maximum tempus in occidua parte fecit, Romæ scilicet, & in Africa, nec quidquam aliud dixisset, quam quod tota Ecclesia tenebat, & Christiani omnes.* In ea Epistola Maximus palam fatetur in Synodicis Martini Papæ primi inter alia animaduertisse Byzantinos, notaque erroris

roris

toris designasse, quod dicebatur Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere. Quod cum notificasset Occidentalibus, respondisse scribit, se id habuisse a Patribus Occidentalibus, & ex Cyrilli expositione in Euangelium Ioannis: & eo responso Byzantini expostulationem in Latinos deposuere. Τῶν τοῦ νῦν ἁγιωτάτου Πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις ὅσοις γεγράφετε κεφαλαίοις οἱ τῆς βασιλίδος ἐπελάβοντο, δυσὶ δὲ μόνοις, ὧν τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ θεολογίας, ὅτι τε φασὶν ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸ δὲ ἄλλο περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὅτιπερ γέγραφε, δίχα τὸν Κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας, ὡς ἄνθρωπον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον συμφώνους παρήγαγον χρήσεις Ῥωμαίων πατέρων, ἔτι δὲ καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ ἱερᾶς πραγματείας εἰς τὸν Εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην, ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας τοῦ Πνεύματος σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν. μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι, καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσιν. *Præsentis Sanctissimi Papæ Synodica, non in tot, vt vos scribitis, capitibus criminati sunt Byzantini, sed in duobus tantummodo: quorum alterum est de Deo, quod ille asseruerit, inquiunt, Spiritum Sanctum ex Filio quoque procedere: alterum de diuina incarnatione, quod scripserit Dominum, vti hominem, absque peccato originali fuisse. Circa primum concordantes Patrum Latinorum, nec non Cyrilli Alexandrini ex Interpretatione Sancti Ioannis Euangelistæ sententias produxerunt, quibus causam non facere Filium semetipsos demonstrarunt. Vnam siquidem norunt Filij, & Spiritus causam Patrem, sed vt per ipsum processionem ostendant, eaque naturam vnam, & essentiam inuariabilem confirmant.* Quanam ergo tu ratione, *de accretione in Symbolum audacter asseuerare audes, ante lapsos octingentos annos a partu Virginis in Ecclesia Romana nihil tum auditum?* Sed tribuendum est aliquid audaciæ. Et Creyghtonus dum audacter audet, & intemperijs agitur, non mirum est,

est, si in ventum vires effundat, cum etiam dum non inflammatur furoribus, & bene valet, sed quando hoc fuerit? semper pedibus, non cerebro argutatur.

Gaudeo tamen ab eodem extortum, cum additionem oppugnat; Pag. 28. *Obstupescendam esse ab vniuerso Orbe Romanæ Ecclesiæ integritatem, cui religionis Christianæ præfecturam ambienti, nihil furtiuum, aut latrocinale potuit affricari.* Sed en, quod non procul hinc admonueram, eodem loco, & temporis vestigio sui oblitus, de statu mediocritatis deflectit, & non sano syncipite vacillat, cum imagines eiusdem Romanæ Ecclesiæ auctoritate in generali Synodo comprobatas ad cultum, & adorationem, per irrisionem stultissimam Pag. 29. *Pupas, & imagunculas* vocat. Quasi vero Ecclesia, cui nihil furtiuum, aut latrocinale potuit affricari, de statu suo eodem ipso momento declinauerit. Et subsidium illud, quo suam integritatem conseruabat, remotum fuerit. *Cuius sub Papæ, vel Concilij nutu tandem accreuerit, impossibile est expedire.* Fateor. Ergo additio facta non est, vel facta est sine nutu vel Papæ, vel Concilij: hoc vero proba tu Creyghtone, qui semper ad audendum proiectus es.

Pag. 29. *Quæcunque de Benedicto septimo, Leone, Damaso effutiuntur, inania sunt; nec alia proijciunt fundamenta, quam coniecturas hominum, nullis historiarum iustis præsidijs subnixas.* Quidquid sit de Leone, & Damaso; de Benedicto hoc tuo VII. temere tuo more pronuncias. Regebat hic Pontificatum post Bonifacium VII. sub Othone II. post Photium annos minimum centum & decem, Photius, *cuius tu monumentis maiorem fidem, ac reuerentiam adhibuisses, quam omnibus S. Ignatij miraculis, aut præscriptionibus Sancti Nicolai*; is, inquam, Photius, dum flectere nequiuit superos, mouens Acheronta, cum de sua restitutione actum, & conclamatum esset, in Romanam Ecclesiam sæuiens, inter alia illi probra obiecta in crimen vocauit, quod Sym-

bolo

bolo fidei quadriſyllabam illam vocem, *Filioque*, addiderit, & recitaret. Ἀλλὰ γὰρ οὐχὶ μόνον εἰς ταῦτα παρανομεῖν ἐξωνέχθησαν, ἀλλὰ καὶ εἴτις κακῶν ἐστὶ κορωνὶς, εἰς ταύτην ἀνέδραμον. πρὸς γάρ τοι τοῖς εἰρημένοις ἀτοπήμασι, καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ ἅγιον σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς, καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν, ἄμαχον ἔχει τὴν ἰσχὺν, νόθοις λογισμοῖς, καὶ παρεγγράπτοις λόγοις, καὶ θράσους ὑπερβολῇ κιβδηλεύειν ἐπεχείρησαν. ὢ τῶν τοῦ πονηροῦ μηχανημάτων. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι καινολογήσαντες. καὶ τὰ ἑξῆς. *Etenim vero non in iſtis tantum contra leges peccare ſunt inducti, ſed in ipſam impietatis coronidem, ſi quæ vlla eſt, deuenerunt. Præter enim memoratas abſurditates Sacroſanctum Symbolum, quod ab omnibus Oecumenicorum Conciliorum calculis confirmatur, & vim obtinet inuictam, ſententijs ſpurijs, & verbis adſcitijs, quæ ſumma fuit ipſorum audacia, conati ſunt adulterare. O machinationes Diabolicas! Spiritum ſanctum nouo quodam modo, non ex ſolo Patre, ſed etiam ex Filio procedere, commenti ſunt, &c.* Et tu infra non audes id negare; Pag. 31. *Cum enim Patriarcha Photius Nicolai Pontificis fulmine contactus eundem Pontificem anathemate percuſſiſſet, Encyclicam ad Patriarchas Orientis euulgauit, qua inter multa abſurda Romanæ Eccleſiæ iniuſta, Nicænum Symbolum incredibili perfidia corrumpi a Latinis vociferabatur. Vt Spiritus ſanctus a Patre, & Filio procedere tuto in poſterum, & perſtricte prædicarent. Epiſtola extat in decimum Annalium inſerta a Baronio.*

Et vt validus confirmes, in Andream Rhodium inueheris; Pag 31. *Vt nulla magis vecors aſſertio videri poſſit quam iſta Andreæ Rhodij in ſexta Seſſione huius Synodi, qui palam dicere non erubuit, Patriarcham Photium, cum quibuſcunque poterat conuitijs in Eccleſiam Romanam, & Pontificem debaccharetur, huius additionis ad Symbolum in tota Encyclica mentionem nullam feciſſe. Certe, nec debuit, nec potuit Græcus homo, & in Latinis non male verſatus ignorare, Epiſtolam Photianam huc plenis velis impellere additionem ad Symbolum præſcribere, vt fa-*

cinorosam, & ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem. Adeo vt anno proximo Nicolaus aliam ad Præsules sub Caroli Calui regno constitutos emiserit, quos hortatur, vt Concilijs habitis, & diligenti rerum peruestigatione, quid sentirent, ipsum condocefacerent, & harum criminationum atrocitati, salubri aliquo remedio subuenirent. Quidquid sit de dicto Andreæ, pro quo possem, quod experientia ipsa didici, in medium proferre, Epistolam Photij Encyclicam, multis suis partibus mutilam, pro vt occasio postulabat, ab alijs Patriarchis sub suo nomine, vt propriam missam. Hinc potuit in manus Andreæ venisse ex illis, quæ obtruncata esset, & in qua mentio ista de additione non fuerit. Mentio tamen expressa habetur in Encyclica Photij, quam tu genuinam esse illius agnoscis. Quod mihi ad tua conuellenda satis superque est: nempe contra atque tu dicis illius tempore additionem pronunciatam fuisse in Symbolo. Quidquid tamen sit de hoc, vt impostura Photij magis, ac magis pateat, dabo alium Auctorem Schismaticum Dialogo de Processione Spiritus sancti, & alijs Latinorum erroribus, qui typis Londinensibus sub nomine Maximi Margunij editus est. Scriptoris nomen incompertum latet in Manuscriptis adeo antiquo charactere exaratis, vt ætate ipsa Margunij multo vetustior sit, cui ipse Margunius Epistolam præfixit, qua delusi typothetæ Dialogum vniuersum Margunio supposuere. Auctor itaque Dialogi scribit; εἰ μὴ τῆς εὐσεβείας βοηθὸς Φώτιος δύο καθολικὰς ἐπιστολὰς πέπομφε. αἳ καὶ τοῖς Βουλγάροις ἀπεκομίσθησαν, ἀλλ' οὐ τὴν ἐκκλησίαν ἀφ' ἡμῶν τῆς Ῥώμης διὰ τῶν ἐπιστολῶν τούτων διέτεμεν ὁ θειότατος Φώτιος, ὡς οἱ τῆς δυσσεβείας συνήγοροι διατείνονται, εὐσεβεστάτης οὔσης τῆς τότε. *Ni pietatis vindex Photius binas Catholicas scripsisset, quæ & Bulgaris reddita fuere; sed non Romanam Ecclesiam eo tempore pietati addictissimam per has Epistolas discidit sanctissimus Photius.* Probra igitur, quæ Latinis Photius obiecit, & additionem interea Symboli, ex perfidia

dia illius enata ſunt. & cui additionem appingunt? Benedictus a crimine eſt eodem Auctore immunis; Ὁ δέ γε μετ' αὐτὸν ἀρχιερατεύσας θεῖος Βενέδικτος εἰς πάντας τοὺς Πατριάρχας ἐπιστέλλει, μὴ δέξασθαι Πάπαν τῆς Ῥώμης εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἂν τὴν ἑαυτοῦ ὁμολογίαν ὀρθόδοξον κομίσῃ πρὸς πᾶσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν. *Qui vero illi in Pontificatu ſucceſſit*, nempe Leoni, *diuinus Benedictus ad omnes Patriarchas literas miſit, atque impoſuit, ne Papam admitterent Romanum in communionem, ni prius ille rectam fidei ſuæ profeſſionem ad vniuerſam Chriſti Eccleſiam tranſmitteret.* Quod ipſe non legi, ſi recte memini, apud vllum alium. Quemadmodum & illa, Tabulas æneas, in quibus abſque additione inſculptum erat Symbolum, tempore Quartæ Synodi inter Eccleſiaſtica Cimelia Leonem Papam reſeruaſſe. Μανθάνει δὲ ταῦτα ὁ τῆς Ῥώμης ἁγιώτατος Πάπας Λέων. λυπεῖται, ἀδημονεῖ. εἶτα τί; ἐξάγει μὲν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου τὰς ἱερὰς τοῦ θείου Συμβόλου ἀσπίδας, ἃς ὁ ἁγιώτατος, ὁ τὴν στήλην τῆς ὀρθοδοξίας συγγράψας ἀπὸ τῆς τετάρτης συνόδου παρακατεθησαύρισε θείῳ κινούμενος Πνεύματι. *Cum hæc audiſſet Romæ Papa Sanctiſſimus Leo contriſtatur, indolet. Tum quid? ex Sceuophylaceio educit ſacra diuina Symboli ſcuta, quæ Sanctiſſimus Leo, qui columnam rectæ fidei in quarta Synodo conſcripſit, vti theſaurum repoſuerat, diuino motus ſpiritu.* Item illud, Romanam Eccleſiam antea fidei integerrimæ poſt aliquos annos ſub Formoſo in hæreſim lapſam fuiſſe; Μετὰ γὰρ παραδρομὴν ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα ἀπὸ τῆς τοῦ θειοτάτου Πάπα Ἰωάννου κοιμήσεως Φόρμοσός τις τὴν ἐπωνυμίαν, μαίδευμα τῆς τοιαύτης αἱρέσεως, δόλιος ὢν τὸν τρόπον, δολίως ὑποκρινόμενος τὴν εὐσέβειαν, δολίως καὶ τῆς ἐκκλησίας ταύτης ἐπέβη. *Poſtmodum excurſis ferme annis octuaginta a diuiniſſimi Ioannis Papæ dormitione Formoſus quidam nomine in tali hæreſi enutritus, callidus in fraudes, doloſeque pietatem ſimulans, fraudulenter eam Eccleſiam occupauit.* Et hæc tantiſper adnotata ſint, vt vel claram puero ἀνιστορησίαν deprehendas. Tu porro qua fronte negas quæcunque de Benedicto VII.

effutiuntur, inania esse. Pag. 29. *& coniecturas hominum, nullis historiarum iustis præsidijs subnixas*. Photio ne tuo fidem eleuas, & monumentis Photianis fidei absona supponis? Vbi est illa tua fides, & reuerentia maior monumentis Photianis adhibita, quam omnibus miraculis S. Ignatij, aut præscriptionibus S. Nicolai? Si fides ista tua, & reuerentia deflorata non exaruit, vel ille, vel tu aperti mendacij deprehenderis, & nulla fide es. Et vt me expediam, maiorem ipse fidem, & reuerentiam adhibeo in hac re Photio, quam omnibus tuis in dicendo redundantijs, & male conceptis, concinnatisque præscriptionibus. Non negabis neque tu, si animo integer es. Photium, etiam si voluisset, non potuisse simile crimen in Pontificios contexere. Obuia nanque fuisset Pontificiorum responsio, & in manu additionis inficiatio. Quare concludendum est eum Romanis ea non obiecisse, quæ vel simplici negatione valerent elidere. Sicut enim alia, quæ opposuit de ieiunio Sabbati, matrimonio Sacerdotum, de vnctione Chrismatis ope Sacerdotum, tangens aram asseuerare potuisset, eo pacto & de additione affirmasset, ne perperam insimulasse Pontificios deprehenderetur. Non sunt ergo fundamenta, quæ de Benedicto VII. proijciuntur inania, nec hominum coniecturæ, sed historiæ iustis præsidijs subnixæ.

Pag. 29. *Ita nos admoneat æquioribus animis, & maiori cum caritate, ac commiseratione habendam esse miseram Græcorum gentem, si ab insita contumacia ad communem Christianorum fidem non decesserint*. Laudo caritatem, & commiserationem tuam in Græcos, quam in eos adhibuisse Romanam Ecclesiam creberrime, notum est vel bellulis, & festiuis saperdis, quod tu tantus Theologus iuxta cum ignarissimis scis. Neque enim omnia dogmata, & fidei arcana statim a Christo nato passoque omnibus innotuere, sed progressu temporis, vti sese tulit occasio, a Concilijs, &

Patri-

Patribus nunc vnum, nunc aliud definita sunt: quæ ante definitionem, cum in ambiguo versarentur, ab arbitrio disceptantium pendebant. Vbi vero Ecclesiæ decreto expresse prodita sunt, qui illa non tenent, a communione fidelium tanquam hæretici arcentur, & si in sententia indurucrint, etiam puniuntur. Ante quam discidissent Ecclesiam nouis excogitatis erroribus Arius, Macedonius, Nestorius, & infecissent credentium animos, nullus vel Auctores erroris condemnabat, vel hæresim ipsam detestabatur. Vbi vero venenum spargere suscepere, monitique sibi non circumspexere, multi ex Doctoribus singillatim, & pertinacia crescente coacta Concilia, dum non resipiscunt, hæresim vna cum autore condemnarunt. Hoc est in more Catholicæ Ecclesiæ positum, instituto maiorum comparatum. Nec aliter se cum Græcis gessit. Dum enim illi in Symbolo recitant de Spiritu sancto, *qui ex Patre procedit*, nec vltra aliquid determinant, nihil Ecclesia Latina, licet ipsa profiteretur, *qui ex Patre Filioque procedit*, contra Græcos mouit, nec sese aduersus eos conuertit, neque in eos sæuijt. Vbi vero in scriptis non tantum *ex solo Patre* propugnare, negando ex Filio, sed etiam admotis armis insultare, & rebellando asserentes etiam *ex Filio* concutere innixi sunt, &, quod peius est, eam anathema præscriptum a tertia Oecumenica Synodo incurrisse, demonstrare conantur, necesse fuit, vt scriptis sese ab errore vindicarent, & cum cernerent non bene sibi redire conatus, conuocatis Concilijs, accersitisque Græcis ipsis, dogma disputandum proposuere, examinandumque, & additionem ipsam, cum vera sit, an legitime in Symbolo posita sit. In hisce concertationibus publicis Græci victi superatique manus dedere, conueneruntque cum Latinis: at non multo post, in eundem vomitum rediere, & procacius aduersus Latinos inuecti sunt. Non narro somnia. Patet omnibus,

quo-

quoties Græci ſeſe vniuerunt cum Latinis, & quoties ſeparati ſunt.

Sed vt ad intermiſſum Photium me referam. Nilus Chius Rhodi Metropolita Compendio de Synodis ait, ſub Baſilio Macedone celebratam eſſe Octauam Synodum, in qua Græci, & Latini in concordiam redierunt, cum Latini faſſi eſſent, ſe Symbolum abſque additione more antiquo, & vt Græci aſſolent, recitare. Nili verba ſunt. Οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐβόησαν. πρέπον ἐστὶν, μὴ ἕτερον καινουργηθῆναι. ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἀρχαῖον ὅρον, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κρατούμενόν τε καὶ δοξαζόμενον ἀναγνωσθῆναί τε, καὶ ἐπιβεβαιωθῆναι. καὶ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἀναγνωσθέντος, ἄνευ προσθήκης, ὡς ἔχει, ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεβόησεν. ἡμεῖς κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος διδασκαλίαν, καὶ τὴν Ἀποστόλων παράδοσιν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς κανονικοὺς τύπους τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων τὸν ἄνωθεν ἐκ πατέρων καὶ μέχρι ἡμῶν κατεληλυθότα τῆς ἀκραιφνεστάτης τῶν χριστιανῶν πίστεως ὅρον. καὶ ἐπινοίᾳ, καὶ γλώττῃ στέργομέν τε, καὶ πᾶσι παραγγέλλομεν διαπρυσίως οὐδὲν ἀφαιροῦντες, οὐδὲ προστιθέντες κατὰ διάνοιαν, ἢ λέξιν, οὐδὲν ἀμείβοντες, οὐδὲν κιβδηλεύοντες. καὶ μετὰ τοῦτο οἵ τε τοποτηρηταὶ Ῥώμης, καὶ ἡ σύνοδος ἅπασα ἐξεβόησεν, ἕτερον ἐκθέσθαι σύμβολον καὶ ὅρον ἀνακινῆσαι, ἢ προσθήκην, ἢ ἀφαίρεσιν ποιῆσαι ἐν τῷ ἀναγνωσθέντι ἱερῷ καὶ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἀνάθεμα ἔστω. ταῦτα καὶ ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς κανόσι τοῖς ἐκ τῆς πράξεως τῆς συνόδου ταύτης εὑρίσκεται ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου Πάπα Ῥώμης πρὸς Φώτιον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. *Quibus congregatis pro communi Eccleſiarum concordia, Presbyteri quidem ſenioris Romæ conclamarunt.. Decorum eſt. nihil aliud innouari. ſed veterem definitionem, & toto orbe obtinentem, ac celebratam legi, & confirmari. Cumque ſacrum Symbolum abſque adiectione, ſicuti ſe habet, lectum fuiſset, ſancta Synodus acclamauit. Nos ſecundum ſeruatoris doctrinam, & Apoſtolorum traditionem, ac præterea ſecundum Canonicos Sanctarum, & Oecumenicarum ſeptem Synodorum typos definitionem ſinceriſſimæ Chriſtianorum fidei antiquitus a Patribus ad nos vſque propagatam, mente & lingua com-*

proba-

probamus, & omnibus constanter annunciamus, nihil detrahentes, nec adijcientes menti, nec verbis, nihil immutantes, nihil adulterantes. Postea Legati Romæ, & tota Synodus acclamauit. Siquis edat aliud Symbolum, aut hanc definitionem commoueat, vel adijciat, detrahat ve quidpiam huic sacro Sanctoque Symbolo, quomodo lectum est, anathema esto. Hæc etiam in Romanis Canonibus actorum huius Synodi comperiuntur ex Epistola Ioannis Papæ Romani ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum. Si Oratores Pontificij firmissime asseuerant, se conseruare Symbolum absque vlla additione, tum cum Ioannes Pontifex præesset, vetantque, ne nouum aliquid addatur, quinimo eos anathemati subdunt, qui demunt, vel addunt. Ergo per illa tempora additio nulla erat. Ergo calumniator peiss imus, & sycophanta nequissimus est, qui in Latinos opprobria sæuiter fingit. Non addidisse Latinos ex Photiana hac Octaua Synodo discimus. Vin clarius? in eadem ipsa Synodo refertur ex Epistola Ioannis Papæ ad Photium in Ecclesia Romana seruari Symbolum intemeratum, prout antiquitus traditum fuit, neque in eo quidpiam adiunxisse, aut detraxisse, & si qui similia ausi sunt, eos diuinorum sermonum transgressores censet, & cum Iuda collocat. An non totus ex mendacio factus tuus Photius est, & iniuste, quod non est, crimen appingit Pontificijs? Hæc adnotauimus, vt qualis iste tuus Photius, & quanti æstimandus sit, intelligas. Hinc tractatu nostro singulari prædictam Synodum Photianam reiecimus, vti fallacijs, & fraudibus ex ingenio Photij complicatam. Non sunt ergo Græci æquioribus animis, & maiori cum caritate, & commiseratione habendi, cum toties moniti, receptique locum veritati depulso Schismate non dederint; etiamsi tu eos dignos esse, quorum nos malis indolere, optimum factu ratus, loquacitate importuna *occentas*. Et hic finis est orationis tuæ ad multas paginas productæ, ad reprobandam Bin-

nia-

nianam appendicem, eamque vti fictitiam, & commentitiam condemnandam. Quod tamen an effeceris, alij iudicabunt. Multa ego tibi libentissime concessi, vt ratiocinandi inscitiam, & nugas tuas planas facerem. Et nunc vt tua hæc fatuitas manifestius appareat, fac ita esse, vt vis; Appendix Binniana sit ementita, falso a Latinis Georgio Scholario, Gregorio Protosyncello, & Iosepho Methonensi supposita; etiam Ephesij Epistolæ a Latinis confictæ. Collige tu, ne sim ipse molestus. Loquere. prome conclusionem. Ergo quid? Ergo Acta Florentinæ Synodi edita Romæ nulla sunt, & Syropuli Delphis responsa, & veritatis arci insident: vnio Græcorum facta non est, & si facta, non vera. Fundamenta Ephesij euersa non sunt. Pontificiorum excogitata conuulsa. Adde si quid lubet præterea, etiam creditu incredibilia, vel difficillima. Et non vides, te ibi esse, vbi non es, & ibi non esse, vbi es? Excludantur Auctores, ergo & quæ in tractatibus afferuntur eodem ipso momento penitus, & rationes omnes, & argumenta effluent? ò magistrum veteris disciplinæ, & seuerioris?

EXERCITATIO XII.

Iustitia in pœnis collatis a Deo non ex nostri discursus ratione iudicandam esse. Iustam esse punitionem, quia Deus punit: non quia eas pœnas commereamur. Male Creyghtonum iustitiam ex nostris operibus statuere, & iudicare, & non ex Dei dispositione. Molestias & calamitates huiusce vitæ ad bonam frugem nos deducere, & mentem sanam. Malis bona, & prospera non esse perpetua.

Pag. 30. *SEd solent homines plerunque imaginatione mala abrepti, in magnorum calamitatum causis assignandis ad occulta Dei iudicia recurrere, & ineluctabiles irarum*

rum destinationes. Græcos in Spiritus sancti nomen blasphemos, in ipsa Spiritus sancti solenni feria profligatos imperium omne amisisse. Ita in parentis omnium viribus ludunt mortales, dum crimen sibi metipsis impactum, a suis humeris in Deum amoliuntur, quorum iudicia sæpe sæua sunt, & præcipitata. Quid rei hoc est? Quid monstri? Quid prodigij? An non hic furiarum telis ardentibus a consceleratissimis fratribus compulsus Diuinum numen verbo, linguaque scelesta violat, impurus, execrandusque homo? Calamitates, noxas, infortunia, inauspicatas ærumnas, a Deo hominibus inflictas, cognoscere ex Deo prouenire ad sananda impia, scelerateque commissa, & conscientiæ vulnera, hoc est mala imaginatione abripi perditissimi animi ex orco natus Theologus deblaterat. Tu demis occulta Dei iudicia, & ineluctabiles cœlestium irarum destinationes. Ipse a puero didici Numinis de rebus humanis prouidentiam summam, qua disponit omnia. Pœnas ob delictum commeritos arguit, etiam in ira, etiam in furore. Eloquium diuinum est; *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Ne dubites. Bonus es? felix tibi illucescet dies, vt felicior sis, & luculentior: serenam diei faciem nubes, obducto infortunio, non violabit. Malus? immissa per Deum calamitate contristaberis; & tandem te circumspicies, & factis concruciaberis, vt vel viuens, vel tandem mortuus æternis gaudijs perfruaris. Sed iustus est Dominus. Quis hoc negat? Quare ergo bonis mala, bona malis succedunt? Anne tu magis maior es Ieremia? Vtere eodem Magistro, cap. 12. *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur? Bene est omnibus, qui præuaricantur? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum.* Et Abacuc, cap. 1. *Quare respicis super iniqua agentes, & taces? deuorante impio iustiorem se? Et facies hominis, quasi pisces maris, & qua-*

si reptile non habens principium. Et ante hos Iob. cap. 21. *Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortati diuitijs? Semen eorum permanet coram eis. propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent citharam, & tympanum, & gaudent ad sonitum organi.*

Agnoscis? Tua hæc sunt; Pag. 30. *Sed quota pars hominum pro meritis, vel beneficia reportant, vel pœnas soluunt? Quot incliti virtute, ac rebus præclare gestis, sub inuida fortunæ rota premuntur, dum sacrilegi, & rebelles in ipso honoris fastigio omni gloria, ac opulentitate florent? Et ne longius recedam, a nuperrimo gentis nostræ infortunio, infames nostri perduelles facta coniuratione, sacrum nomen ementita, faces regno subiecere, & omnium quotquot vnquam legimus, audiuimus, facinorum tristissima exempla edidere: & tamen isti homines viuunt, vegetant, regnant, radiant, tam cari suis, quam exteris tremendi*: & demum concludis; *ita in parentis omnium iuribus ludunt mortales, dum crimen sibimetipsis impingunt, a suis humeris in Deum amoliuntur, quorum iudicia sæpe sæua sunt, & præcipitata*. Supra in gubernandis dirigendisque rebus humanis prouidentiam diuinam malæ imaginationi hominum, magnarum calamitatum causas ad occulta Dei iudicia referentium assignasti, caue ne posterioribus iustitiam illius iustissimam in controuersiam ponas. Hæc tua Manichæorum dogmata sunt, Creyghtone, cum quibus tibi conuenit de multis alijs, illisque pessimis. Petrus Siculus eiusdem cum Photio ætatis de Manichæis; Βροντᾷ Θεὸς, καὶ πάντες τρέμομεν, κἀκεῖνοι βλασφημοῦσιν. ἀστράπτει Θεὸς, καὶ πάντες εἰς γῆν ὑποκλινόμεθα, κἀκεῖνοι πρὸς οὐρανὸν τὰς βλασφήμους ἔχουσι γλώσσας. *Tonitrua excitat Deus, & omnes contremiscimus; illi vero diuinum Numen scelesta lingua violant. Deus fulgurat, & omnes in terram concidimus; at illi contra cœlum linguas impias vibrant*. Non

cre-

credis Siculo? Continecat te auctoritas tui Photij, qui docet reformidare cœlestes minas, & diuinam prouidentiam reuereri Epist. 117. ad Theodosium Monachum, & Anachoretam; Μηκέτι οὖν ἐκπλήττου τοῖς τετολμημένοις, μηδὲ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀνοχὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ μακροθυμίαν ἐγκατάλειψιν αὐτοῦ νόμιζε τῶν ἀνθρωπίνων. οὐ γὰρ εἰς ἀνεπιστάτητον, καὶ ἀπρονόητον νῦν ποθὲν τὰ τῆς προνοίας περιέστη. ἀεὶ δὲ τὰ ἡμέτερα σοφῇ τινι καὶ ἀπορρήτῳ, καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐπὶ τὸ ἄριστόν τε, καὶ θαυμασιώτατον μεθοδεύεται οἰκονομίᾳ. *Noli igitur rebus gestis nimis vehementer percuti; sed nec Dei patientiam, & longanimitatem in ijs tolerandis sic interpretari, quasi rerum humanarum esset derelictio: neque enim per hæc tempora diuina prouidentia rebus præesse, aut eas procurare destitit. Nam qui potuit illud fieri? Sed ita est, dispensatio diuina res nostras sapienter, & ineffabili modo supra captum humanum optimum, & mirandum in modum dirigit.* Et Epist. 118. Ἔχεις οἶμαι σαφῶς, καὶ οὐδὲν ἐπιδιστάζων τῆς θαυμασίας καὶ ὑπερφυοῦς προνοίας τὸ ἀλάθητόν τε καὶ πανεπίσκοπον, καὶ ὅτι κἂν τοῖς δοκοῦσι παραλογωτάτοις ἀπορρήτῳ τινὶ καὶ ἀπειροδυνάμῳ κράτει, καὶ σοφίᾳ τὰ δίκαια αὐτῆς καὶ ἀρρεπῆ συνεπιζευγνῦσα φυλάττει ζυγά, εἱρμόν τινα θεῖον ἐν αὐτοῖς, καὶ τάξιν ἀρίστην καὶ καλλίστην ἐνεῖσα, εἰ καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς διὰ βάθος κριμάτων ἀνεξιχνίαστον, καὶ σοφίας ἀδιεξίτητον πέλαγος οὐκ ἀεὶ πέφυκε γίνεσθαι ἐφικτά. *Habes ita opinor perspicue, ita vt nihil verius omnino dubites, admirandæ, & naturam excedentis prouidentiæ inobliuiosum, & omniscium, quæ ipsa etiam in rebus ab omni ratione, quæ videntur alienissimæ abscondita quadam vi, & potestate ineluctabili sapienter iustitiam, & incommutabilitatem suam copulat, & libræ pondera iusta statuminat, & diuinam quandam seriem, & concatinationem in rebus optimam, ordinem & pulcherrimum immitens, licet hominum ratiocinijs propter iudiciorum profunditatem imperuestigabilem, & ob pelagus non adeundum, non semper vt obuia arripienda.* Et in Amphilochrijs cap. 201. Πῶς δεῖ κρίνειν τὰ κατὰ τὸν βίον συμβαίνοντα; ὑπέχουσί τινες τῶν ἀδικημάτων δίκας ἐν τῷ βίῳ, ἔχεις ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν, ὅτι οὐ παρέργως ἐφεστῶσα, καὶ λογοθετοῦσα,

καὶ φ[illegible] τὰ ἐνταῦθα. οὐκ ἔδωκαν πολλοὶ δίκας τῶν ἀδικώτερον πολιτευσαμένων. τοῦτο μεῖζον ἀπόδειξις. ὅτι πρὸς ἑτέραν τινὰ πικροτέραν καὶ χαλεπωτέραν συνετηρήθησαν κρίσιν. εὐδαιμόνως ἐβίωσαν πολλοὶ τῶν δικαίων. δέχου πάλιν προοίμια καὶ σύμβολα τῆς ἐκεῖθεν μισθαποδοσίας. ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πολλοῖς ἐνήθλησαν ταλαιπωρίαις. καὶ τοῦτο καὶ τοὺς λίαν ἐπιστομίζει φιλονείκους. ὅτι πάντως ἡμᾶς ἄλλος ἀναμένει βίος, καὶ κριτήριον ἄλλο, ἐν ᾧ τὴν κατ' ἀξίαν ἕκαστος βεβιωμένων ἀπολήψεται τὸν μισθόν. *Quomodo iudicanda sunt, quæ in hac vita contingunt? Subeunt nonnulli eorum, qui in hac vita iniuste egerunt, pœnas: iam tenes manifestissimum documentum, prouidentiam esse adstantem, & rationem vitæ, & gestorum reposcentem, & curantem ea, quæ hic sunt. In multos animaduersum non est de enormibus improbitatibus: hoc maius documentum est, ad aliud iudicium eos deferendos esse, & atrocius, & rigidius. Multi iustorum feliciter vitam traduxerunt: Rursus excipe exordia, & symbola futuræ inibi retributionis. Sed & multi multis infortunijs vexati sunt: hoc maxime contentiosos mutire facit: docetque, aliam nos expectare vitam, & aliud iudicium, in quo singuli dignam suis gestis retributionem accipient.* Vide plura eiusdem, si tibi animus est, in Epistola 31. ad fratrem Tarasium. Hæc Photius. Tu vero, qui Photij studiosissimus es; *Sed solent homines plerumque imaginatione vana abrepti in magnarum calamitatum causis assignandis ad occulta Dei iudicia recurrere, & ineluctabiles cælestium irarum destinationes.* Et recurrere in assignandis causis ad occulta Dei iudicia, & ineluctabiles cœlestium irarum destinationes, est vana imaginatione abripi, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis Sacellarie domestice, ac ordinarie S. Theol. Doctor, & S. Burianæ Decane? Sed deplorandum, ac miserandum est Creyghtonum S. Theologiæ Doctorem, & Sacellarium domesticum Regis, *tot annorum erroribus perfungi, urbes exteras peruagantem, qua stipis exiguæ opes per professoriam linguam extrahendi attriuerat.* An parum scelus est infidelitas, perfidia, Catholicorum dogmatum

impu-

impugnatio, rerum Ecclesiasticarum oppressio, vitiosarum opinionum disseminatio, iuris diuini atque humani violatio? Hæc semina sunt diuinæ iustitiæ, hæc esca, ac nutrimentum diuini furoris. Sed hæc tela in maculosos, ac perturpes homines eiaculanda sunt, non in eos, qui absque flagitio ætatem agunt, vt est Creyghtonus. Hæc secreta Numinis cum non possint introspicere mortales, non vana imaginatione abrepti, sed diuinæ Maiestatis secretorum admiratione, sed suæmetipsorum inscitiæ confessione, *ad occulta Dei iudicia recurrunt, & ineluctabiles cœlestium irarum destinationes*.

Summæ bonitatis est, non solum minutiorum, & singularium rerum commodis, sed quid vtilitas regni, prouinciæ, ciuitatis; quid communis salus, quid tempora, quid Christianæ religionis promotio poscant, prospicere, quæ cum in abditis lateant, & præter Deum nullus sit, qui calleat, vel prouideat, necesse est, si rerum vniuersarum ordinem retroagere nolumus, ad occultas illas, neque nobis notas causas recurrere, quod tu pro tuo in Dei prouidentiam obsequio *imaginatione mala abripi* vocas. Adde, cum Deus agat libere, & nos non alio, quam humano sensu eliciamus, hoc ita faciendum esse, illud impediendum: sic adumbratis cogitationibus deceptos, quod non est, Deo attribuere, ideoque nobis illius pondera incertiora redduntur: neque enim scimus, quid illi conueniat, quid nobis permissum sit; Et hoc non est *mala cogitatione abripi*, sed ingenti vocis contentione clamare, *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei?* An & Paulus mala imaginatione abreptus hæc pronunciauit? Dices, sed impie. Qui cum integritate viuunt, diuinorum præceptorum asseclæ, dum rebus aduersis cruciantur, & opprimuntur,

matis

malis cogitationibus abreptos, ad occulta Dei iudicia recurrere. Recurrunt quidem ad Deum, optimo conſilio, & nimium ſapientes, vnde etiam ſi peſſimi ſunt, doctrinam illam hauriunt ex ipſius αὐτοσοφίης ſtirpe generatam, qua, quod opus factu ſit, mente concipiunt; quidquid accidere poteſt, præmeditantur; ferunt modice, ſi aduenerit; ne quid mali accidat, præuident; ſi acceſſerit, fortiter ferunt, quæ apud quoſque improbantur, angores & moleſtias libentiſſime tolerant, & in aduerſis agitandis exquirendiſque promptum ſolatium, & perfugium poſſident. Quis ad hanc ſcholam infortuniorum, & mercaturam vitæ feliciſſimæ profectus, inanis vnquam redijt? Quæ nobis videntur aduerſa, a Deo immiſſa, ſi mala cogitatione non abripimur, beatiſſima vita in anguſtijs ipſis perfruemur. Quare lacrymis conficeris? Si lacrymæ dolorum eſſent medicamentum, ad dolorem profligandum, quanti lacrymæ redimerentur? Rerum aſperitate excruciaris, at interim ſapis, & homo fis, Inſpicis aliorum damna, tua pacate fers. Conuitia ſi tolerabilius pateris, in conuiciatorem redundant. Cauendum tibi eſt, ne mala natura ſua minora, majora per te ipſa facias. Mortuus eſt ex neceſſarijs quiſpiam? comploratu proſequere, ſed modum tene: nanque ſi fingas tibi, eum non intuebor amplius, iam vita tibi nulla eſt: ſpes tua atque ſubſidiaria ſupellex occidit. Indignum o Deus hancine vitam! Hæc ſi repetis, præter præſentia alia mala tibi colligis. Mala ſi bene tuleris, fient bona, ſic vir viro præſtat. Noxæ omnibus, vel euenere, vel venturæ ſunt. Eris fortunatus, ſi quod euenit minimum feceris. Anguſtias pectoris ſi non ſuſtinueris, nullum ex tempeſtate fluctuanti modum impoſueris. Quid præterea? peſtis, pernicies, crux mala, calcaria ſunt, quibus concitatur terrena hæc moles ad deportandum animum celerius ac felicius ad præmium, ad gloriam. Oleum, quo inunguntur palæſtritæ, vt viribus

aduer-

aduersarium eludant, disijciant, & tandem insigni diademate euinciant tempora.

Non est ergo, quod turberis, Pag. 30. *tot inclytos virtute, ac rebus præclare gestis, sub inuida fortunæ rota puniri, dum sacrilegi, & rebelles in ipso honoris fastigio omni gloria, & opulentitate florent.* Adhuc cæcus, & mala imaginatione abreptus, non discernis occulta Dei iudicia. Nuperrimo gentis tuo infortunio te oculatiorem reddere potuisses. Vbi sunt infames illi tui perduelles, qui facta coniuratione faces regno subiecere? Recole, quæ de Assure audiuit a Domino Ezechiel cap. 31. *Ecce Assur quasi Cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum. Flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius. Quoniam speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.* An dici potest sublimius? excelsius? Annon paria Numini imperat? Neque enim negatur illi diuinitas. Quis Cedrum non diceret, in tot rebus secundis securitate parta, non perennaturum? Sic crederet, qui mala imaginatione abreptus ad occulta Dei iudicia non recurrit. Sed aduerte auspicatus iste fortunæ impetus frondes sunt, quæ cito exsiccatæ ad terram accident. Rami vel leuissimo vento

to dimoti diſcidentur. Quo excelſior altitudine, eo ventis, turbinibus, gelu, obnoxior erit, & fulmine ictus concidet. Aquæ illius nutrices fluentes, ac refluentes, inconſtantia ipſa inconſtantiores, & cito putreſcentes ſi ſtagnant, perpetuo agitantur nec in eodem loco immorantur. Vmbra habitatio gentium quam primum euaneſcet. Radix illius iuxta aquas nullam firmitudinem ſibi pollicetur. Atque adeo felicitas ſimilis non ſibi conſtabit, nec cubo ſtabili innixa permanebit. Non credis? Diſcito ex eodem Propheta, qui finem illius enarrat. *Propterea hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quod ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virentem, atque condenſam, & eleuatum eſt cor eius in altitudine ſua, tradidi eum in manus fortiſſimi gentium. Faciens faciet ei iuxta impietatem eius. Eieci eum, & ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi nationum, & proijcient eum ſuper montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtiæ regionis, &c.* Et contractius Dauid Propheta Pſal. 37. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut Cedros Libani. Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.* Ad quod reſpexit Procopius in Eſaiam; *Qui altum ſapiunt, grauem & inexpectatam ruinam patiuntur.* Theodoretus in Pſalmos; *Vidit enim magnus Dauid & finem regni Saülis, & ſtragem tyrannidis Abſalonis, & ſuperbiam, atque interitum Naas Ammanitæ, & cum faſtu mortem Goliath alienigenæ, & aliorum præter hoc non paucorum arrogantiam, & ſuperbiam, & vltimam perniciem. Merito igitur illorum felicitatem ſterilibus arboribus comparauit. Vanos autem eſſe dicit non ſolum ipſos, verum etiam eorum loca, per hæc autem memoriam ſignificauit.* Experientia edoctus, ſomni abſtinentiſſimus, hiſce meis oculis vidi, ideoque oculatus, non ex mala imaginatione teſtor, Principem ſuperexaltatum, & eleuatum

ſuper

ſuper Cedros Libani, reliquas alias arbores ſuperantes; ſed in ipſo viſionis actu momentaneo; & ipſo progreſſu, & tranſitu abrupte corruit, & euerſus funditus euanuit, vt iam non amplius ſit. Multuſque in opere conquiſiui illius maieſtatem, dignitatem, ſupercilium, Principum gratiam, magnatum fauorem, externorum obſequia, ſubditorum cultum, opes, diuitias, quibus ſibi nunquam deſituram perennitatem promittebat; & nulla vidi. Extincta ſunt omnia, ad nihilum reciderunt, ita vt nec loci, in quo pedes fixerat, & tyrannidem exercuerat, veſtigium appareat; tantum abeſt, vt illis dilapſis ſuperſtes ipſe, & inconſumptus remanſerit. I ergo nunc Creyghtone, & circumſcripto, ac vertiginoſo tuo cerebello Dei ſecreta, & illius prouidentiæ arcana exagita, & occultas cauſas comminiſcere. Tu tamen tui oblitus, nec tenax propoſiti, quæ ſupra de mala imaginatione circa occulta Dei iudicia ſacrilega impietate profuderas, monitus tandem a domeſticis infortunijs, cauſas infortunij tibi patentes, & nemini non notas, quas nos ſupra diximus, tacitus præteriens, ad ſecreta Dei recurris. Pag. 30. *Quare Dei ſecreta Deo permittenda cenſeo, cuius naturam immenſam vt noſtra ingenia non aſſequuntur, ita nec imperueſtigabilem prudentiam in decretis ſuis populorum vſui diſpenſandis circumſcripta, & vertiginoſa cerebella non comprehendunt*. Recte iudicas. Ego etiam Dei ſecreta iuſto Dei iudicio permitto, ita tamen, vt ſiue bona ſiue mala eueniant, ſummæ ſuæ prouidentiæ ſiue iuſtiſſimo arbitrio accepta referam, neque curioſius inueſtigem.

EXERCITATIO XIII.

Inter vicinos fere nunquam conuenire. Quare non mirum ſi inter Græcos, & Latinos diſſidia, & odia exorta ſunt. Varias ob cauſas Schiſma Photij, & Cerularij eaſque meras temporales,

nullam ob dogma. Litem inter Pontifices Romanos Nicolaum, Adrianum, & Photium, & Ignatium fuisse ciuilem, vt sæpissime fit inter Episcopum, & Episcopum. In rerum humanarum perturbationibus diuinam prouidentiam conspici. Translationis Imperij a Græcis ad Romanos causa.

Pag. 31. *GRæcis a primo gentium statu, nunquam bene conuenit cum Latinis. Seu quid in istorum hominum indole hæreret auersum, & colluctans, seu ex multiplici administratione tam ciuili, quam Ecclesiastica, vtraque gens nimis ferociter æmulandi studium prensaret: inter eos vbique intuta fides, & discors animus.* Supra non inuitis manibus dedi, & nunc etiam esto, vicinum a vicino, alieno vt plurimum esse animo, & mutuis concertationibus discordias exercere, & litigia de possessione agrorum, vrbium mutua odia contrahere: sæpe etiam armis ad aliena, & quæ sua non sunt, occupanda digladiari, &, quod omnium pessimum est, ad internecionem alternis vulneribus confici. Et videtur quodammodo natura comparatum esse, vt vicinus populus proximum vicinum alterum, æmula ambitione exerceat. Ne longius vager, Philippus Cominæus non longe petitis clarius ostendit: *Gallis nanque*, inquit, *oppositi sunt Angli, Anglis Scoti, Hispanis perpetua quædam simultas intercedit cum Lusitanis. Italiæ Principes magna ex parte detinent possessiones nullo ferme titulo, & acerbe suis imperant. Ijs aduersantur reliquæ potentiores ciuitates, Venetiæ, Florentia, Genua: nonnunquam etiam Bononia, Sena, Luca. Aragoniæ Reges oppugnantur ab Andegauorum Ducum familia. Mediolani, & Insubriæ Vicecomites ab Aureliana domo. Venetis sunt infesti Principes Itali, & Florentini. Senenses autem, & Genuenses oderunt Florentinos. Genuates laborant, & diuisi sunt ciuilibus factionibus Fregosiorum, Adorniorum, & Auriorum. In Germania magnæ sunt inter Austriacam, & Bauaricam domum æmulationes, & quæ sunt ex Bauariæ Ducum stirpe natæ familiæ*

inter

inter se dissident. Austriacis Principibus graue est odium cum Heluetijs. Impugnantur a Cliuensibus Geldri, & hi valde sunt iniqui Iuliacensibus. Quæ sunt ad Oceanum Germanicum, & Balthicum mare Ciuitates bella sæpius gerunt cum Daniæ Regibus. In Germania plurimæ sunt arces, & Castella munita, quæ res licentius agendi multis occasionem præbet. Populi Asiæ, Africæque dicuntur inter se non minus quam nos, imo turpius aliquanto dissidere: Nam in seruitutem se pertrahunt ipsi, seque inuicem nostris hominibus venundant: & videmus quam multi quotidie ad Lusitanos deportentur. Quinimo vnus etiam populus diuersis factionibus inter se scinditur, & mutuis cladibus ad internecionem vsque committitur. Vide quæ de Guelfis, & Gibellinis narrat Paulus Æmilius; quæ damna inde euenerint, prosequitur Ioannes Riccius Louaniensis rerum Francicarum Decad. 2. lib. 7. & alij. Hinc Thucydides lib. 4. Πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας πᾶσι τὸ ἀντίπαλον, καὶ ἐλεύθερον καθίσταται. *Bonum ac malum hominibus proficiscitur a vicinis.* Et Demosthenes contra Callidem de fundo. οὐκ ἦν ἄρα χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν. *Nihil est profecto molestius, quam vicinum auarum atque iniustum habere.* Et permirum politicis hominibus videbitur, si duæ hæ nationes in orbe terrarum Principes, scientijs instructissimæ, ingenio fœcundissimæ, conditionibus disiunctissimæ, omnibus belli militiæque artibus eminentissimæ, sibi e proximo, ambitiosa æmulatione, & lingua contentiosa certarint, & armis hostilibus contenderint, & mentis acumine infestissimo conflixerint: eoque magis, ac magis dissidium accreuerit, cum ab altera sibi regna sublata, prouincias ereptas, vrbes euersas, castra demolita, immani hominum strage, & rerum familiarium nunquam pensabili excisione rapina ferroque subducta conspexerit, quæ vti præferocius atque hostilius euenere, eo acerbiora odia, & inclementiores simultates excitarunt. Et cum non possent armis Græci, lin-

gua, qua pollebant, noxiam vlcisci, & iniurias persequi, animum induxerunt, & cum non possent alio pacto, quod non erat mendum, vti mendum in dogmate arripientes, in Latinos insurrexerunt, & impensius debacchati sunt. Planæ sunt de eorum litigiosis altercationibus historiæ, neque enim de agris, & regionibus, sed de gloria & primatu in contentionem atque discrimen, non antiquis temporibus, & ante Photij ætatem tantum, sed subsecutis etiam venere. Id omnibus exploratum est.

Sed quid hoc est ad dissidia Ecclesiastica comprobanda? Etiam dum de processione ex Filio agitur Spiritus sancti, non de dogmate solum sed de temporali negotio concertatio fuit. Certatur inter Photium, & Ignatium, præmium est Patriarchalis thronus. Photius Imperatoris Bardæque fraudibus expulso Ignatio occupat. Nicolaus cognita causa Photium pellit, restituit Ignatium. Photius ægre ferens expulsionem in Nicolaum inuehitur, & additionem in Symbolo obiectat. Mortuis Nicolao, & Adriano, a Ioanne superstite, & Ignatio itidem mortuo, antequam de dogmate discuteretur, procurante Basilio Imperatore expulsus Photius conniuente Ioanne Thronum recuperat, & in communionem cum Ioanne redit. Dissidij ergo causa non erat dogma: nam si dogma fuisset, qua ratione reconciliatus fuisset cum Ioanne, ante quam hæresim Ioannes abiurasset? Non ergo dogma fuit causa dissidij, sed ambitio: male enim conuenisset, & contra Canonum præscripta Catholicus cum hæretico. Id quoque præstitum est, cum Cerularius, & Anchialus redintegrata quæstione de processione Spiritus sancti ex Filio dissidium renouarunt, quod fuse prosequitur Veccus, Georgius Metochita, alij, & nos pluribus locis ex ipsa historiarum serie petitis testimonijs demonstrauimus.

Pag. 31. *Quin & aliud in ea perplexa temporum momenta incidit, quod vtriusque Ecclesiæ querimonias auxit, de iurisdi-*

ctione

ctione in Bulgaros fidem Christianam recenti confessione amplexos, cui culmini subijceretur, Papæ, an Patriarchæ? Mota quæstio est de Bulgaris ad fidem tum primum conuersis inter Nicolaum Pontificem, & Photium. Nicolaus eos sibi asserebat, & merito, homines intra suam Diœcesim collocatos, ex præscripto Ecclesiasticæ quinque Patriarcharum iurisdictionis, intra cuius fines concludebatur. Photius per potestatem Imperatoris, & vti vicinior per oppressionem Nicolao eripiebat. Seculare dominium nunquam Pontifex sibi procurauerat, de Ecclesiasticis tantum, & Sacramentorum administratione quæstio erat. Photius, vt causam vrgeret, vna, & secularia, & Ecclesiastica immiscens, quasi Imperatoris commodis non suis consuleret, iura Pontificis, quæ non attinebant ad iura Imperij, eneruabat: sicque condensati ad aciem iura Pontificis eleuabant. Sed inique. Quo enim iure poterat Photius Diœcesim Pontificis incursare, ditioni, imperio, potestatique Pontificis subiectus? Puto te non nescire, quæ sunt iura inferioris erga superiorem: huius sunt, iubere, mandare negotia, ad nutum dirigere, contumaces punire: illius in omnibus obsequi, aure facili accipere imperia, ad nutumque illius præsto esse. Byzantium, antequam in Patriarchatum eueheretur, sub Heracleensi inter Episcopos numerabatur. Idque vt designaretur futuris omnibus temporibus, ab Heracleense consecrandum fore censuerant. Quonam postmodum pacto factum sit, vt Constantinopolitanus ante Romanum priores partes habeat, dicent, qui rerum Ecclesiasticarum ordinem ab initio Ecclesiæ positum, nondum callent. Culmen a Christo tributum est Romano, si Christi præceptis standum est; Constantinopolitanus iugum accipit, Romanus imponit, aduersus quem nec portæ inferi, nec Imperatoria Maiestas, nec vlla alia vis præualere ad finem vsque seculi poterunt. Ecclesiam suam dirigendam, & animos

mos fidelium in fide confirmandos, non Imperatoribus, vel alijs ex ſeculo, ſed Petro commiſit, & ſimilis præeminentia in illius ſucceſſoribus, Romanis nempe Pontificibus, propagata eſt. Quare cum de extenſione Diœceſis mera ciuilis quæſtio eſt, inter duos Eccleſiaſticos, vt ſæpe numero contingere ſolet, non potuit eſſe diſſidij Eccleſiaſtici cauſa. Quare aliud quippiam opponendum eſt. Et patet euidentiſſime: nam reſtitutus Ignatius a Romano eandem de Bulgariæ iuriſdictione litem mouet, & in illius gubernationem etiam renitente Romano, & expoſtulante ſeſe intromittit. Clamant adhuc acres nimis literæ Ioannis, eidemque excommunicationem, & depoſitionem a Patriarchatu denunciant, niſi intra triginta dierum ſpatium, inde reuocaret omnes Epiſcopos, & Sacerdotes eo miſſos, & ab omnimoda eiuſdem prouinciæ adminiſtratione deſiſteret. Et nihilominus non ſolum a ſuis Græcis, ſed etiam a Romanis inter Sanctos relatus colitur, & memoria eius ſcripto die in Martyrologio ſumma cum laude acclamatur. Et animaduertit accuratiſſimus Annalium ſcriptor; quamuis iſta ab Ignatio impleta minime inueniantur, eundem tamen ſemper vſque ad obitum, & poſt obitum in Catholicæ, & Romanæ Eccleſiæ communione fuiſſe retentum, demonſtrant eiuſdem Ioannis plures Epiſtolæ ad diuerſos datæ poſt illius deceſſum. Neque eſt, quod ob litem hanc Ignatium animo fuiſſe in Apoſtolicam Sedem infenſo quis exiſtimet, cum quæ iuris eſſe putaret ſuæ Eccleſiæ, defendere, iuramento teneretur obſtrictus, etiam diſpendio æternæ vitæ.

Pag 30. *Optandum quidem eſſet, ſi cum diuinæ Maieſtatis benignitate conſtaret, ad conſtituendam in hominibus honeſtæ vitæ diſciplinam, vt nocentes pœnæ, & pios premia a tergo ſequerentur.* Ambiguam habens, in dubio ponis diuinam prouidentiam; & legum laqueis, & ſtatutorum vinculis Numen liberrimum, ſolutiſſimumque conſtringis. I, doce tu

vmbra,

vmbra, minusque quam nihil, ipsissimam sapientiam, vti res humanæ gubernandæ sunt. Sic proficiunt, qui se a Catholicæ fidei cursu retrahunt, & ad religionis Reformatores recurrunt, vt non Principibus, & rebus publicis tantum, sed etiam Numini ipsi ausu temerario leges præscribant, a quo, si non obedierit, pœnas expetant. *Vt nolentes pœna, & pios præmia a tergo sequerentur. Et hac quasi certa imago dispensandi diuini Numinis iustitiam, ac bonitatem nostris oculis perpetuo contemplandas exhiberet.* Vel admittenda tibi est prouidentia, vel penitus e medio tollenda. Augustino decernente lib. 5. de ciuit. Dei cap. 9. *Confiteri esse Deum, & negare præscientiam futurorum apertissima insania est.*

Principium illud est. *Si Numen est, quo vniuersum hoc regitur, quare improbi inualescunt, quare prosperantur, quare virtutis, & innocentiæ cultores opprimuntur, ad gubernantem prouidentem pertinet, improbos pęnis, & varijs infortunijs, minimum vt ita dicam monimentis bubulis, vti pueros admonere, procurare, ne pios angoribus suffocent, vt sese emendent, vt ad prudentiam redeant. Cum enim illi dominantur, dicebat ille, in aliorum fortunas impune inuolant, alienos toros violant, omniaque pro sua libidine gerunt. In hac ita infortunata, ac deformata ciuitate, quis diceret gubernatorem esse sapientiam, & prouidentiam!* Hæc ex tuis sunt, vt prouidentiam Numinis de medio tollas. Tua, inquam, sunt, qui vno tantum fine, humano nempe, & politico cum hac vita caduca, & momentanea conflictaris: finis veró potissimi generis humani, quæ est æterna tranquillitas vna cum ipso Numine consequenda, nulla te cupiditas tenet. Et iudicem humanum cum diuino confundis, cuius muneris est, vt res omnes suis facultatibus instructas sinat ad certum tempus ferri suis motibus, vt sponte ad virtutem, non necessitate coacti feramur: vt dignitas æterni præmij tantis calamitatibus coëmpta plenius eluceat; & pœna impiorum grauis-

grauiſſima æterna nempe ſupplicia caducam hanc felicitatem exciperent. Vt plures oriantur virtutis cultores, & hominibus etiam ſceleratis, ſi pœniteant, pateat aditus ad ſalutem: vt per illos virtus iuſtorum exerceatur, & illuſtrius appareat, & ſpecioſiori corona cohoneſtetur: vt temporalia bona probis improbiſque communia paruipendantur: vt diuina benignitas lente procedens ad vindictam, dum peccatores ad pœnitentiam expectat, magis commendetur, quæ etiam aliquando delinquentes ſeueriſſime punit. Hinc colligunt Pontificij hanc prouidentiam, quæ tantam perturbationem in rebus humanis permittit, eſſe perfectiſſimam, & ſumma ratione ſubnixam. Illa enim perturbatio ordinis eſt temporalis, & quaſi momentanea, breuique æterna quiete, & ἀταξίᾳ communicabitur. Qui hoc conſiderat, non ſolum hac rerum humanarum iactatione non offendetur, ſed admirabitur, & laudabit diuinam prouidentiam, quæ tam ſapienti conſilio illa permittit. Et tandem illud tibi a me habeas Creyghtone. Numen vti iuſtiſſimum, & integerrimum eſt, & ipſa αὐτοδικαιοσύνη, ita & iudicia eius iuſtiſſima atque integerrima ſunt. Sed punit immerentes, antiquæ religionis exemplaria vexat, ſanctiores ad vltimum vſque vitæ ſpiritum necibus immaniſſimis tradit, loca auguſtiſſima profananda prodit, & e contrario ſacrilegos, ac nefarios proſperat, ditat, euehit, ſuſtentat; vt rapiant, depeculentur, trucident, laceratoſque omnibus, quæ corpus vllum pati poteſt, ſupplicijs ſui ſtudioſiſſimos interficiant. Durum tibi videtur, & auditione ipſa execrandum, vtrumque tamen ipſa iuſtitia iuſtius eſt. Neque enim quod noſtra exiſtimatione iuſtum eſt, ex veritate iuſtum item eſt: ſed quia id Numen efficit, vel permittit, ideo iuſtum, & integrum eſt, & pijs hominibus pergratum accedit. Id ipſe magiſtris diuinis eloquijs, Doctorum Eccleſiæ decretis, quos & vene-

ror,

ror, didici. Tu, qui alias longe es, & quem res dissocia-biles oblectant, non tantum ea reijcis impudenter, sed, quod horrendum dictu est, diuinam omnipotentiam, ac iustitiam æque ac si sub lege, & iudicij tui potestate caderet, ausu temerario, & proiecta fronte legum laqueis constingere niteris, alga vilior homuncio.

Optandum quidem esset, si cum diuinæ maiestatis benignitate constaret, ad constituendum hominibus honestæ vitæ disciplinam, vt nocentes pœnæ, & pios præmia a tergo sequerentur. Optandum est, si bene sapis, & Christo nomen dedisti, vt eius voluntas sicut in Cœlo, ita fiat & in terra, & suum sortiatur effectum, excipianturque siue pœnæ, siue præmia, vt illi placet, sedato & tranquillo animo. Quidquid enim siue bonum, siue malum adfuerit, si moderate feratur, & datori gratiæ agantur, habebuntur omnia, quæ corporis, & animi bona dicuntur: secus mala illata peiora, si non moderate tuleris, si non corpori, saltem animo accedent.

Pag. 31. *Ante nonum salutis mundo partæ seculum vertens, & tempora Photiana nunquam efferbuere: quasi eousque idoneo duce potius, quam promptis ad præliandum animis destituerentur. Tum vero clamore sublato omne nomen Græcum, in Latinos coniurarunt, & quidquid vtrinque inerat feralis odij in medullis conceptum, impigre effuderunt.* Et dices magnam ieiunitatem artium non esse in Creyghtono? Quis negauerit multo ante tempora Photij clamore sublato Græcorum nomen in Latinos coniurasse, & odium ferale in medullis conceptum foras effusum? Causas transferendi imperium a Leone ad Francos alias atque alias, veras nihilominus de Parietinis Lateranensibus Dissertatio historica in conspectum omnium profert. A Gregorio Secundo Imperatores Orientis iura Romanæ Ecclesiæ occupauerant, & religionem Catholicam pessum dederant, & Pontificum defensionem neglexerant; quos licet ob hæresim Roma-

na Ecclesia statim proscripserit, attamen modo libertate literarum, modo legationum auctoritate, modo publicis Synodorum congressibus, ab errore illos deterrere, & ad veritatem allicere studuit annos perpetuos quinque & septuaginta, & Italiæ populos tum defectionem parantes, quo ad licuit, in officio continuit. Tandem Gregorius Secundus vbi Leonis Augusti sensit contumaciam, & exercitatam impietatem, Romanum Senatum, Italiamque Sacramento liberauit: quod factum quidquid alij dicant, Theophanes homo Græcus, itemque sanctitate apud Græcos conspicuus, & antiquus scriptor videtur laudasse. Γρηγόριος ὁ πανίερος, καὶ Ἀποστολικὸς ἀνὴρ, καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου σύνθρονος λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων ἀπέστησε Ῥώμην καὶ Ἰταλίαν καὶ πάντα τὰ ἑσπέρια τῆς τε πολιτικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς ὑπακοῆς Λέοντος, καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ βασιλείας. *Gregorius sanctissimus, & Apostolicus Vir, Petri Coryphæi consessor, verbo & opere illustris, Romæ, Italiæ, ac totius Occidentis terminos cum ciuiles, tum Ecclesiasticos a Leonis obedientia, imperioque abduxit.* Inde postmodum Imperatores Orientis Pontificibus inimicitias denunciarunt, apertoque odio in eos sæuierunt; adeo vt Leo Isauricus minas illas iactare soleret, Ἀποστελῶ ἐν Ῥώμῃ, καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου τὴν εἰκόνα καταλύσω, ἀλλὰ καὶ Γρηγόριον τὸν ἐκεῖσε ἀρχιερέα δεδεμένον ἀνακομίσω. *Romam mittam, & imaginem Sancti Petri confringam, sed & Gregorium illic Pontificem in vinculis adduci curabo.* Quæ cum non e sententia successissent, in Pontificem armatam manum instruxit, quam Gregorius Catholicorum populorum armis fretus plane contempsit. Quid vero de alijs Pontificibus dicitur? Cum Leone III. Nicephorus Imperator Patriarchæ Constantinopolitano amicitiam interdixit, neue ad eundem, vt Theophanes ait, Συνοδικὰς de sua fide ac religione daret Epistolas, qui etiam contra sceleratorum coniurationem Irenæ pientissimæ alioquin Imperatricis opem implorauit, nec obtinuit Græcorum

etiam

etiam teſtimonio;quin imo paulo poſt dicta Irene Theodotum Longobardorum Regem, Catholicæ pietatis deſertorem ad Leonem Iſauricum transfugam in Italiam remiſit contra Carolum Eccleſiæ Romanæ defenſorem. Iura denique Eccleſiæ Romanæ tum ſacra cum ciuilia ab Imperatoribus occupata a Conſtantino, & Irene Adrianus primus repetit. Nam cum omnia Patriarchæ Conſtantinopolitani cauſa Orientis Cæſares nihil prætermitterent, quod ad eius ampliandam dignitatem faceret videbatur; vtque eidem, cui nulla pridem, vel exigua prouincia erat, Diœceſis eſſet quam ampliſſima, ditioni eius adiungendum curarunt, quidquid ex finitimis Romanorum Pontificum prouincijs detraxiſſent. Principio quidem vicinas ademerunt Thraciæ vrbes, olim in albo Diœceſis Romanæ deſcriptas, deinde Theſſaliæ, tum Peloponeſi, poſtea Illyrici, demum Siciliæ, & Calabriæ: præterea cenſum in annos ſingulos Eccleſiæ Romanæ ab Imperatoribus antiquitus penſum in Cæſarianum ærarium intulit Leo Iſauricus, vt non liberalitate maiorum ſuorum, & beneficentia Romanam Eccleſiam priuaret, ſed nominibus fraudarit, debitaque pecunia. Ideoque Adrianus Pontifex Conſtantinum Imperatorem repetundarum lege teneri affirmat, eidemque non reddenti patrimonia proſcriptionem interminat Epiſtola ad Carolum, quæ cum *ἔκπαλαι ab antiquo* ſolui conſueuiſſe ſcribat Theophanes, antiquitatem longiſsimam, & pene vltimam Chriſtianorum Cæſarum indigitare videtur. Quę cum nec Adriano tum poſcenti, nec poſtea ſucceſſoribus, repoſita Nicolaus primus ſeptuageſimo poſt anno a Michaële Imperatore repetens, ſingillatim nominat Calabritanum, & Siculum. Ita enim Leo Iſauricus Eccleſiæ Romanæ patrimonia, quæ nondum in Longobardorum poteſtatem veniſſent, ſed ipſe in ſua teneret, vexare libuit, vbi ipſum non licuit vlciſci Pontificem pro ſui animi ſen-

tentia. Hinc manifeſtum remanet, patrimonia Eccleſiæ Romanæ, quæ in ſuam rem conuerterat Leo Iſauricus, a Pontificibus ſuo, bonoque iure olim exacta, illaque occupantes ſacris interdictos, imperioque ab ijſdem ſpoliatos: contra vero ad ſupremam Chriſtianæ Reipublicæ dignitatem Carolum Magnum euectum, quod alias prouincias ſuis armis vindicatas, & eas, quæ patrimoniorum nomine cenſebantur, exceptis quæ in Siciliæ, atque Calabriæ prouincijs eſſent, Pontificibus reddiderit. Ad quæ recuperanda licet ipſe iam pene caſtra moueret, ſuaderetque; id Leo Tertius tamen Vir ſanctiſſimus iurium Eccleſiæ ſuæ iacturam pati potius habuit, quam vllam Imperij in Oriente bone conſtituendi operam prætermittere, tantum abeſt, vt odio aut fauore Carolum Auguſtum conſalutandum curauerit. Ob hæc igitur adempta Patrimonia, hoſtilemque animum, & hæreſis notam, quos Adrianus primus ab Eccleſiæ communione ſubmouere conſtituerat Imperatores Orientis, hic Leo ſucceſſor iure, & merito ſpoliauit Imperio. Et tu neſcio vnde deprompta hic pro comperto affers; *Ante nonum ſalutis mundo partæ ſeculum vertens, & tempora Photiana nunquam efferbuere, quaſi eouſque idoneo potius duce promptis ad præliandum animis deſtituerentur*. Et; *tum clamore ſublato omne nomen Græcorum in Latinos coniurarunt, & quidquid vtrinque inerat feralis odij in medullis conceptum, impigre effuderunt*. Hæc etiam poſtrema a rei veritate quantum diſtant de vnione vtriuſque Eccleſiæ, etiam poſt tempora Photij, ſi ipſe a recta ratione non diſtas, nullo negotio diſcere poteris.

EXERCITATIO XIV.

Epiſtola Encyclica Photij pro varietate temporis varie immutatur a Græcis. Numerandi apud Græcos recentiores notæ a Creyghtono ignoratæ. In Encyclica Photij nulla habetur Nicolai mentio.

tio. Additionem in Symbolo non fuiße causam Schismatis. Nunquam Photium dedisse Nicolaum auctorem additionis. Tempore Photij Romanos Pontifices iura sua exercuiße in Orientales Ecclesias, quorum autoritas nulli iurisdictioni externæ est obnoxia. Male a Creyghtono peti præsidia ad probandum innocentiam Photij, cum contrarium ex eo eliciatur. Photium maledicum in alios male audire iustum esse, & æquum. Non semper eum veracem esse: scripta illius commentitia in Sanctos Ignatium, & Nicolaum. Et propter illa indigna querimonia Creyghtoni, sicuti & Montacutij, & Luteri de alijs.

Pag. 31. VT *nulla magis vecors assertio videri possit, quam ista Andreæ Photij in sexta Sessione huius Synodi, qui palam dicere non erubuit Patriarcham Photium, cum quibuscunque poterat conuitijs in Ecclesiam Romanam, & Pontificem debaccharetur, huius additionis ad Symbolum in tota Encyclica mentionem nullam fecisse, certe nec debuit, nec potuit Græcus homo, & in Latinis non male versatus ignorare.* Esto. Lapsus sit memoria Andreas. Quod in disputationis illo feruore condonari poterat. Tu causam componis non æquus iudex. Videbimus, an obtineas. Sed ante alia corrigendus a te est error in laudanda Sessione Concilij: exprimis enim non numeri nota, sed syllabatim *sextam*, quæ septima est. Et ne errorem in Typothetas remittas, lapsum tuum confirmat sequens pagina, in qua denuo ex *sexta* affers, quæ ex septima sunt; *Quod Ephesinus Præsul Iuliano Cardinali in eadem Sessione sexta dicere non dissimulauit.* Quare bis in eodem falli extra ferulam non est, & potissimum cum ex ignoratione notarum, quibus numeri designantur, error contigit tibi, qui tam accurate scribere profiteris. Græci post Heroica illa tempora, & antiquissimas numerandi notas, vt ex Epistola nostra ad Carolum Moronum de Cryptographia recentiorum Græcorum obseruabamus, ipsas literarum notas, vt iacent, nulla detra-

cta

cta vſurpabant, quæ finiebantur numero quarto, & viceſimo, cum non vltra literariæ illæ notæ prætenderentur, ita vt α vnum, β duo, tria, ε quinque, notaret, & ſic de alijs, & hoc modo libris numerum præfigebant, vt videre eſt apud Laërtium: ſic Homeri libri, & Rapſodiæ ijſdem ipſis literis, ſuppreſſo alio numero indicabantur. Cum vero hæc numerandi ratio non ſufficeret, alia veluti facilior, atque numerorum expreſſior admiſſa eſt, ijſdem literarum notis retentis, & in certas claſſes diſtributis. Prima eſt vnitatum, quam claudit ϑ. Secunda Decadum, quam claudit π. Tertia centenariorum, quam claudit ω. Veruntamen cum ad hoſce numeros complendos literæ ipſæ non ſufficerent, cum ſint octo tantummodo, in quacunque claſſe extranea vna aſſumpta eſt, quibus defectum ſuppleuit antiquitas, nempe, ϛ. ϟ. ϡ. Vnitatis ϛ. Decadis ϟ. Centenariorum ϡ. Harum itaque adiectione enneades iſtæ literarum numeros omnes exprimunt: nanque ϛ. notat ſex, ϟ. nonaginta, ϡ. nongenta. Et ſic ratio numerandi ſuum curriculum conficit, & experti omnes non alium ſequuntur numerandi modum. Tu homo nuperus, & nouitius, e conſueta Græcorum numerandi ratione exiliens, ad antiquorum parum caute deflexiſti, & reiecta in vnitate nota adiecta ad literam ſubſequentem ζ proſilijſti, ideoque ſextam loco ſeptimæ intruſiſti. Sed error abs te commiſſus excuſari non poteſt, cum tuum hunc Syropulum ſæpe-ſæpius notam illam, qua ſexta notatur, ad diſcrimen ſeptimæ, qua ζ, præeuntem habeas. Sic apud te confunduntur, atque inuertuntur omnia. Et licet hæc puerilia ſint, omnibuſque etiam ſciolis obuia, nihilominus indocto atque procaci Theologo tradendæ erant numerorum notæ.

Inueheris poſtmodum in Andream Rhodium, Pag. 31. *Qui palam dicere non erubuit, Patriarcham Photium cum quibuſcunque poterat conuitijs in Eccleſiam Romanam, & Pontificem,*

cem, debaccharetur, huius additionis ad Symbolum in tota Encyclica mentionem nullam fecisse. Certe nec potuit, nec debuit Græcus homo, & in Latinis non male versatus ignorare. Eo ipso modo, quo potuit, & debuit in Græcis non male versatus, vt præsumit, & in Latinis purus, & merus Grammaticus Creyghtonus ignorare, in eadem ipsa Epistola Encyclica Photium additionem ad Symbolum præscribere, ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem, cum in ea nullam mentionem de addente Nicolao fecisset. Verba Photij in ea Epistola. *Sed neque hoc tantum impie agendum illi decreuerunt, verum etiam si qua est malorum summa, & apex, ad hunc deducti sunt. Præter enim absurditates, quas supra recensuimus sacrosanctum etiam Symbolum, quod ab omnibus Synodicis, & Oecumenicis calculis infrangibilem vim habet, & auctoritatem, spurijs & falsis quibusdam disceptationibus, & alienis rationibus, & audaciæ quodam excessu adulterare non dubitarunt. O mali Dæmonis artes! Spiritum sanctum non e Patre solum, sed etiam ex Filio procedere nouiter docentes. Quis vnquam talem vocem ab ijs, qui alias impie sunt locuti, prolatas audiuit? &c.* Vbi hic Nicolaus, vt introductor impietatis accusatus est? Quare habeto tibi ea, quibus Andream admordes. *Epistola extat in decimum Annalium inserta a Baronio. Vt nulla magis vecors assertio videri possit, quam ista tua, qui palam dicere non erubescis, Patriarcham Photium cum quibuscunque poterat conuitijs additionem in Symbolo ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem fuisse.* Sed Andreas Rhodius *non erubuit dicere Photium, cum in Ecclesiam Romanam, & Pontificem debaccharetur, huius additionis ad Symbolum in tota Ecclesia mentionem nullam fecisse.* Dixit. Sed quid hoc ad institutum Creyghtonianum? Creyghtonus loquitur de Synodo Octaua in fauorem Photij, Andreas de Octaua Oecumenica contra Photium, in qua in iudicium vocatus Photius, vt se defenderet, & quare a Romana secretus mandatis Pontificijs non obtemperaret; cum re-

spon-

ſpondere poſſet, ideo ſe non obtemperare, quod Romani cultu diuino eiecto in noua atque impia dogmata recidiſſent, vt erat dogma de proceſſione Spiritus ſancti etiam ex Filio, obmutuit, & nihil tale in capitis ſui ſalutem attulit. Tu vero, cum Epiſtolam Photij Encyclicam laudas, quæ in rabiem actus fanda nefandaque publicauit, adducis: & ſic Andreæ, quæ nec cogitabat, appingis. Tenta illius verba, ſi tanti es. Πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον λέγομεν, ὅτι τοῦ Φωτίου γενομένου ἐχθροῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, καὶ πολλὰ συγγραψαμένου, καὶ ἐξενεχθέντος σφοδρῶς, κατά τε Νικολάου καὶ Ἀδριανοῦ, οὐ μέντοιγε τούτοις ἐγκαλεῖ περὶ τῆς ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκης, ὃ καὶ μάλιστα ἐκεῖνον ποιῆσαι ἐχρῆν. βουλόμενος γὰρ κατὰ τῶν ἄκρων ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης συμπλακῆναι, οὐδὲν μεῖζον ἔχειν ἂν ἠδυνήθη ἐπιχείρημα, ἢ ἐξελέγχειν αὐτὸν τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ὑποκείμενον εἶναι τῷ ἀναθέματι, καὶ παραβάτην εἶναι τοῦ νόμου. ὅτι δὲ οὐ τοῦτο πεποίηκε, δῆλον ὡς ἀδίκως ἐγκαλουμένη ἐστὶν παρὰ τῶν γραικῶν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία· ἔτι ἐν τῷ τέλει τῆς συνόδου ἐκείνης ἐπαινοῦσι τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸν ἄκρον ἀρχιερέα, καὶ πάντα ὅσα κατέχει καὶ κηρύττει. ἐξήνεγκαν καὶ ἀπόφασιν ὑπὲρ τοῦ Ἰγνατίου κατὰ τοῦ Φωτίου, καὶ ἐγίνωσκον, ὅτι ἐψάλλετο ἐκεῖνο ἐν τῷ Συμβόλῳ, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν. *Et ad primum quidem dicimus, Photium qui fuit hoſtis Romanæ Eccleſiæ, multaque ſcripſit, & acriter inuectus eſt aduerſus Nicolaum, & Adrianum, nunquam illos accuſaſſe ob additamentum in Symbolo, quod in primis illi agendum erat. Nam cum vellet manus conſerere cum Summis Romanis Pontificibus, nullum maius habere potuiſſet argumentum, quam ſi redarguiſſet ipſum Summum Pontificem ſubiectum anathemati, legiſque tranſgreſſorem: ſed cum id non egerit, liquido conſtat Romanam Eccleſiam immerito accuſari a Græcis. Præterea ad finem illius Concilij laudant Romanam Eccleſiam, & Summum Pontificem, & omnia quæ tenet, ac prædicat. Tulerunt quoque ſententiam pro Ignatio contra Photium, ſcientes illud in Symbolo cani, & noluerunt tamen.* Acriter inuectus eſt contra Nicolaum, & Adrianum, nempe, poſt ſui depoſitionem.

tionem. Eos non accuſauit ob additamentum in Symbolo, quod in primis agendum erat. Quod enim validius argumentum contra Romanam Eccleſiam fuiſſet, quam Summum Pontificem anathemati ſubiectum eſſe? Quod cum non feciſſet in Synodo, immerito accuſatur a Græcis Romana Eccleſia, & iuſtiſſime Photius condemnatur. Sed poſt ſui condemnationem id obiecit. Sed non Nicolao, neque Adriano. Da tu verba Photij, quæ Nicolaum vel Adrianum impietatis deferant. Sed Latini pro additione in crimen vocantur, in Octaua Synodo, in qua reſtituitur Photius ſub Ioanne. Hoc vero pluma haud intereſt, cum de Nicolao, & Adriano ſermo eſt. Hocque ex verbis Andreæ addiſcere poteras. Hac propter concludit Rhodius additamentum non fuiſſe cauſam diſſidij. Quod ſi fuiſſet multo ante tempora Photij Romana, & Græca Eccleſia in contraria ſtudia ſciſſæ fuiſſent. Præterea Photius ante quam throno pelleretur, eximens ſe ex culpa, quod neophytus in Patriarchatum aſcenderit, Epiſtola ad Nicolaum ſcribit, non in omnibus Eccleſijs eaſdem eſſe conſuetudines, nec ritus, quos qui non obſeruat, ſi ſibi præcepti ſunt, in noxia eſt, & pœnas etiam exitio dependet: ſi cui non ſunt præſcripti, & illos obſeruauerit, laudandus eſt: ſi non obſeruauerit, extra culpam eſt: neque enim paria omnibus ſunt. Et ne videretur temere loqui, diuerſarum conſuetudinum exempla adducit, quæ licet non eædem apud omnes obſeruentur, non tamen inde fit, vt earum varietate, Eccleſiæ in factiones alias atque alias diſcedant, quod in dogmate male cedit, cuius vel minima læſio hominem a communione excludit. Inter conſuetudines varias affert, ieiunium Sabbati, Quadrageſimalis ieiunij mutilationem, nuptias Sacerdotum, in ſacris celebrandis non vnum omnium concentum. Sed de proceſſione Spiritus ſiue de additione nullum verbum. Cum poſtmodum voti ſui compos

factus non eſt, tum non tantum proceſſio Spiritus, & additio in Symbolo in Epiſtola ſua Encyclica, ſed aliæ quoque Eccleſiarum conſuetudines, quibus ipſe culpam hærere negauerat, culpæ obnoxias eſſe proclamauit, & vt ſe immerito ex throno excludi comprobaret, Romanæ Eccleſiæ præuaricationis dogmatum famam inurit. Si ſententia de proceſſione Spiritus ex Filio fidem conuellit, & addens illam in Symbolo, ita Concilijs præſcribentibus anathemati obnoxius eſt, & ἀκοινώνητος; Quare Photius, cum petebat thronum, id non expreſſit? ſi exulcerabat illius integritatem, quare tacuit? Sic concludit Rhodius; cum manus conſerere vellet, cum Romanis Pontificibus, cur argumentum tanti momenti ad illos anathemati ſubiectos eſſe probandum, & legis tranſgreſſores, obtacuit, leuiora decantauit; tandemque concludit, immerito Græcos Eccleſiam Romanam ob id accuſare, ob quod non accuſauerat Photius.

Sed in Epiſtola ſua Encyclica id appoſuit Photius. Appoſuit, ſed tum cum perdite ſe gerebat, & gladiatorio more ſibi viam affectabat ad Patriarchatum. Ergo væcors eſt Andreæ ſententia, qui id negabat. Proba tu prius, Andreæ ſermonem eſſe de Epiſtola Encyclica Photij, & eris mihi magnus Apollo. Sed de rebus hiſce verbis confligari cum Creyghtono, cui nec hiſtoria Eccleſiaſtica, nec eruditio in poſſeſſione ſunt, perridiculum eſt. Adde ſi vales, Epiſtolam Photij ad Nicolaum ſcriptam eſſe, ante quam ille throno truſus exulaſſet, & Andream ceſſa laceſſere. Et tandem includet tibi vocem ipſa rerum euidentia. Additio in Symbolo non eſt facta tempore Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Ioannis, ita aſſeueratione ſua affirmante Photio. Ergo Photius non potuit ſcindere Eccleſiam ob additionem in Symbolo. Scripſit Photius poſtquam inuaſerat pulſo Ignatio Thronum ad Nicolaum Epiſtolam, in qua vt tutus ad omnes ictus conſerua-

ſeruaretur, petit vt vna mente, & voce concinat Pontifex: & poſtquam enarraſſet, id ex neceſſitate feciſſe, Imperatoris violentia, ac populi precibus compulſum, licet id & voce, & geſtu, lacrymis etiam refutaret, tanto oneri ſe imparem agnoſcens, emittit profeſſionem ſuæ fidei, Catholicam illam, & integram, & recitatione Symboli de Spiritu ſancto dicit, ſe credere *in Spiritum ſanctum, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio, &c.* & ſeptem Synodos generales accipere, quarum poſtremam collocat Nicænam II. de cultu imaginum, Quæ illæ damnarunt, anathemati ſubijcere, quæ decreuerunt exoſculari, ea formula, qua fidei emiſſio fieri aſſolet, tum finit; Ταύτην οὖν ἡμῶν τὴν ἔγγραφον τῆς πίστεως ὁμολογίαν ὑποστήσαντες, καὶ τῇ ὑμῶν πανιέρῳ ἱερότητι τὰ καθ' ἡμᾶς ὡς ἐν πίνακι διαχαράξαντες, τοῖς λόγοις ἀνιστορήσαντες, ὅπερ δὴ πολλάκις ᾐτησάμεθα, τῶν ὑμετέρων ἐπιδεόμεθα προσευχῶν, Θεὸν μὲν ἵλεων καὶ εὐμενῆ ἐφ' οἷς τε πράττομεν, καὶ διεπραξάμεθα, ἡμᾶς εὑρεῖν, πᾶσαν δὲ σκανδάλων ῥίζαν, καὶ πέτραν προσκόμματος ἐκ ποδῶν γεγενημένα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας καθορᾶν, ποιμαίνεσθαί τε καλῶς τὸ ὑπήκοον, καὶ μὴ τῷ πλήθει τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων τὴν ἐκείνων ἐπ' ἀγαθῷ προκοπὴν ἀνακόπτεσθαι, ὡς ἐντεῦθεν ἡμῖν πολλαπλάσιον τὸ ἁμάρτημα καταγράφεσθαι· ἀλλ' εἴην μὲν αὐτοῖς ἔγωγε, καὶ ποιῶν καὶ λέγων ἐν διδασκαλίᾳ τὰ δέοντα. εἴησαν δὲ καὶ οὗτοι εὐπειθῶς τε καὶ εὐηνίως πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐναγόμενοι καὶ Χριστῷ τῇ πάντων κεφαλῇ προσφυῶς συναρμολογούμενοι τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπείᾳ, καὶ χρηστότητι, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος. *Hac igitur noſtra ſcripto tradita fidei profeſſione ſubſtituta, & veſtræ ſanctiſſimæ ſanctitati rebus noſtris veluti in tabela deſcriptis, & hoc noſtro ſermone enarratis, quod ſæpius rogauimus, veſtras preces exoramus, vt Deum beneuolum, & propitium, in ijs quæ agimus, egimuſque, reperiamus, & omni ſcandalorum radice, & petra offenſionis penitus euulſis, Eccleſiaſticum ordinem proſpiciat, ij qui in ditione noſtra atque poteſtate ſunt, bene gubernentur, ne noſtrarum iniquitatum copia eorum in bonis progreſſus interrumpantur, & inde no-*

bis maiori mensura peccatum ascribatur: sed ipsis ego & factis, & sermone, quæ necessaria sunt, insinuem, & ipsi facilius, & propensius ad salutem suam ipsorum deducantur, & Christo omnium capiti illius humanitate atque benignitate confirmentur, cui gloria, & potestas, &c. In hac de additione in Symbolo, deque sententia ipsa, quonam in censu ea habenda sit, altum silentium est. Cum a Nicolao, non vt allubescebat, responsum retulisset, & inter alia promotio ex laico esset obiecta, repetitis alijs literis ad eundem Nicolaum, demisso atque humili animo pacem illius, & beneuolentiam aucupatur, identidem eadem repetens, & vim sibi illatam. Συνεσχέθημεν ἄκοντες. κακούργοις ἴσα καθείργμεθα, ἐτηρούμεθα φυλασσόμενοι, ἐψηφίσθημεν ἀνανεύοντες, ἐχειροτονήθημεν κλαίοντες, ὀδυρόμενοι, κοπτόμενοι. ἴσασι ταῦτα πάντες. οὐδὲ γὰρ ἐν γωνίᾳ ἐγένετο. *Comprehensi sumus inuiti. Æque atque rei maximis, & plurimis criminibus occludimur. Vi summa detenti sumus. Coacti calculis promoti, non absque lacrymis ordinati, plangentes, nosmetipsos percutientes. Omnibus hæc notissima sunt. Neque enim in angulis agitata sunt.* Postmodum quam multum operæ, & laboris in ea dignitate consumpturus esset, enarrans, misericordia se potius quam infesta laceratione dignum esse indigitat. Et se ex crimine eximens, ex non apud omnes ijsdem seruatis, vsuque receptis consuetudinibus argumentum perquam validum elicit: neque in sua præpropera ordinatione, vllam canonum prætergressionem factam esse, cum nulli essent Canones, qui id prohiberent, quorum λέγεται παράβασις, ὧν ἡ φυλακὴ παραδέδοται, ἃ δὲ μὴ παραδέδοται, οὐδὲ μὴ φυλασσόμενα παραβάσεως φέρει ἔγκλημα. *Dicitur præuaricatio, quorum custodia demandata est. Quorum vero custodia non est demandata, si non custodiuntur, crimini non ascribitur.* Probatque exemplo Nicephori, Tarasij, Nectarij, Ambrosij, Gregorij Nazianzeni, Thalassij Cæsariensis, qui repente ex laicis ordinati sunt, Viri sanctissimi, Ecclesiæque lumina præcipua.

Tum

Tum alias quoque consuetudines recenset in Ecclesia,
quæ non ab omnibus seruantur: non ideo tamen non
seruantibus, dummodo illis traditæ non sunt, in vitium
vertitur: licet seruantibus, qui eas acceperunt, in laudem.
Inter alias est circumcisio Abraamo tradita, non item
Melchisedechæ, nutritio barbo, ieiunium Sabbati, cœli-
batus Sacerdotum, Diaconi promotio ad Episcopatum,
antequam prius promoueatur ad Sacerdotium, Mona-
chorum ad Clericatum ordinatio, Sacri Ministri variatio.
Et hæc cum eloquentissime disputasset, tandem subijcit,
se Romano Pontifici obedisse, & vti ipse iusserat, coacta
Synodo decreuisse. Deinceps de Bulgaria restituenda
addit, cum ad se non pertineret, nec sponte sua, sed nu-
tu Imperatoris disponeretur, si effectum, vt Pontifex præ-
ceperat, non habuit, non esse sibi ascribendum: nam
non ijs solum, quæ ex aliorum nutu pendent, decederet,
sed sua etiam profunderet. Vna siquidem cum iurisdi-
ctione molestiam quoque pro ea dirigenda deponeret.
Et tandem in rebus Ecclesiasticis dirigendis summam au-
ctoritatem agnoscit; Διὸ δὴ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον
μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν,
καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν
γραμμάτων πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας,
μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι. *Qua propter vestram optatissimam
Beatitudinem, quæ Ecclesiastici ordinis in omnibus curam gerit, &
canonicam rectitudinem studiose propugnat, eos qui absque com-
mendatitijs literis hinc ad Romanam Ecclesiam deuolant, ne, vtvt
contigerit, recipiat, &c.* In hac eadem Epistola cum multa
alia attulisset, in quibus videbatur inter Ecclesias Orien-
talem, & Occidentalem dissidium posse suboriri, nullum
inde tamen dissidium natum, licet in rebus agendis mo-
ribus essent, & consuetudinibus dissonæ: cum in fide
nec etiam in minimis discordarent, in qua vel tenuissima
aberratio, totius fidei lapsio est. Photius scribit ad Ni-
colaum,

colaum, quem sciebat non ita sibi beneuolum futurum. Multa affert, in quibus Græci cum Romanis non congruebant, & ea culpa liberat, quæ postmodum iratus Nicolao in criminis loco obijcit; Epistola sua Encyclica, Processione Spiritus ex Filio, & additione, quæ erant potissima, nec signo quidem conclamatis abijt. Epistolam hanc Photij integram Græce, & Latine, cum alijs eiusdem Photij edendas, cum commoditas adfuerit, reseruamus, quas nunc veluti prolixiores, ne Lectori tædio simus, prætermittimus.

Pag. 31. *Sed Epistola Encyclica inter multa absurda Romanæ Ecclesiæ inusta, Nicænum Symbolum incredibili perfidia corrumpi a Latinis vociferatur, vt Spiritum sanctum a Patre, & Filio procedere in posterum, & perfricte prædicarent. Epistola extat in decimum Annalium inserta a Baronio.* Epistola inserta est in Annales a Baronio. Verum est. Sed eam non legisse te apertissime constat. Nam ibi de additione in Nicæni Concilij Symbolo, nec verbulum quidem est. Ait, *additionem factam esse in Symbolo fidei*. Ait. Ergo in Symbolo Nicæno? O inane profundum! qui nescias aliud esse Nicænum Symbolum, aliud Constantinopolitanum: Nicænum antiquatum, Constantinopolitanum vicarium successisse. Et nunc a fidelibus inter Ecclesiastica Officia tum a Græcis, tum a Latinis recitari, & cui appositum *Filioque*, Latinis Photius obiectat. Et tu tantus Theologus distinguere nescis Nicænum a Constantinopolitano. *Additionem ad Symbolum præscribere, vt facinorosam, & ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem*. Et Photij tui, & Nicolai tantorum virorum nec reuerentia, nec auctoritas continet, quin eodem momento in vtrumque criminatione falsa iniurius sis, & reus falsi deprehendaris. Neque enim Photius dicit, Nicolaum additionem in Symbolum introduxisse: neque Nicolaus introduxit. Et omissis aliorum testimonijs, ad Photium prouoco. Ipse siquidem in

Tra-

Tractatu de processione Spiritus sancti, quod ex solo Patre procedat, Romanos Pontifices allegans, qui Spiritum ex solo Patre procedere decreuerant, ante alios Leonem, qui etiam ancilijs in Basilicis appositis testatum id esse voluit, Benedictum geminat, καὶ ὁ θρᾶσος καὶ ἐπιεικὴς, &c. Post Benedictum ad Nicolaum descendens, qui post eum Pontificatum inierat, æque atque nec de nomine illi esset notus, nomen obticescens, eum secreto, nec palam populo id dicere asseuerat; Εἰ δέ τις μετ᾽ ἐκείνους γλώσσῃ δολερᾷ καί τι μὴ πλαττομένῃ, οὐ γὰρ ἐθάρρει γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς τὰ κάλλιστα, καὶ θεοφιλέστατα παρατάττεσθαι, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ φρικτὸν τῆς πίστεως ἀνὰ χειλέων ἁπάντων περιφέρεσθαι, προκάλυμμα τῆς γνώμης θέμενος τὸ ῥηθὲν θεοσεβέστατον, καὶ φυλοτιμώτατον ἔργον τῶν ἐκκλησιῶν περιέκειρέ τε, καὶ ἐλυμήνατο. οὐκ ἐμὸν γὰρ, ὀνόματι τὰς παλαμναίους πράξεις διεξιέναι, αὐτὸς ἂν εἰδείη, μᾶλλον δὲ πικρῶς οἶδεν ἤδη καὶ ἀθλίως τὴν δίκην ἐκεῖθεν εἰσπραττόμενος τῆς ὑφάλου τόλμης. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν, σιγᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ ἑκὼν εἰς τὸ τῆς σιγῆς ἀπερρίφθω χωρίον. *Quod si quis post eos, & ad omnia audendum proiecta lingua: neque enim aperto capite contra optima, Deoque gratissima niti audebat, sed nec tremendum fidei in ore omnium circumduci solitum sententiæ suæ tegumentum prætexens, dictum pijssimum, & maxime honorandum Ecclesiarum opus attondit, vel læsit: neque enim mei propositi est sceleratas actiones edicere, ipse sciuerit, quinimo amare iam nouit, miserandum in modum poenas illic persoluens occultæ audaciæ: sed ille tacet licet inuitus, propterea que in silentij receptaculum proijciatur, &c.* Testis locuples Photius, Nicolaum separatim ab alijs, nec sonora lingua, aut id exprimente Spiritum ex Filio procedere censebat: & tu ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem declamas, qui fidus esse vis aliorum testimoniorum excerptor? Photius modum tenens dicendi, moderationem atque vrbanitatem seruat, Pontificiam forte dignitatem reueritus: tu immoderatus, & vehemens, vt videaris aliquid ex Photio in Pontificios eiectare, de tuis

impro-

improbe profundis, quod silentio præterierat Photius. Si sub lingua, & non aperto capite pronunciabat, non ergo Symbolo addiderat, quod in Ecclesijs sonora voce cantillabatur. Nec poterat Photius id de Nicolao ad liquidum explorata veritate pronunciare, cùm originem tanti sceleris iuxta cum ignarissimis sciret: nec ipsum puduit fateri, quod nesciebat: quem si tu vt tui præcursorem æmulatus fuisses, non tot in te aduersæ famæ vulnera excepisses. Sic enim ait in tractatu de processione Spiritus sancti; Καὶ τίνες ἐμάχοντο τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; πάλαι μὲν οἱ Μακεδόνιοι ἀντὶ τῶν ἀχράντων, καὶ λογίων διδασκάλων σφίσιν αὐτοῖς ἀντιπνέοντες. νῦν δὲ οἱ ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ μυσταγωγίας. ἀλλ' οὐκ ἔχω, τίνα καλέσω, οὕτως ἐστὶν αὐτῶν ἀκέφαλον τὸ δυσσέβημα. πλὴν ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος οἱ τῇ ἀπωλείᾳ προσδεδραμηκότες. *Et quinam sunt, qui bellum indixerunt Spiritui sancto? Antiquitus quidem Macedoniani, extra immaculatorum disertorumque Patrum eloquia sibimetipsis alia atque alia insusurrantes. Nunc vero extra Christi mysticam doctrinam, sed non habeo, quem nominem, ita est eorum absque capite impietas. nihilominus non in Saluatorem, sed in perditionem procurrentes, &c.* Si non illi suppetit, cui scelus, & impietatem appingat, quia acephala est, non quia caput non habuit: nam si semel in lucem emersit, ex aliquo profluxisse necesse est, sed quia ex quo profluxerit, ipse nesciebat, quod adhuc in incerto res erat, & in disquisitione positum magis, ac magis implicatos disquirentium animos detinebat. Quare concludendum est denuo, nullas magis væcordes assertiones videri posse, quam istas Creyghtoni, qui palam dicere non erubuit, Patriarcham Photium additionem ad Symbolum in tota Encyclica huc plenis velis impellere, ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem fuisse. Sin minus, adducat Photij verba, vt se ab falsarij, impostorisque crimine vindicet.

Id tamen, vt probes superaddis. Pag. 31. *Adeo vt anno pro-*

no proximo Nicolaus, alias ad Præsules sub Caroli Calui regno constitutos emiserit, quos hortatur, vt Concilijs habitis, & diligenti rerum peruestigatione, quid sentirent, ipsum condocefacerent, & harum criminationum atrocitati, salubri aliquo remedio subuenirent. Hoc tu maligna mente in Nicolaum conijcis, quasi ille criminationibus Photianis succumbens, ad exterorum auxilia profugeret. Sed discito ex ijsdem literis, non tantum Nicolai, sed aliorum etiam Romanorum studia, & diligentiam in digerendis rebus Ecclesiasticis, qui aliorum etiam opem, dum similia pertractantur, inquirunt, & studia repetunt, & non ex tempore, neque inconsulte definiunt.

Pag. 32. *Et iunctis in vnum apicibus, quæcunque sancita reperiebantur, in ea, quam Latini Oecumenicam Octauam nominabant, anno octingentesimo sexagesimo nono celebratam, tam quæ Patriarchas spectabant, quam quæ Papam immitebant in fines Bulgarorum, cum iurisdictione Ecclesiastica rescindunt, vt nec vola, nec manus earum rerum ad posteros permaneret, & Pontificibus Romanis erigendi pedum pastorale in Græcis prouincijs ad Imperatorij præiudicium fastigij via omnis in posterum præcluderetur. Quod Ephesinus Præsul Juliano Cardinali in eadem Sessione sexta dicere non dissimulauit.* Adhuc vesanis, & ludis Concilia, & Constitutiones Ecclesiasticas, in quibus opprimatur dignitas Pontificia, subleuetur Schismaticorum fastus, & ambitio. Et præsumis hæc trabali clauo figere, eo Concilio rescissam iurisdictionem Pontificiam in Bulgaros, & pedum pastorale in Græcis prouincijs diffractum adeo, vt nec vola, nec manus earum rerum ad posteros permaneret, & ad Imperatorij præiudicium fastigij via omnis præcluderetur. Conciliabulum fraudibus Photianis ementitum, quod nec vnquam in rerum natura fuit, tanti apud te est, vt & promissa Christi, & Constitutiones Ecclesiasticas, & decreta Sanctorum Patrum, & aliorum generalium Conciliorum rescindere potuerit. Quid apud te

Alcoranus, & aliorum pessimorum hominum denormata maculis pestiferis contagia, cum ea re ipsa fuerint, non præpolluerint? Agesis ergo. Eiura Euangelium, expunge Patres, deure Concilia, Christianorum sacra vniuersa protere; quia Mahometus suo illa nefario libro pessum dat. Quis hoc audijt vnquam, a Conciliabulo eoque confic̃to a nebulone, mœcho, laico, & quid non? concilia vera, & Oecumenica, & legitimo iure celebrata, confirmataque rescindi posse, vel vnquam rescissa fuisse? auctoritatem Pontificiam imminutam? priuatum verum possessorem? alienum & exterum suffragio nebulonum locupletatum? Non certo nunc cum Creyghtoni dicacitate. Habeat Pontifex Romanus, a quocunque vult ipse, in præsens tempus suam præeminentiam. Ante hoc Concilium, quod ipse asseris falso, & aperto mendacio, Latinos nominare Oecumenicum Octauum, vt infra demonstrabitur, habebatne iurisdictionem aliquam in Græcas Prouincias Romanus Pontifex? Negas? Album colorem ab atro non distinguis, & bruncus es. Ais? Quæ ergo auctoritas, quæ maiestas, quæ personæ dignitas, quæ præeminentia, etiam si pontificia sit, eum de statu suo disijcere valebat, aliumque in locum illius substituere? Sed quæ tum erat Romani Pontificis in Græcas Diœceses auctoritas? Si nescis, ex ipsis illius ætatis Græcis non infimis, & sordidissimis, sed dignitate conspicuis discito. Et vt ad pauca redeam, adde sis per te Basilij Imperatoris, Nicolai Papæ, Adriani, Ioannis Octaui, Stephani ad Orientales, & ipsam Synodum Octauam pro restitutione Ignatij sententias, quibus nihil euidentius, nihil expressius ætas illa tulit pro præeminentia Romanorum Pontificum: & alia etiam aliorum Patrum illius tempestatis testimonia, quæ in alijs nostris Tractatibus occasionem nacti recitauimus. Sed Imperatoris, & suprapositorum Romanorum Pontificum, eo libentius addu-

adduximus, quod initio Schismatis, cum de iurisdictione in alias Ecclesias, & Orientis præcipue concertatio mota esset, prolata sunt, ipso Photio præsente, audienteque, & iudicium non detrectante. Quæ auctoritas non tū m primum vsurpata, sed ab ipsis Ecclesiæ fundamentis, post verba Christi ad Petrum, *antiquum morem, retro olim, semperque cum hæreses, ac scelera pullularent, noxias illas herbas, & zizania Apostolicæ Sedis Romanæ successores extirpasse: sæpenumero conuentus a Sanctis Patribus celebratos esse; sed sine Romanæ sedis, & huius Pontificia auctoritate confectum esse nihil: Imperatorem pro more piorum Imperatorum Christianorum legatos suos Romam misisse, qui Sanctissimum Adrianum Romæ Pontificem repererunt.* Indignum equidem factum, id temporis non fuisse superstitem Creyghtonum, qui suis acutulis rationibus, & procaci loquacitate milium torno sculpsisset, & Photium ab auctoritate Pontificia apud Orientales, ne dicam apud Occidentales, indubitate agnita, exemisset, & in libertatem restitutum pedum illius pastorale in Romanas prouincias extendisset.

Quid porro? Indoctus iurium suorum Photius, atque infacundus obmutuit, & elinguis condemnari passus est, & pedum sibi abripi: & in se descendens, & tum primum partes suas noscens, & Romani Pontificis præeminentiam palam confitens, maluit condemnationi subijci, quam dicendo inania atque insolentia, apud æquos Iudices perridiculus haberi. Sed taciturnitate Pontificum auctoritatem *in posterum præclusit*. Ergo erat antea. Sed licet essent, ea ingentium animorum Senex, & collapsa priuilegia se resarcire percommodus, & Pontificia iam iam assurgere pertentantia labefecit. Responde sodes, quo iure? qua auctoritate? quibus adminiculis? Politicis ne, & ciuilibus? Quis nescit Regiam potestatem non capere Sacerdotalem neque Pontificiam auctoritatem: quibus tantum res politicæ, ciuilesque curæ sunt? Pontificum cura gregis tanto præstantior est, quantum est inter

cœlestia, & terrena discrimen. Errant, qui existimant discipulum esse super magistrum, seruum supra Dominum. Quis seculares Pontificum Iudices constituit; quorum sacris institutis edocti sumus, & a quibus ad Deum pro nobis preces effunduntur? An illi iudicandi sunt, qui vni Dei iudicio sunt subiecti? quique soli potestatem acceperunt ligandi atque soluendi? Sed vt Ecclesiasticus vna cum Synodo Ecclesiasticum suspendit. Frustra dicitur: neque enim inferior, vel æqualis, sed superior potestatem habet, vti absoluendi, & reconciliandi, ita deponendi, & a communione fidelium segregandi: sic etiam ab inferiore, & æquali in eodem gradu Prælatus, aut æqualis, si non annuat subgrandis, nullo modo absoluitur. Esto Photius virtutibus efflorescat, summa scientiarum laude præstet; excommunicatus nihilominus, & depositus a Romano, a Romano quoque absolutionem expectare debuerat. Ita Canones, ita Patrum instituta præscribunt, multo minus a fidelium cœtu, atque communione excisus, & dignitatibus Ecclesiasticis spoliatus in Romanum Pontificem cornua erigere, & de statu suo eijcere, illiusque præeminentiam sibi assumere potuit. *Quod Ephesius Præsul Iuliano Cardinali in eadem Sessione sexta dicere non dissimulauit.* Examina, an Ephesius id dixerit Iuliano, sed in Sessione sexta. At dixit in alia. Sit sane ita. Et hoc est Creyghtonum numerandi notas incompertas habere, vt supra ostendimus.

Sequeris; Pag. 32. *Octauam contra Photium sub Adriano Papa fuisse abolitam a posteriori Synodo, quæ Photium restituit, sub Ioanne; cuius adhuc pro Photio extant literæ: quarum nec ipsi Latini possunt esse ignari, vti nec Synodi, quæ & additamentum ad Symbolum censuit expungendum, & Octaua, quam prior magis meruit appellari, & omnibus, quæ vel dicta sunt, vel scripta contra Sanctissimos Patriarchas Photium, & Ignatium, anathema pronunciauit.* Ergo etiam quæ de auctoritate Papæ supra

vniuer-

vniuersas Ecclesias diximus, eodem Synodi decreto abolita sunt. Quare Allatius in ijsdem probandis ex illius testimonio operam ludit. Alijs etiam aliorum testimonijs probasse me nonnunquam commemini, quæ hic resumendi locus non patitur. Quod si ex hac, quam aduocat pro se Synodo Creyghtonus, id probauero, mutabitne tandem ille sententiam? Non puto. Mens enim obnixa malo, ratione non flectitur, sed inflexibili destinatione rebellans, & pecudibus ipsis efferatior, exuta humanitate, & sensu suffugiente non percipit. Non sum ego qui primus id tentem. Ante me Gregorius Protosyncellus, infaustum Creyghtono nomen, corroborauit Responsione ad argumenta Marci Ephesij, in quibus hæc eadem Ephesius effutit, quæ nunc Creyghtonus nugatur. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ πρακτικὰ τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου προκομιζόμενα ὡς τῆς ὀγδόης συνόδου δεξόμεθα. ἔτι δὲ καὶ τὴν λεγομένην ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου. καίτοι γε πολὺ τὸ ὕποπτον ἔχουσαν, διὰ τὸ εἶναι ὅλην δι᾽ ὅλου ἑλληνικὴν τὴν γραφὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ ἰδίωμά τι λατινικόν. ἄλλως τε ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρῶτον ὤφειλεν αὕτη ἀναγνωσθῆναι, εἶτα δέξασθαι τὸν Φώτιον τὰ ἐγχειρίζοντα τὴν Καθέδραν Κωνσταντινουπόλεως. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο. ἀλλ᾽ ἅμα τῷ παραγενέσθαι τοὺς τοποτηρητὰς τοῦ Πάπα, καὶ τῷ Φωτίῳ κομίσαι τὰ σταλέντα, τό τε ὠμοφόριον, καὶ τὸ στιχάριον, καὶ τὰ σανδάλια, μηδεμιᾶς προηγησαμένης ἐξετάσεως, εὐθὺς ὁ Φώτιος δέδεκται αὐτοὺς, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτῷ, ὡς τὰ πρακτικὰ τῆς συνόδου ταύτης μαρτυροῦσι, καὶ τὸ, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰπεῖν, ὁ νεφέλαις τὸν οὐρανὸν περιβάλλων καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναχωνεῦσαι, καὶ καθάραι στολισάμενος, αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν, καὶ Πνευματικὸν πατέρα ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ φρουρὰν ἄσυλον, καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ στολίσαι, κἂν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὸν νυμφικὸν περιβάλλοι χιτῶνα. ἄξιον τοῦ μακαρίου ἐκείνου νυμφῶνος ἀναδεῖξαι. ἔδει οὖν πρότερον ἐν κοινῷ ἀναγνῶναι τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῶν πρέσβεων ἔγγραφον λαβεῖν. καὶ οὕτω τὰ τὴν τοῦ θρόνου καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνακήρυξιν δηλοῦντα δέξασθαι. ὅμως γε μέντοι ἡμεῖς, ὡς οἰκουμενικὴν σύνοδον αὐτὴν δεξόμεθα;

μεθα, ἀσμενέστατα καὶ τὴν ἐπιστολήν. τί οὖν φησιν αὕτη; οἰόμεθα δὲ μηδὲ τὴν σὴν ἱερότητα ἀγνοεῖν, ὡς οὖσαν συνεχῆ τε, καὶ πλήρη σοφίας, ὅτι τε τοὺς λοιποὺς ἡμῶν Ἐπισκόπους καταπεῖσαι οὕτω φρονεῖν, εἰς δυσχέρειαν ἡμῖν οὐ μικρὰν ἐμπίπτει. ὅτι πρᾶγμά τι θειότερον οὕτω ταχέως μεταβαλεῖν, οὐδεὶς ἂν εὐκόλως δυνηθείη, εἰ καὶ βραχεῖ χρόνῳ τὴν ἔναρξιν ἔληφε, καὶ οὐκ ἔστι παγιωθὲν ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν. καὶ διὰ ταῦτα καλῶς ἔδοξεν ἡμῖν, ἵνα μὴ μετὰ βίας ἀναγκασθῇ τις παρ' ἡμῶν ἐᾶσαι τὴν προσθήκην, ἣν ἔφθασεν ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι. ἀλλὰ μᾶλλον μετ' οἰκονομίας παρασκευάσαι κατὰ βραχὺ παραινοῦντας ἀποστῆναι τῆς βλασφημίας. ποιμαίνετε γὰρ τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον οὐκ ἀναγκαστικῶς, ἀλλὰ ἐπιεικῶς, οὐδ' ὡς κατακυριεύοντες τοῦ κλήρου, ἀλλ' ὡς τύποι γενόμενοι; ὁ ἄκρος τῶν Ἀποστόλων Πέτρος ἔφη. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. τίς δὲ οὐκ ἀκήκοεν, ὡς Λατῖνοι τοὺς κακοδόξους διὰ πυρὸς μᾶλλον δοκιμάζουσιν; πῶς δὲ οὐκ ἀνεθεμάτισεν οὕτω βλασφημοῦντας; ποῦ δὲ ἐν τῇ κακοδοξίᾳ μᾶλλον ἁρμόζει τὸ μὴ κατακυριεύειν τοῦ κλήρου; τοῦτο γὰρ Ἄρειος, καὶ Μακεδόνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐποίουν αὖ. ὅτι γέγραπται, μὴ κατακυριεύετε τῶν κλήρων, καὶ πάντες ὁμοίως οἱ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀλλότριοι. ποῦ δὲ ὁ κανὼν ὁ θεσπίζων, ὁ κοινωνῶν τῷ ἀκοινωνήτῳ καὶ αὐτὸς ἀκοινώνητος ἔσται; δῆλον οὖν ὡς οὐχ αἵρεσις τό, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προστεθὲν ἐν τῷ θείῳ Συμβόλῳ. εἰ γὰρ αἵρεσις ἦν τοῦτο, οἱ οὕτω ψάλλοντες τῷ ἀναθέματι καθυπεβάλλοντο, εἰ καὶ τὴν τοῦ πυρὸς δίκην διέφυγον. ἀλλ' ὁ μακαριώτατος Πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν σύνοδος τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, καίτοιγε τοσαύτην ἀκρίβειαν ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τηροῦντες, ὡς καὶ διὰ τὸ συντάξαι τὸ τοῦ Ἀνθίμου ὄνομα ἐν τοῖς διπτύχοις τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν, ἀποσχισθῆναι ἀπὸ ταύτης τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν. ἀλλ' ἀναγκαῖον προσθεῖναι ἐκ ταύτης τῆς συνόδου, ἀφ' ἧς ὁ ἀοίδιμος προκομίζει Ἐφέσου, ὅπως τε λέγει, ὅτι ὁ Ἀποστολικὸς θρόνος πολλὴν τὴν ἰσχὺν ἔχει. καὶ σύνοδος ὁρᾶται σύνοδον λύουσα διὰ τὴν κοινὴν ὠφέλειαν καὶ ὅσα αὕτη διαλαμβάνει, καὶ μαρτυρίας προκομίζει, ἃς καὶ ὡς ἔχουσιν ἐκθήσωμεν. ἵνα γνῷ αὐτός τε, καὶ εἴ τις ἕτερος, ὡς οὐ μόνον ἐξ ἄλλων ἀποδείξεων δυνάμεθα συστῆσαι τὴν γενομένην ἀνάπτυξιν παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς συνόδου. φησὶ γὰρ αὕτη ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτῆς πράξει οὕτως, &c. Et

post

poſt Epiſtolam Ioannis idem Protoſyncellus colligit. Τί οὖν ἔστιν ἐν τούτοις μαθεῖν; πρῶτον μὲν, ὅτι σύνοδος σύνοδον λύει δι' ὠφέλειαν, εἰ (ὡς συνίσταται), ὅτι ἀνάγκης ἐπικειμένης παραλύονται κανόνες δι' ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὅτι ὁ Ἀποστολικὸς θρόνος ἔχει τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν, καὶ ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν. εἰ οὖν ταύτην οἰκουμενικὴν σύνοδον στέργει, καὶ μαρτυρίας ἐξ αὐτῆς προφέρει, τί καινὸν καὶ παράδοξον ἡγεῖται, τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον πεποιηκέναι μετὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως, τοῦ οὕτω τὴν ἐξουσίαν λέγοντος ἔχειν, καὶ δεχομένου παρὰ τῆς ὀγδόης συνόδου συγχωρήσασαν καὶ νῦν ψάλλεσθαι τὸ ἱερὸν Σύμβολον μετὰ καὶ αὐτῆς ἀναπτύξεως ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν δὲ τῇ ἀνατολικῇ ὡς ἀρχῆθεν ἐτέθη. *Nos porro acta ab Epheſio producta, ac ſi eſſent Octauæ Synodi, recipiemus: nec non quam ipſe appellat Ioannis Papæ Epiſtolam, licet in multis ſuſpecta ſit, quod tota in omnibus Græce dictata eſſe comprehendatur, & nullum in ſe Latinæ dictionis genium præferat. Et alia quoque ratione, quod primum in hac Synodo ante alia omnia lectitanda fuiſſet, tum deinceps apponenda, quæ Photio ſedem Conſtantinopolitanam aſtruerent. Quod alio modo peractum eſt. Sed cum Papæ locumtenentes aduenißent, & Photio datas literas conſignaſſent, & Omophorium, & Sticharium, & Sandalia nullo præuio examine obtuliſſent, ſtatim ipſe Photius eos excepit, & quæ ad ipſum miſſa fuerant, vt acta eiuſdem Synodi conteſtantur, dixiſſetque ille; Chriſtus Deus noſter, qui cœlum nubibus circumuoluit, noſtramque naturam, vt renouaret expurgaretque ſibi aſſumpſit, ipſe fratrem noſtrum, & comminiſtrum, & ſpiritualem Patrem noſtrum, & in præſenti vita cuſtodia tuta protegat, & in futuro ſeculo nuptiali indumento circumambiat, dignumque cœleſtis illius thalami demonſtret. Neceſſitas itaque flagitabat palam omnes Epiſtolam legi, & legatorum profeſſionem ſcriptam accipere, poſtmodum throni, & præſulatus reſtitutionem. Nihilominus nos ipſam vti Oecumenicam recipiemus per quam libentiſſime, nec non Epiſtolam ipſam. Quid igitur illa pronunciat? Opinamur autem, neque tuam ſanctitatem ignorare, tanquam quæ prudens, & plena ſapientiæ eſt, nos reli-*

quos

quos nostros Episcopos ad ita sentiendum, adigere, non leui nos implicari difficultate, quod rem adeo diuinam ita de repente immutare poterit quispiam, licet per breue tempus inualuerit, nec multorum annorum spatio firmitatem obtinuerit. Propterea nobis bene visum est, ne quis vi a nobis adducatur desistere ab additamento, quod in Symbolo iam apposuit. Sed potius cum prudentia præparare, paulatim adhortantes blasphemiam abiurare. Pascite enim gregem vestrum non violenter, sed leniter, neque vti Clero prædominantes, sed vt typi, & exemplaria facti, summus Apostolorum princeps dicebat. &c. *Et hæc verba ex Epistola excerpta sunt. Quis porro non audijt, a Latinis potius igne desertores fidei probari? Qua ratione sic rectam fidem violantes non tradidit anathemati? Vbinam vero contra malam doctrinam accommodabitur, Clero non prædominari? Hoc siquidem Arius, Macedonius, eorumque asseclæ dixissent, scriptum esse, ne prædominemini Clero, & omnes insimul Catholicorum dogmatum conculcatores. Vbinam est Canon decernens, qui communicat cum illo, qui extra communionem est, & ipse extra communionem erit? Manifestum itaque est, non hæresim esse illud, ex Filio, Symbolo annexum, nanque si hæresis esset, qui ita concinunt, anathemati subijcerentur, licet pœnam ignis effugissent. sed beatissimus Papa Ioannes, & Synodus ab eo celebrata illud non peregit, & si perquam exquisitissime res Ecclesiasticas obseruarent, adeo vt, quod in diptychis Orientalis Ecclesia Anthimi nomen apposuisset, Ecclesia Romana ab ea scissa sit. Sed necessarium est addere ex ea ipsa Synodo, ex qua Ephesius sua habet, qua ratione ea asserat, Thronum Apostolicum ingens robur habere; & quomodo propter vniuersalia commoda Synodus Synodum dissoluat, & quæcunque ipsa comprehendat, & testimonia producat, quæ vti se habent, exponemus, vt agnoscat ipse, & si quis alius est, non solum nos alijs demonstrationibus expositionem per Romanam Ecclesiam factam, sed ex hac quoque Synodo. Nanque ipsa in secunda sua actione habet.* Et recitatis quibusdam ex Epistola Ioannis subdit; *Quid itaque in his est, quod nos debemus addiscere? Primum quidem Synodum a Synodo ob*

vtili-

vtilitatem dissolui. Tum confirmatur, vrgente necessitate Canones item vnionis causa, & concordiæ Ecclesiarum relaxari: & Apostolicum thronum possidere claues regni cœlorum ligandi soluendique, & eradicandi, & plantandi. Si itaque hanc Synodum vti Oecumenicam amplectitur, & testimonia ex ipsa profert, quid noui, aut præter expectationem factum fuisse opinatur ab ipsa Synodo, & primo Præside talem sibi auctoritatem asserente, & Synodo ipsa approbante, ac permittente, nunc etiam Sacrum Symbolum concini cum dicta expositione in Romana Ecclesia, in Orientali vero vti a principio contextum est. Et Creyghtonus suppetias sibi comparat ex Octaua hac Synodo in præsidium Photianæ innocentiæ?

Dices, commentitia ista esse, & apposita Gregorio Protosyncello, æque atque illa, quæ sunt in Appendice Binniana. Dicis, sed qua fronte? quo ore? Ego vero, neque enim totus echinus sum, dabo & libentissime. Dic tu interim; Octaua ista Synodus Photiana tua, tua siquidem est, quando tu eam lambis, est ne re vera celebrata, an commentitia? Si commentitia est, iam ruunt omnia, quæ tu illius ope extruere conaris, & sic Photius sub Ioanne non est restitutus, non absolutus, additio non condemnata, nec expungendum additamentum ex Symbolo, scripta dictaque contra Photium adhuc stant, & manent, contra Ignatium corruunt. Si vera est; Romanus Pontifex Synodo peragenda præfigit: additio in Symbolo vera est, & legitime per Pontifices facta, quidquid secus garriat Ephesius, & tu cum eo. Ignatius innocens est, nocens Photius, & Protosyncellus optima methodo ratiocinatur, & colligit, Ephesium nihil dicere; & Creyghtonus Protosyncellum conuellens insanit. Quæ producis ex Pithæo non iuuant. Lege nostrum de Octaua Synodo Photiana Tractatum iam editum, & dexterius in posterum rem ages. Pag 33. *At Seuerinus Binnius ira præceps, & partium studio efferatus Photium Infernum amandat ad re-*

probos, execrabile caput, quod ausus fuerit contra Romanum Pontificem de iure suo litem contestari, & si omnia opprobria, maledicta, sannæ, quæ in pessimos Hæresiarchas, & Schismaticos, &c. *Sed duo præcipue inter vetustiores Anastasius Bibliothecarius; & Nicetas seu Dauid Paphlago.* Si historiæ nobis fucum non faciunt, & non facere vnus omnium tum Pontificiorum tum Schismaticorum consensus non patitur, cum Photius, Hæreticus, Schismaticus, leno, maleficus, homicida, & tandem Ecclesiastici ordinis lues, ac pestis fuerit, apud æquum iudicem omnia opprobria, maledicta, sannas, quæ in prænarratos pessimos homines eiaculantur, a Scriptoribus Pontificijs non immerito pertulerit. Hæresim de duobus in singulis hominibus animis perdocuit, scidit Ecclesiam Græcam a Latina, Græcam etiam in partes diuisit. Michaëlis Imperatoris, & Bardæ plena sceleris gesta, & nefaria facinora, inter notatissimos flagiorum maculis lenones, & prostibula videns, ipse non improbauit, sed gestienti vultu tantum non subscripsit in crimen, non solum adulantibus, sed amicis etiam, vel minima suspicione exitum attulit, & pessime mactatos, & omni supplicio percruciatos necauit, Santabareni præstigijs, Basilium Imperatorem effascinauit, & ad dementiam pepulit. Quasnam non adhibuit machinas ad conterenda Ecclesiæ decora? Et ægre fert Creyghtonus, si generis humani flagitium, immane monstrum, nequissimus latro, nullius fidei, summæ audaciæ, & perfrictæ frontis homo, Stygius Doctor, Cacodæmonis atriensis, tortuosus Draco, magus, & necromanticus audiat? Et tamen Creyghtonus suorum ciuium in Regiam maiestatem impios conatus clamosissime reboat adeo, vt inde diuinam prouidentiam, & consequenter ipsum Deum e commercio humano eliminet, quasi scelerum, & vitiorum animaduersor, cum modo in Photianis sceleribus adeo se ostendat permitem, & placidum, qui verbo illius facinora vul-

ra vulgo decantari moleste tolerat. Quod si perdita turpitudinum nequitia notissimis, qui sibi omnia licere præ libidine rentur, ideoque a nullo abstinent, a noxijs linguarum ictibus sese abesse persentiant, quid illos a dando malo, nocendoque retro aget, & remorabitur? *Sed tu hæc omnia de Photio, vt credas, necessum non habes.* Verum siue credas, siue non credas, haud in magno ponunt discrimine præclara eruditione, atque doctrina viri, cum eum a labibus, & maculis, quibus illum onerant historici, tu non eximas. Displicet tamen tibi Photium ferociter increpari, & iniquissimis verbis dilacerari a pijs, zeloque diuino percitis viris. Si vera sunt conuitia, laudandi sunt, qui perfidissimi hominis male sana consilia publico scripto disfamarunt. An licebit improbo, quantum libido fert, explere; Scriptori historiæ ea literis tradere non licebit? Si falsa, quare non profers mendacia? quare quem tutari debes, & potes, indefensum deseris? Sed cum sartum tectum integrumque tradere non posses in Descriptores scelerum stilum exacuis. Ita scis in fidem tuam receptos sustinere. Non credis Anastasio, & Paphlagoni talia de Photio narrantibus. Affer tu alios illius ætatis scriptores, qui vel scelera Photij pernegent, vel contraria enuncient. Si tibi non suppetunt, quare tu recentioribus, qui antiquiores sequntur, immerito insultas? *Binnius ira præceps, & partium studio efferatus Photium infernum amandat ad improbos.* Indigne fert Creyghtonus Photium execrabile caput in infernum ad improbos a Binnio amandari; cum ipse Heroicas animas, & excelsos spiritus, & de genere humano optime meritos εἰν ἀΐδαο πύλῃσι saluere iubeat, nimium ridicule, impie, & ipsa immanitate immanius. Quod si Photius tot criminum reus, viris integerrimis veritus non est, nouo ac perfido modo absque causa contumelias facere, nouum quidem non fuerit eundem iustis maledictis proscindi, quæ optimo

iure in eum recidunt. Neque enim vnum aut alterum conuitijs, & sibilis oppressit, sed vniuersum Orientalium populum, &, quod magis execrandum est, Occidentalium, & Sanctum Pontificem Nicolaum. Non mentior. In Tractatu de processione Spiritus sancti ad Latinos; Ἐμβλέψατε τυφλοὶ, καὶ ἀκούσατε οἱ κωφοὶ, οὓς τὸ σκότος κατέχει τῆς αἱρετικῆς ἐγκαθημένους δύσεως. ἐνατενίσατε πρὸς τὸ ἀείφωτον τῆς ἐκκλησίας φέγγος, καὶ ἐμβλέψατε πρὸς τὸν γενναῖον Λέοντα, μᾶλλον δὲ τοῦ Πνεύματος οἷα δι' αὐτοῦ σαλπίζει καθ' ὑμῶν ἐκωτίσατε σάλπιγγος, καὶ φρίξατε, εἰ μή τινα ἄλλον δυσωπούμενοι, ἀλλά γε τὸν ὑμέτερον πατέρα, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ταῖς προλαβούσαις συνόδοις δι' ἀρεσκοῦντες εἰς τὸν χορὸν τῶν λογάδων πατέρων ἐνεγράφοντο. Et si quis reliqua ipsius scripta percurrerit, semper eosdem petulantissima lingua insectatur. Sed quæ in eos initio suæ Encyclicæ Epistolæ euomit, ferenda nullo modo sunt. Τούτους τοὺς ἀπατεῶνας, καὶ θεομάχους συνοδικῇ καὶ θείᾳ κατεκρίναμεν ψήφῳ, οὐ νῦν αὐτοῖς τὴν ἀπόφασιν καθορίζοντες, ἀλλ' ἐκ τῶν ἤδη συνόδων, καὶ ἀποστολικῶν θεσμῶν τὴν προωρισμένην αὐτοῖς καταδίκην ὑπεκφαίνοντες, καὶ πᾶσι ποιοῦντες ἐπίδηλον. Præterea; *Gens enim illa*, Bulgari *cum vix duos annos rectam Christianorum religionem veneraretur, Viri quidam impij, & quorum commercium est vitandum, & quonam nomine pius aliquis dicere illos posset? Viri inquam e tenebris emergentes: occidentalis enim plagæ fuerunt germina, hei mihi! quomodo reliqua narrare potero? Isti quidem aduersus gentem illam, Bulgarorum videlicet, nuper ad pietatem efformatam, quasi tonitruum quoddam, vel terræmotus, vel grandinis impetus, vel potius, vt magis proprie loquamur, singularis ferus irruentes, vineam Domini dilectam, & nuper plantatam pedibus, ac dentibus conuersationis videlicet prauæ, malis moribus, & dogmatum corruptela quod ad eorum audaciam pertinet, deprædantes depasti sunt. A rectis enim, & puris dogmatibus, & Christianorum immaculata fide euellere multis artibus, & corrumpere illos procurarunt*, &c. Et infra; *Hic illi viam transgressionum aperientes, & dilatan-*

tes

tes a recta, & regia via alios auerterunt: Sacerdotes enim legitimis nuptijs honestatos, isti quidem, qui multas virgines absque viris mulieres ostendunt, & matres filios alentes, quorum patres videre non licet; hi, inquam effecerunt, vt Dei vere Sacerdotes odio haberentur, & vitarentur, malæ messis semina in se ipsis disseminantes, & animas, quæ nuper germinare cœperant pietatis semen, zizaniorum superseminatione proficientes, &c. Quam maledicentiam Photij nec laudat Montacutius. *Romanis Sacerdotibus cœlibatum vouentibus fornicationes, adulteria, lasciuiam, & συνεισάκτους concubitus obijcit: liberos e furtiuo concubitu conceptos, quorum patres nemo nouit, expositos, vel enectos, δριμύτερον, sed veraciter plerumque ingerit.* Agnosco rerum harum cognationem in Photio, & intra modum, *Qui puellas multas sine viro mulieres effecerunt, & mulieres pueros educantes, quorum Patrem nemo nouit.* Sed Montacutius lingua effræni fundit se latius, & exaggerat; *Puellas mulieres effecerunt, fornicationes, adulteria, lasciuiam, συνεισάκτους concubinas, ex furtiuo concubitu liberos eiectos, vel expositos,* dilatat. Photiana calumniæ sunt, Montacutiana vti exaggeratiora, ita & calumniosiora iudicanda sunt. Et Photiana esse calumnias, ipse nobis extricat Montacutius, cum subdat; *δριμύτερον, sed veraciter plerumque ingerit.* Si *plerumque veraciter ingerit*; ergo quandoque non veraciter, & sic erunt quandoque falsæ criminationes, & falso contorta maledicta. Plane cum non semper eodem modo res se habeat, sed aliquando non est, & plerumque est, distinctione opus erat, & distincta enunciatione, vt alba & nigra dignosceremus. Nunc satis est illud extorquere a Montacutio Photium aliquando mentitum fuisse, vt hinc etiam illius fidem aliquando suspectam reddamus. Non est quod plura efferam. Contritum vetustate prouerbium est, cuius meminisse Montacutius debuerat, cum hæc scriberet; ὁ μὲν ποτε παίξας, καὶ πάλιν παίξει. *Aliquando qui lusit, iterum ludet.* Et illud, *semel malus semper malus;*

lus, ſaltem in eodem genere mali. Non hic concludo Photium ſemel, & aliquando mendacem, ſemper mendacem: illud non effugiet, ſemel mendax, iterum mendax erit. Ergo non ſemper credendum Photio, & Montacutius mendacio non vacabit, qui mendacis itineribus pergit. Quod bene nouerat etiam Syropulus Sect. 12. cap. 4. de promotione Cherſonenſis a Cyziceno Metrophane celebrata; *εὑρέθη ὁ ζυγὸς. τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. Repertum eſt iugum. Cæcus ſi cæcum duxerit, ambo in foueam cadent.*

Illud certe non ſine gemitu effari poſſum, quod ex iſto Paphlagone intellexi, duo volumina Photij ſub nominibus actionum Synodalium contra Sanctos Ignatium, & Nicolaum Latinos flammis mandauiſſe, & multum metuo, ne veritas ipſa in eo igne concrepuerit, aut aliqua rariora Photij monumenta, quibus maiorem fidem, ac reuerentiam adhibuiſſem, quam omnibus Sancti Ignatij miraculis, aut præſcriptionibus Sancti Nicolai. Quid facias de iſto homine, qui non ſine gemitu effari non poteſt, duo volumina actionum Synodalium contra Sanctos Ignatium, & Nicolaum Latinos flammis mandauiſſe? Homo ſanctus, homo integer gemitu etiam teſtatur dolorem, quo acerbiſſimo cruciatur; quod acta contra Sanctos ab homine tot, tantis, tamque nefarijs ſceleribus cooperto compaginata ab hominibus antiquæ religionis exemplaribus lignis infelicibus concremata, ac cinefacta ſint. Pro meliore ipſi ſunt nefariorum fraudes, doli, commenta, quam Sanctorum res optimæ geſtæ, quibus Dei gratiam demeriti regnum cœlorum aſſecuti ſunt, & famam apud poſteros immortalem. Et eodem ipſo tempore gemitus edet, & abſumet lumina in fletus, infames perduelles Sacrorum nomen ementitos faces regno ſubieciſſe, & omnium quotquot vnquam audiuimus facinorum triſtiſſima exempla edidiſſe, ludibrio habitam æterni numinis reuerentiam, Deo proximam auctoritatem regiam plebis

bis infimæ contumelijs laceratam. Qui tanto gemitu affligitur, quod tentata contra sanctissimos homines a viro fonte vitij, & periurij flammis consumpta sunt, & diligentia pijssimorum hominum abolita, quibus homo Theologus, discernit a religione remotus sacrilegus, Pag. 34. *Maiorem fidem, ac reuerentiam adhibuisset, quam omnibus Sancti Ignatij miraculis, aut præscriptionibus Sancti Nicolai.*

Annon apposite ipsi quispiam responderet; Pag. 10. *Gnathonum in tua gente parlamentariorum, & tristium figulorum pro populis Apologiæ, in quibus iam inpotenter delirant, qui a suis patronis, vt Galli pugnaces ad caliginem enutriti ea tantum intelligunt, quæ alij infundunt: tum studijs partium illaqueati, suo iudicio corrupti libertatem crepant, vt sua priuilegia defendant adeo mordaci contentiosoque genere dicendi declamant, vt totum mortale genus configant, & si quis contrarium hirrire audeat, plaustra conuitiorum, volumina inuectiuarum, ac recriminationum regerant, magis vsui hominum futura,* quibus tu maiorem fidem adhibere debuisses, & maiorem reuerentiam, quam omnibus Creyghtoni Theologi commentarijs, & declamationibus. Et tamen Photius in Romanam Ecclesiam, & Sanctissimum Ignatium, quidquid ex scelesta illa lingua odio, & libidine effudit, & nequissima manu scripsit, omnibus turpitudinis notis eos infamans, ementitus est. Et tu maiorem fidem adhibuisses Photianis Concilijs ex odio, & ira inueterata natis, quam omnibus Sancti Ignatij miraculis, aut præscriptionibus S. Nicolai? Sic tu maiorem fidem adhiberes Philostrato, Hierocli, Iuliano, Porphyrio, alijsque, quando ita non vereris scribere, quam omnibus Euangelistis, Apostolis, Concilijs, Patribus, ne dicam Christo. Et ne dubites, veritatem ipsam concrepuisse, quæ illa rariora monumenta fuerint, ex eodem ipso Paphlagone, cui tu de voluminibus concrematis Photij, vti fido testimonio credis, accipe. Ille si-

qui-

quidem de comprehensis in illis indubie loquitur. In primo volumine contra Ignatium duo supra quinquaginta capita ad Ignatij calumniam perscripta fuisse omnium confessione falsa, & ex impia potius, quam furiosa mente conficta: in altero Synodus in Nicolaum Pontificem Romanum tela contorquens, omnisque generis calumnias, & atrocia maledicta in illius Sancti exauctorationem, & damnationem complectebatur, improbe & tragico prope modo concinnata. Ne ἡμίτομος testis tibi sit Paphlago, vel vtraque cognosce, vel vtraque nega. Tu credis primis, & ingemiscis, quod calumniæ falsaque crimina in Sanctos Ignatium, & Nicolaum coniecta flammis assumpta sint, metuisque multum, ne veritas ipsa eo in igne concremata euanuerit. Quæ veritas in calumnijs, & falsis criminibus in viros Sanctos emicare potuerit, explicabit Creyghtonus. Simili modo ante Creyghtonum Ricardus Montacutius Notis in Epistolam 2. Photij, cum scripsisset Photius, Synodalem quendam Epistolam ex Italia ad se conscriptam venisse, accusationibus infandis contra proprium ipsorum Episcopum, nec non diuersas alias tragicis sexcentis lessis repletas, & lamentis, quarum exemplaria transmittebat, dolore eoque summo angitur, *Epistolas illas non extare, & Scriptorum non meminit*, Photius: *noluit enim morbum illum depalare: vnde patet non fuisse illum tam inimico animo in siue Nicolaum, siue Romanam Ecclesiam, quam passim Baronius tragice exaggerat.* Quid, si responderet Baronius, eas quoque, vt & alias multas, & Synodos contra Nicolaum, & Ignatium fuisse confictas, ideoque noluisse eas depalare? Et consimilia pleraque Photium solitum contexere, nos alibi fuse probauimus. Est hoc in more Hæreticis positum, affligi & doloribus diripi, cum viderint, quod in dehonestamentum Ecclesiæ Pontificiæ verti possit, deperditum, illud optare, & expetere cupiditate incredibili: sed Dei nutu fiunt cor-

ui hian.

ui hiantes. Non alia videbantur esse vota Lutheri, si me memoria non fallit pro scriptis Vigilantij contra Sanctissimum Virum; *Quid si adhuc Vigilantij monumenta superessent, quemadmodum Hieronymi etiamnum extant, facile crediderim eum multo christianius super hoc scripsisse, quam ipsum Hieronymum*. Ex arte exstispicum est hæc hariolatio, & facilis credulitas. *Artus* tamen, *& nerui sapientiæ*, dicebat Epicharmus, *sunt non facile credere*. *Duo volumina Photij sub nominibus Actionum Synodalium contra Sanctos Ignatium, & Nicolaum Latinos flammis mandauisse*. Et hoc ne ex Paphlagone intellexisti? Quæ tua sunt figmenta, & animo concepta insulsissime deliria, alijs, vt fidem assequantur, falso appingere, idque etiam scripto palam profiteri, neque tu negabis, summæ inuerecundiæ est. Latinos volumina Photij flammis mandasse, nusquam id asserit Paphlago. Da verba, & credimus. Hinc planum fit, vel Paphlagonem a te non lectum fuisse, vel si lectum, non intellectum. Paphlago narrat, Basilium Imperatorem, imperasse Photio, vt manu sua scripta e Patriarchio sublata, ad se quam primum transmitteret. Photium etiam iureiurando, licet falso, affirmasse, nihil se, e Patriarchio sustulisse: sed tumultuantibus seruis repertos esse in proximo arundineto septem saccos scriptis refertos, inque illis duo volumina actiones Synodales contra Ignatium, & Nicolaum continentia. Ea Imperatorem prius ad Senatum, & totam Ecclesiam palam detulisse, postmodum ad Synodum, Auctorique præsenti cum probro ob os obtrusa igni tradita esse. Hæc sunt in Paphlagone. Tu ex tua liberalitate, & in Pontificios amica incitatione volumina, *Latinos flammis mandauisse*, superaddis, Qualibet in quemuis opprobria dicere sæuus.

EXERCITATIO XV.

Creyghtoni nugamenta de doctrina Photij. Theophylacti ætas. Contentio inter Græcos, & Latinos de Bulgaris, tum primum ad fidem conuersis. Mendacia Creyghtoni de conuersione Bulgarorum. Theophylactus inter Schismaticos in Latinos propensior. Bulgaros a Theophylacto ad Isidorum Ruthenum sub primatu Constantinopolitano nullo modo fuisse. Ante Theophylactum alius Episcopus in Bulgaria a Theodora Imperatrice, & Basilio missus. Photium nunquam animo nec corpore quieuisse. Isidorum Kiouiensem fuisse Romæ, & non Sabaudiæ Cardinalem. De illius patria non fuisse vnam omnium sententiam. Romanæ Ecclesiæ in bene de se meritos gratus animus. Isidorus legatus Pontificius in excidito Constantinopolitano euadit, & Romæ moritur.

Pag. 34. RIdiculum præterea est, quod adijcis. *Qui proprijs oculis, & non alienis in rerum momenta introspiciunt, mecum fatebuntur spero, illustri Photio doctiorem in omni genere literarum, nunquam sedisse in quouis solio, vel Romæ Papam, vel Constantinopoli Patriarcham.* Quis non mirabitur fortunam Creyghtono diuinitus concessam ad introspicienda proprijs oculis non ea, quæ sunt, sed etiam, ea quæ non sunt? Hinc introspicit, *Photio illustri doctiorem in omni genere literarum, prudentiorem in rebus gerendis, omnis iuris diuini, humanique peritiorem, nunquam sedisse in quouis solio, vel Romæ Papam, vel Constantinopoli Patriarcham.* Valeant modo, & Gregorij, & Basilij, & Athanasij, & Leones, & Agathones, & Adriani, & quidquid est aliud in conscribendis libris laudem commeritum, & præclarissimum in rebus agendis nomen obtinens, quando Photius in omnibus, introspiciente Creyghtono, familiam ducit, & caput omnium est. Veruntamen qui sana mente sunt, nec Creyghtoni oculis introspiciunt, sed suis, vti faten-

tur

tur in Photio literarum doctrinam, in agendo prudentiam, iuris diuini humanique peritiam, ita ex reliquis illius ſcriptis, & hiſtoriarum monumentis fatentur diſerte illius artes, fraudes, dolos, adumbrata Comitia, vitiatas Synodos, ſuppoſitas in illis ſubſcriptiones, perperam in SanctosPontifices inſimulata conuitia, crimina, in Eccleſiaſtica iura aſſultus, & quid non? Tandemque vti capiti vacuo cerebro fidem abrogant, nec credunt, *nunquam ſediſſe in quouis ſolio doctiorem, vel Romæ Papam, vel Conſtantinopoli Patriarcham*.

Si quidem Photius, vt primum a Baſilio inſtauratus ſolium obtinuiſſet, quo exciderat, iam in grande ſenium prouectus, & multifaria viciſſitudinum experientia detritus, Theophylactum Conſtantinopoli tum in omni literatura florentiſſimum, & a perenni lectione S. Chryſoſtomi, quem in ſuccum, & ſanguinem conuerterat, facundiſſimum virum, nec non opinionum ſuarum, de non violando intercalatis dictionibus Symbolo, acerrimum propugnatorem, eo direxit, donatum ſacris infulis, & Archiepiſcopali palla, vt ad defectionem a Latinis, Græci moris, & linguæ imperitis, eum populum concionando inſtigaret. Apes melleos ſuccos colligunt ex floribus: & vſu callidi quæque præſtantiſſima ex ijs, quæ legunt, libant: Creyghtonus veneno, & peſtilenti virore infecta ſuis inſinuat. Quæ de Theophylacti ætate, eiuſque ad Bulgaros miſſione narrat, ex penu Petri Pithoei de proceſſione Spiritus ſancti hauſta, non diſcernens verum a falſo, exſcribit. *Et ſi autem de Theophylacti ætate, nemo adhuc, quod ſciam, certi aliquid prodiderit, eum tamen, vt ſub Photio vixiſſe probabilius credam, auctor mihi eſt liber quidam fratrum Prædicatorum contra Græcos, qui Theophylactum a Photio quodam Patriarcha Bulgaris Epiſcopum miſſum habet, vt veriſimile mihi ſit, Photium virum callidiſſimum Theophylacti ingenio, ac doctrina aduerſus Nicolaum, & Romanam Eccleſiam vſum, vel Bulgariæ Archiepiſcopatus tituli proœmio, cuius ordinationis vis inter Romanum, & Conſtantinopolitanum*

Patriarcham , tum quoque controuersum fuisse, præter historiarum testimonia, satis indicat altercatio illa, inter Adriani Papæ, & Orientalium Patriarcharum, &c. Concertatio de Bulgaris tum recens ad fidem conuersis, a nemine, quod ipse sciam, in dubium vertitur. In ipso siquidem conuersionis initio, inter Pontificios, & Græcos altercatum est de iurisdictione. In Concilio Octauo Oecumenico, cum restitueretur Ignatius, eorum legati cum legatis Ludouici Imperatoris admissi sunt. Bulgaros olim Græcis subiectos fuisse, ab eisque ante paganismum accepisse. Legati Pontificij ab ijsdem nuper conuersis Ecclesiæ Romanæ ius repetebant, non secus atque olim a conuersa Dardania, totaque Thessalia: Latinos tum etiam Sacerdotes in Bulgaria sacra administrare, nec deesse Episcopum, a quo suæ fidei fundamenta habuere, quem ipsi ita annuente Pontifice in Archiepiscopum eligere possent: necnon Michaëlem principem statim ab ipso suæ conuersionis initio cum totius Regni populo se Beato Petro Apostolorum principi tradidisse. Sed Legatis Pontificijs alia agentibus nihil definitum est anno 879. Adriani secundi anno 3. Interim Petro Legato misso ad Pontificem, Adrianus ita postulantibus Archiepiscopum mittit. Tum Constantinopoli Patriarchatui præerat Ignatius, qui, auxilio Basilij Imperatoris, in eam prouinciam tanquam ad suam Diœcesim pertinentem creatum a se Episcopum vna cum alijs Clericis ad exercendum Episcopalia munera legat. Quis nam hic fuerit, non omnes indicant. Annalium scriptor ait ex aliorum relatione, Theophylactum fuisse vocatum. Anastasius in historia Octauæ Synodi; *At Michaël Bulgarorum princeps, vt columna mansit immobilis. Donec eorundem Græcorum fraude deciperetur scribentium ei, atque dicentium, quod patria illa vtrum Romano, an Constantinopolitano Pontifici subdi debeat, inter Vicarios Romanos, Patriarchamque Ignatium Constantinopoli disceptatio fuisset canonice ventila-*

tilata, & coniunctis Romanis Orientis sedium loci seruatores iudicauerint, Vulgarorum Diœcesim illi vrbi forte subijciendam, cui ante Vulgarorum aduentum sub debatur, cum alia sit in mundanis negotijs, alia in Ecclesiasticis dispositio iuris. Et quamuis Regio illa Græcis fuerit antea subdita, nullam tamen in ea sibi ius vindicare legitime, quam armis olim amissam, per tot tempora bellando recipere non valuerant, quamuis & priusquam Græcis fuerit antea subdita, Romani hanc possedisse patescant, nec illam Græci, vt supra monstratum est, tenuisse memorentur, dum sceptris Romanicis potirentur, quamquam & si huic Græci Principes regioni, quantum ad rempublicam attinet, dominati sint, &c. Primum itaque Creyghtoni mendacium est, hunc Theophylactum a Photio missum fuisse, cum tum depositus Photius, & exterminatus, sibi potius quam Bulgaris prouidere cogeretur. Alterum est Theophylactum fuisse eum, qui a perenni lectione Sancti Chrysostomi, quem in succum, & sanguinem conuerterat. Theophylactus siquidem ille, qui ex Chrysostomi Commentarijs suas in diuina eloquia lucubrationes concinnauerat, Theophylacto misso ad Bulgaros ducentis annis posterior est, tanquam qui sub Ducis ætatem agebat, vt poterat lampadem præferens Annalium scriptor admonere. Tertium est, quæ de illius doctrina atque eloquentia prædicas. *Theophylactum facundissimum virum, nec non opinionem suorum de non violando interpolatis dictionibus Symbolo acerrimum propugnatorem, eo direxit donatum sacris infulis, &c.* Creyghtone parum circumspecte Theophylacti famam inquinas, & tantum hominem falsum facinus insimulas, cum eundem additionis propugnatorem affirmas. Ille siquidem multo alijs, qui contra Latinos inuecti sunt, æquiorem se & mitiorem præstitit; quod discere poteras, si illius scripta præ manibus non habuisses, ex Demetrij Chomateni, ad Constantinum Cabasilam Responsionibus, qui ex Theophylacti ad Nicolaum Diaconum, & Castrensem,

ſem, tandemque Meleſobæ Epiſcopum, neglectis alijs Latinorum conſuetudinibus, & ritibus, quos reliqui Schiſmatici in crimen vertunt, in ſolo articulo de proceſſione Spiritus ſancti eum non conſentire tradit; Ἐπὶ μόνῃ δὲ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως οὐδαμῶς συγκεχωρήκεσαν, καὶ συνῄνεσαν, ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ σοφώτατος Βουλγαρίας ὁ μακαριστὸς Θεοφύλακτος. *In ſolo autem articulo de Sancti Spiritus proceſſione nequaquam aſtipulati ſunt, nec conſenſerunt, quorum vnus eſt, & ſapientiſſimus Bulgariæ, beatus Theophylactus.* Verba Theophylacti leges apud Chomatenum. Et præterea in hoc eonem articulo benignius, ac indulgentius alijs, quos ipſe douerim, ſe geſſit. Verba illius Ioannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus Orat. prima de vnione Eccleſiarum exſcribit; Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις συγχωρήσω χρῆσθαί σε τῇ λέξει τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύσεως, ὡς ἡ γλῶττά σοι δίδωσι ἐν κοινοῖς λέγω λόγοις, καὶ ὁμιλίαις ἐκκλησιαστικαῖς, εἰ βούλει, ἐν δὲ τῷ συμβόλῳ οὐ συγχωρήσω. *In alijs quidem concedo tibi vocem vſurpandam Spiritus ex Patre, & Filio proceſſionis, vt tibi lingua permittit, in communibus nempe ſermonibus, & colloquijs, ſi allubeſcit, in Symbolo vero ſolo non concedam.* Quare merito ſubdit Veccus; ἀποδέχομαί σου τὸ τῆς ψυχῆς ἱλαρὸν, καὶ διαγινώσκω πολλὴν δοῦναί σε τὴν ἐπὶ τῇ ἑνώσει ῥοπὴν, εἴγε ὀλίγους τινὰς τῶν κατὰ σὲ τότε τοῦ ἀρχιερατικοῦ κοσμουμένων καταλόγου, ἐξεγένετο εὐνοϊκοὺς συνηγόρους τῆς οἰκείας προθέσεως ἔχειν. *Exoſculor animi tui candorem, & agnoſco vnioni te magnum pondus addidiſſe, ſi paucos quoſdam tuo æuo inter Præſules eximios, & conſpicuos tibi contigiſſet proprij propoſiti deprecatores habere.* Et tu eum de non violando Symbolo acerrimum propugnatorem hominem adeo propenſum in Latinos, & facilem, quia genium hominis ignoras, qualem velles eſſe, calamo iſto tuo nocere tantum genito, fatue depingis. Miſſus itaque fuit is, quiſquis fuerit ab Ignatio. Quartum eſt Bulgaros *communione linguæ cum Græcis fuiſſe finitimos*. Quintum eſt, *diſciplinæ Eccleſiaſticæ vſu fuiſſe Græ-*

Græcis finitimos. Cum in prima conuersione habuerint ritus, & consuetudines Latinorum, quas illis tradiderat Nicolaus Pontifex Romanus, vt videre est ex eiusdem Epistolis ad Michaëlem. Licet modo exterarum gentium immixtione Bulgarica, Dalmatica, & Græca lingua vtantur, vt scribit Crusius ex Gerlachio in Turcogræcia, Ideoque Ignatius de iure vsurpato notatur. Et mirum nonnullis videtur, cum iam a Romano Pontifice accepissent, vt Bulgari sibi eligerent ab eodem consecrandum; *Et satis constat*, scribit doctissimus, atque artibus ingenuis omnibus instructissimus Melchior Incofer in Annalibus Ecclesiasticis Regni Vngariæ, *in contentione illa, de qua superiori anno egimus, a Legatis Apostolicæ Sedis vetitum Ignatio recens sedi restituto, ne quid in hac re iniussu Romani Pontificis attentaret, idque eum his verbis recepisse: Absit a me, vt ego his præscriptionibus contra decorum Sedis Apostolicæ implicer, qui nec iuueniliter ago, vt mihi subrepere valeat: nec ita similiter deliro, vt quod in alijs reprehendere debeo, ipse committam. Hæc Ignatius*. Cum vero Ignatius non desisteret, & fauore Imperatoris fultus, in possessione continuaret Adrianus datis ad Basilium literis inter alia satis acriter perstringit Ignatium præsumpsisse: & vt in posterum ab eiusmodi dispositione coërceatur monet, vitaturus vltionem. Adrianus Basilio, Constantino, & Leoni Imperatoribus; *Et præterea, & aliud, quod prima pietatis vestræ opera, vel circa Sedis Apostolicæ prioris benignitatis indicia contra spem nostram decolorasse conuincitur; imo funditus destruxisse probatur: videlicet quia fauore vestro, frater & coëpiscopus noster Ignatius in Bulgarorum regione consecrare præsumpsit Antistitem; vnde mirati sumus, & quia a pia intentione vestra retro reuersi sitis, admodum obstupuimus. Veruntamen saltem nunc iam dictum reuerendissimum Præsulem ab illius regionis dispositione, salubribus monitis, quæsumus coërcere: alioquin nec ipse canonicam effugiet vltionem; nec ijs, qui præsulatus, vel alterius officij sibi nomen*

illic

illic vſurpant, cum excommunicatione, qua iam tenentur aſtricti, etiam proprij gradus iactura carebunt. Et licet Ignatius de iniuſta occupatione Bulgariæ a Romanis Pontificibus, excommunicatione etiam denunciata, niſi intra dies triginta reuocaret ad ſe ordinatos Epiſcopos Bulgariæ, monitus, non inueniatur reuocaſſe, eum nihilominus Baronius extra omnem culpam ponit, vt ſupra diximus. Eundem nempe vſque ad obitum in communione Romanæ Eccleſiæ plane demonſtrant Ioannis plures Epiſtolæ ad diuerſos poſt illius deceſſum. Quod Stylianus Metropolita Neocæſarienſis Epiſtola ad Stephanum, in qua rerum geſtarum aduerſus Photium texuit hiſtoriam, euidenter affirmat, aduentum Legatorum Apoſtolicæ Sedis Pauli, & Eugenij Conſtantinopolim contigiſſe poſt obitum Ignatij: Sicque neceſſario oportuit eum antequam recepiſſet ab eis literas peremptorias excommunicationis, iam ex hac vita migraſſe. Et ſupra laudatus Incoferus *aſſerentium ſententiam reijcit, poſt peractam Octauam Synodum referentibus geſta Sedis Apoſtolicæ Legatis, Adrianum vltro id Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarchis indulſiſſe, merito Ignatij ita flagitante, quando id Adrianus ſcriptis deinde ad Baſilium literis inter alia ſatis acriter perſtringit, fauore nimirum Imperatoris Ignatium præſumpſiſſe, vtque in poſterum ab eiuſmodi diſpoſitione coërceatur, monet, alioquin canonicam haud vitaturus vltionem*.

Vt vt ſit, a Theophylacto primo Græcorum in ijs Prouincijs Archiepiſcopo, ſtetit ea gens tota ſub primatu Conſtantinopolitani Patriarchæ vſque ad noſtrum Iſidorum ſupra quingentos annos, quem Cardinalem Sabaudiæ Chalcocondylas appellat, euectum non alia reor de cauſa a Pontifice Eugenio, quam vt tanto ſplendoris incremento, & munificentia Papali, ditionem Eccleſiaſticam principatus ſui Metropolitici pendere in poſterum a ſucceſſoribus Petri meminiſſet. Creyghtonus ſemper ille ipſe eſt, & ſui ſimilis, & ex eodem libro exſcribit omnia. Vt ſupra de iu-

rifdi-

risdictione Bulgarorum, ita nunc de eorum in fide Græcorum constantia narrationem peruertit; sic iuratus hostis est veritatis. *Sub primatu Constantinopolitano vsque ad nostrum Isidorum supra quingentos annos stetit ea gens tota.* Et tamen tradunt historiæ sub Leone Macedonis filio, & Formoso Pontifice, cum bello perplures annos lacesserentur, vinculum inter eos, & Græcos dissoluisse, & sublata spirituali præfectura, quam Græci sibi in ea prouincia vindicauerant, Romanæ Ecclesiæ se rursum sponte subiecisse. Postmodum ab exteris vexati debellatique nouis cessere mutationibus. Et in hunc diem vsu promiscuo, & compascuis agris Græci Latinique simul sub dominio Barbarorum vitam transigunt: tum qui Latinorum, tum qui Græcorum ritibus addicti sunt, sub Archiepiscopis Episcopisue Græci ritus Græci, Latini Latinis per Romanum Pontificem ordinatis. Quidquid sit de Græcis, Latini sunt Metropolitę Achridenus, & Martianopolitanus: Martianopolitano subsunt Nicopolitanus, & Dionysiopolitanus, siue Varnensis: Achrideno Sardiensis, & Scopiensis, qui Pontificiorum consuetudines Ecclesiasticas curant. Et vt clarius res elucidetur; *A Theophylacto primo Græcorum in ijs prouincijs Archiepiscopo.* Inculcatur sine scopo, & ratione ipsa conuincitur, & rerum gestarum narratione. Nanque ante dictum Theophylactum Bulgari anno Christi 845. cum pestilentia, & fame bonis exturbarentur, funditusque extinguerentur, Bogaris sororis in aula Theodoræ Imperatricis baptismo intinctæ, & sacris Christianorum edoctæ, tumque in libertatem vindicatæ monitis, in Christianam religionem procliuis, admissurum se Christum, in se recipit, si lues illa effusis in Christum precibus pelleretur. Nec mora; communi voto Christus inuocatus malum, & noxiam pellit. Hinc ipse a Theodora Augusta Præsule misso sacro fonte abluitur. Optimates regni factum detestati, immani seditiosorum

manu coacta Bogarim frangere prælio conantur. Nouo is molimine ad Christum pristinæ calamitatis depulsorem recurrit, & prælato signo Crucis collatis signisque aduersarios debellat, & parta victoria vniuersa gens Christianis sacris imbuitur. Si Theodora Augusta Pontificem ad id muneris idoneum misit; ergo inepte Theophylactus primus in illis prouincijs Græcorum Archiepiscopus, & qui dicitur ab Ignatio, vel a Photio, missus astruitur. Annos post vnum & viginti Michaël Bulgarorum Rex sacro baptismate cultum Idolorum expians, ad Nicolaum Pontificem datis literis exquirit, quid sibi vlterius pro salute, quid apud populum adhuc baptismi expertem agendum esset? Nicolaus Paulum Populoniensem, & Formosum Portuensem magnæ sanctitatis Episcopos misit, vt illos doctrina, & exemplis emollitos ad veram, integramque fidem allicerent, & radicem religionis altius in eorum animis insererent, reuellerentque quæ illis falsa dogmata Græci Schismatici, Armenique subdole disseminassent: Constantinus Porphyrogenneta in vita Basilij Macedonis narrat, hunc Basilium, vt Bulgaros confirmaret in fide, misisse Archiepiscopum, & Episcopum in Bulgariam; Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν Βουλγάρων γένος εὑρίσκεται διατεγονώς. τὸ γὰρ τοιοῦτον ἔθνος εἰ καὶ πρὸ τούτου τὴν πρὸς εὐσέβειαν μεταβολὴν εἰσδέξασθαι ἔδοξεν, καὶ πρὸς τὸν χριστιανισμὸν μετηχθεῖν, ἀλλ᾽ ὅμως ἀπαγὲς ἦν ἔτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀνίδρυτον, ὡς ὑπ᾽ ἀνέμου φύλλα ῥαδίως σαλευόμενον, καὶ μετακινούμενον. ἀλλὰ ταῖς τοῦ Βασιλέως συχναῖς παραινέσεσι, καὶ ταῖς λαμπραῖς δεξιώσεσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς μεγαλοψύχοις φιλοτιμίαις τε καὶ δωρεαῖς Ἀρχιεπίσκοπόν τε πείθεται καταδέξασθαι. καὶ ἐπισκόποις καταπυκνωθῆναι τὴν χώραν ἀνέχεται, καὶ διά τε τούτων, διά τε τῶν ἐξ ὀρέων τε, καὶ τῶν σπηλαίων τῆς γῆς μετακληθέντων, καὶ ἐκεῖσε παρὰ τοῦ Βασιλέως ἀποσταλέντων τῶν εὐλαβῶν μοναστῶν, τά τε πατρῷα ἤθη καταλιμπάνει, καὶ ὁλόκληρον τῷ Χριστῷ σαγηνεύεται. *Nec alia ratione se cum Bulgaris gessit. Hæc enim natio licet ante ipsum pietatem amplexari visa est, & Chri-*

Christianorum ritus recipere, nihilominus ad bonum nondum confirmata indurerat; sed, veluti a vento folia, facili negotio agitabatur, dimouebaturque. Porro frequentibus Imperatoris adhortationibus, munificisque officijs, nec non magnificis muneribus largitionibusque suadetur Archiepiscopum admittere, regionemque illam Episcoporum frequentia stipari: & per hos, perque eos etiam, quos e montibus speluncisque accersiuerat Imperator, eoque miserat, religiosos Monachos, auitas consuetudines relinquens, integre ad Christum irretitur. Non ergo sibi constat Creyghtonus, qui scribit; *Photius vt primum a Basilio instauratus solium obtinuisset, quo exciderat, Theophylactum eo direxit. Stetit ea gens tota sub primatu Constantinopolitani Patriarchæ vsque ad nostrum Isidorum quingentos annos.* Et tamen nondum intermortua memoria est Leonis Imperatoris Basilij Macedonis filij conatus contra Bulgaros, etiam pessimo exemplo Turcarum, & infidelium suppetijs, qua occasione dissoluto inter Bulgaros, & Constantinopolitanos pacis vinculo, proceres illius gentis, & Ecclesiæ Bulgariæ, quos Græci varijs artibus sibi vindicauerant, ad Ecclesiam Romanam concessere sub Sphendoplecto post Rhasisthlauum Morauorum Rege, & Bichnico Episcopo. Idque disco ex Auctore satis Antiquo in vita Clementis Bulgarorum Episcopi, narrante, tum temporis, anno scilicet sex millesimo trecentessimo septuagesimo septimo ab Orbe condito, qui est Christi octingentesimus septuagesimus nonus, opera solertiaque Sanctorum Cyrilli, & Methodij eo a Pontifice Romano missorum Bulgaros sacris Christianis imbutos Baptismate initiatos fuisse. Scriptori alacriores aures præbebis, quod Schismaticus, & sententiæ processionis Spiritus ex solo Patre addictissimus, & propugnator acerrimus est. Ἦν γὰρ ὁ Βορίλας οὗτος καὶ ἄλλως γνώμης δεξιᾶς, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ δεκτικῆς, ἐφ' οὗ καὶ τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος τοῦ τε καθαγιάδης βαπτίσματος, καὶ χρι· τιανίζειν ἤρξατο. ὅτε δὲ καὶ οἱ ἅγιοι, Κύριλλος φημὶ καὶ Μεθόδιος τὸ πλῆθος τῶν πιστευόντων ἰδόντες, καὶ ὡς πολλὰ

μὲν τέκνα γεννῶνται Θεοῦ δι' ὕδατός τε καὶ Πνεύματος, καὶ τροφῆς δὲ πάντως πνευματικῆς δέονται, γράμματά τε ἐξεύρατο, καθὰ προειρήκαμεν, καὶ τὴν τῶν γραφῶν ἐπὶ τὸ Βουλγαρικὸν μετάθεσιν ἐποιήσαντο. ἵνα τὰ γεννηθέντα τέκνα Θεοῦ, καὶ θείας τροφῆς ἱκανῶς ἔχοιεν, καὶ εἰς αὔξιν πνευματικὴν, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ Χριστοῦ ἀνατρέχοιεν. καὶ οὕτω τῆς σκυθικῆς πλάνης τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος ἀπαλλαγὲν, τὴν ἀληθινὴν καὶ ἀπλανεστάτην ὁδὸν, τὸν Χριστὸν ἐπέγνωσαν, ὀψὲ μὲν καὶ περὶ τὴν ἑνδεκάτην, ἢ δωδεκάτην, τὸν θεῖον δ' οὖν ἀμπελῶνα εἰσεληλυθὸς, τῇ τοῦ καλέσαντος χάριτι. ἐν ἔτει γὰρ ἑξακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ τῆς τοῦ κόσμου γεννήσεως τοῦ γένους κλῆσις γεγένηται. *Erat autem Borilas hic ſane alioqui mentis compos, & ad bonum admodum perfacilis, ſub quo gens Bulgarorum ſacro lauacro ablui, & Chriſtiano vitæ genere vitam traducere cœpit. Cum & Sancti Cyrillus atque Methodius multitudinem Chriſtianorum cernentes, & vt multi Dei filij per Spiritum, & aquam naſcerentur, qui omnino ſpiritali cibo indigebant, literarum notas comperere, vt iam diximus, & ſacrorum Librorum interpretationem in linguam Bulgaricam moliti ſunt. Vt natis Dei filijs diuinum alimentum abunde ſuppeteret, & in aumentum ſpirituale, & menſuram integræ validæque Chriſti ætatis excreſcerent; & hoc pacto a Scythicis erroribus vindicata Bulgarorum natio, veram & infallibilem viam, Chriſtum apprehenderet: tarde quidem, & circa vndecimam, aut duodecimam in diuinam vineam ingreſſi gratia illius, qui eos accerſiuerat: Anno ſiquidem ſex milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo ab Orbe condito nationis illius vocatio effecta eſt.* Et infra cum eorum a Græcis ad Latinos tranſitum commemorat. Interim tu Schiſmaticum loquentem audi, & in Latinos iniurium; Τὸ δὲ τῶν αἱρετικῶν σύστημα τῇ τοῦ λόγου δυνάμει, καὶ τῇ ἀληθείᾳ νικώμενον, οὐ μόνον ἠδυνάτο, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν ὑπεβάλλοντο τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου, καὶ τῷ κακοποιεῖν ἐγκαυχώμενοι, τοῦτο δὴ καὶ εἰργάζοντο, καὶ τὸν Σφενδόπλικτον μετὰ Ῥαστισλάβου ἦρξε Μοράβου προσληφθέντος ἀπάτῃ βάρβαρον ἄνδρα, καὶ τοῦ καλοῦ ἀννενόητον, ὅλον τῆς δόξης ἑαυτῶν ἐποιήσαντο. τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἐκεῖνος ἀν-

δρα-

ἀνδράποδον γυναικείων ἡδονῶν ὤν, καὶ τῷ βορβόρῳ τῶν μυσαρῶν εἰλκυλινδούμενος πράξεων, ἐκείνοις μᾶλλον διδόναι τὴν οἰκείαν γνώμην, τὴν θύραν αὐτῷ πρὸς τὰ πάθη πᾶσαν ἀνοίγουσιν, ἢ Μεθοδίῳ τῷ πάσης ἡδονῆς πικρίαν ψυχόλεθρον στηλιτεύοντι. ὅπερ γὰρ Εὐνόμιος ἐκεῖνος, ὁ τῆς τῶν Ἀνομοίων ἄρξας αἱρέσεως ἐξεῦρε πρὸς τὸ μαθητὰς ἐπισπᾶσθαι πλείονας, τοῦτο δὴ καὶ τὸ τῶν Σπραγγῶν ἀνόητον ἐπενόησε, τὸ τοῖς ἁμαρτάνουσι φημὶ πάντα συγχωρεῖν. καὶ τὰ ἑξῆς. *At Hæreticorum cohors*, ita vocat Latinos Schiſmaticus, *vi ſermonis, & veritate ſuperatum iam Sphendoplectum, qui poſt Rhaſiſthlauum regnum obtinuit, fraudibus ſeductum, virum incultum atque barbaris moribus, nec rei laudabilis capacem, totum in propriam opinionem traxerunt. Et quid aliud facturus erat ille muliebrium voluptatum mancipium, & execrandarum actionum cœno conuolutus? illorum potius adhæreſcit ſententiæ, qui fores illi ad omne nefas aperiunt, quam Methodio omnis voluptatis virus animo noxium exagitanti. Quod enim Eunomius ille, Anomœorum hæreſis primus inuentor ad alliciendos ad ſe plures diſcipulos, hoc ipſum & ſtolidorum Francorum gens adinuenit; peccatoribus ſcilicet omnia permittere*, &c. Addit præterea multa, Latinos, & Pontificios aſpere grauiterque oppugnans. Et cum VVichinus Presbyter, quem ipſe Vilchnicum nominat, a Sphendoplecto ad Ioannem Pontificem directus, conſecratus ab eodem Nitrenſis Eccleſiæ Epiſcopus rediijſſet, vt ex Epiſtola Ioannes 197. colligitur, partes Latinorum, & cauſam ſuſtinens, Græcorum Epiſcopi extra Bulgariæ fines eiecti, plures contumaces, & obfirmatæ voluntatis in tutandis Græcorum conſuetudinibus, varijs ſupplicijs coërciti ſunt, & regno pulſi, quod fuſe narrat idem Anonymus ibidem; Τοῦτον μὲν τῆς ἐπισκοπικῆς ἀρχῆς παραλύουσι, Βιλχνικον δέ τινα τοῦ τῆς αἱρέσεως ἀκράτου μεθυσθέντα, καὶ τοὺς ἄλλους μεθύσκειν δυνάμενον. καὶ μέντοι διὰ τοῦτο παρὰ τοῦ Μεθοδίου τῷ τοῦ ἀναθέματος Σατανᾷ παραδοθέντα μετὰ τοῦ θιάσου τῶν σὺν αὐτῷ μαινομένων. τοῦτον, ὦ πόνοι, καὶ ἀγῶνες τοῦ Μεθοδίου, καὶ Τριὰς συγχεομένη τὰς ἰδιότητας ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγουσι, μᾶλλον δὲ τὸν θεό-

θρόνον διὰ τοῦτον καθαίρουσιν, ὅσῳ διὰ Μεθόδιον ἔνδοξος ἦν, καὶ τῶν πολλῶν προφαινόμενος, τοσούτῳ διὰ Βιχνίκον τῇ τῆς ἀξίας κοιλάδι ἐπικλινόμενον. *Hunc quidem*, nempe Gorasdum discipulum Methodij, *Episcopali dignitate spoliant, VVichnicum vero quendam hæresecs temulentia debacchantem, & alios quoque in eandem ebrietatem allicere idoneum, propterea que anathemate subactum, satanæque traditum vna simul cum alijs eiusdem factionis insanientibus. Hunc, o labores, & certamina Methodij, & Trinitas in proprietatibus confusa! in sedem promouent, quinimo sedem per hunc ipsum deponunt, quæ quanto Methodij causa gloriosior erat, & alijs illustrior, tanto VVilchnici causa in dignitatis conualle declinatior.* Et hæc quidem Schismaticus, ne plura referam, cui tu plane sicuti tuo Photio, Ephesio, & Syropulo fidem non negabis. Qua ergo fronte scribis; *a Theophylacto primo stetisse eam gentem totam sub primatu Constantinopolitano Patriarcha vsque ad nostrum Isidorum supra quingentos annos? Theophylacto primo in illis Prouincijs Archiepiscopo.* Constantinus Porphyrogenneta, qui vitam & res gestas Basilij aui accurate conscripsit, cuius testimonium vti verosimilius, cum circa ea tempora vixerit, alijs præponendum videtur, ante Theophylactum alium, Adrianopolitanum, nomine Manuelem, ex Adrianopoli per Crumum capta, in Bulgariamque deductum, multos ex Bulgaris, cum nondum illa gens ad pietatem aduenerat, ad veram Christi fidem adduxisse, commemorat, & multis in locis Doctrinæ Christianæ semina iecisse, quo iracundia percitum Mutragonem Crumi successorem, Manuelem virum sanctissimum multosque alios, & inter alios Basilij parentes, qui ibi ex capta Adrianopoli seruitio pressi adducti fuerunt, cum adhuc Basilius fascijs deuinciretur, in fide persistentes, fustibus concisos, necique traditos inter Martyres collocauit. Ex Constantino sua exscripsit Cedrenus. Horum Martyrium Crumo, Incofer, quem ipse Crunnum appellat, ascribit,

bit, Anno Chriſti 813. *Captumque Epiſcopum Manuelem virum ſanctiſſimum, brachijs prius amputatis, mox gladio per medium diſſectum feris ad deuorandum obiecit.* Ante ergo Theophylactum Manuel iſte Adrianopolitanus Martyr, Chriſtianæ fidei ſemina, & documenta in Bulgaria proiecerat, quæ altiſſimas fixaſque egit radices, vt & Chriſti martyres in lucem ſuſcepti, & cœleſti ſpiritu exciti in dies aucti fuerint. Sed cum in Menologio Baſiliano vna cum Manuele duorum aliorum Martyrum nomina pronuncientur Greorgij, & Leonis, non abs re fuerit, illius quoque verba exſcribi menſis Ianuarij 22. Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μανουὴλ, Γεωργίου, Λέοντος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἀθέων Βουλγάρων σφαγέντων ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου. Ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου Κροῦμος ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων μετὰ λαοῦ πολλοῦ ἀπελθὼν εἰς Ἀδριανούπολιν τῆς Θρᾴκης, ἐκράτησεν αὐτὴν νόμῳ πολέμου, καὶ μετὰ τῆς πόλεως ἐπίασεν καὶ τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Μανουὴλ, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἀποκόψας ἀπὸ τῶν ὤμων πρῶτον, ἔπειτα μέσον μετὰ τῆς σπαθίου κόψας, ἔρριψε τοῖς θηρίοις βρῶμα. καὶ διὰ τὴν ἀμαρτίαν τυφλωθεὶς ἐμισήθη παρὰ τοῦ οἰκείου λαοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ μετὰ σχοινίων ἀπεπνίγη. διαδεξάμενος δὲ τὴν ἀρχὴν τῶν Βουλγάρων Τζόκος ὁ ἀθεώτατος συνήγαγε πάντας τοὺς κρατηθέντας χριστιανοὺς, στρατηγοὺς, πρεσβυτέρους, διακόνους, καὶ λαϊκοὺς, καὶ κατηνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν χριστιανισμόν. οὔπω γὰρ ἦσαν οἱ Βούλγαροι χριστιανοί. καὶ μὴ πεισθέντας; τοὺς μὲν ἀπεκεφάλισεν, τοὺς δὲ διαφόροις τιμωρήσάμενος καὶ ἀνηλεῶς ἐφόνευσεν. *Certamen Sanctorum Manuëlis, Georgij, & Leonis, & Sociorum ab impijs Bulgaris peremptorum ſub Imperio Leonis Armeni. Imperante Leone Armeno Crumus Bulgarorum Princeps cum copioſo exercitu Adrianopolim Thraciæ peruectus iure belli captam vaſtauit, & vna cum vrbe ſanctiſſimum Epiſcopum Manuelem in ſeruitutem abduxit, & ex humeris manibus illius abſciſſis, poſtmodum medium diſſectum beſtijs in cibum proiecit. Et ob hanc iniquitatem obcæcatus, & proprio populo inuiſus ab eodem fune præcluſis faucibus ſpiritum eliſit. Cum vero in principatu ſucceſſiſſet illi Tzocus*

impijſ-

impijssimus, omnes, quotquot erant abducti Christiani, duces exercitus, Sacerdotes, Diaconos, & seculares compulit, vt fidem Christianam eiurarent: nam tum temporis Bulgari Christo nomina nondum dederant, & eos, qui illius voluntati non cesserant, partim capite obtruncauit, partim varijs tormentis crudeliter affectos neci tradidit.

Et hæc quidem de Bulgaria, & de lite inter Patriarcham Constantinopolitanum, & Pontificem Romanum satis sint. Hinc concluditur Marcum Antonium de Dominis lib. 3. cap. 12. num. 13. summopere nugari, cum colligit ex hoc facto Bulgariæ, *Signa manifesta esse Romanum Pontificem, Principem totius Ecclesiæ olim habitum non fuisse*. Nescit enim distinguere inter contentionem de iure regiminis supremi, & Patriarchali. Vt enim Monarcha secularis in quibusdam Prouincijs Imperij sui remotioribus Principes, & Duces ordinat, qui sub ipso illas tanquam proprias Prouincias regant: nonnullas tamen prouincias sibi integre seruat, quæ nullum Principem habeant præter illum, qui sit etiam totius regni supremus Princeps. Sicut ergo contingit sæpe Monarcham cum Principe sibi subdito contendere de ciuitate aliqua, ad quemnam ex ipsis proprium illius regimen pertineat, neque hoc eius Monarchiæ officit: ita nonnunquam Romanus Pontifex cum Patriarchis alijs controuersias habet de Prouincijs nonnullis, ad cuius Patriarchatum illæ proprie pertinent. Quare Marci Antonij illatio contra præeminentiam Pontificis Romani nulla est. Plura de his leges apud Fidelem Annosum Verementanum in Monarchia Ecclesiastica lib. 2. cap. 6. num. 22.

Pag. 37. *Photius non minus sui iuris securus sedebat in solio a Paparum contumelijs, dum vixit, quam post mortem supinus iacebat in sepulchro. Iam mundus ætate prouectior vindicias dedit secundum libertatem: & mortales plurimi a Photij exemplo didicere, istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant, in* maio-

maiorem strepitum, quam stragem: fulgur decurrens multa territat animalia, sed rarum cadit bidental. Restitutus enim in solium Photius in oculum vtrumuis conquiescebat: Tam tranquillum siquidem erat forum, quam mare est, cum alcedo pullos educit suos. Facta inficiatur mirifice Creyghtonus, quem omnes illius temporis scriptores coniuincunt palam, & præhendunt mendacij manifesto modo. An tranquillitas animi, & securitas adesse potuit homini arrogantiæ, atque insolentiæ pleno, & ob damna accepta efferato, & bile præcordijs inæstuante furibundo? explicet Creyghtonus. An restitutus in solium, præscriptis Ioannis Pontificis non obtemperans, execrandus & detestabilis omnibus, ab eodem etiam promotorum ordinatio, vti a laico facta, decreto Synodali nulla declarata, ideoque illis parum fidens; & quod nec contemnendum est, Leonis Basilij filij, & illius necessariorum iracundia nondum extincta, sed in horas atque momenta accrescente, sui iuris in solio sedere securus potuerit ab aliorum contumelijs, dum vixit? Id plane Epistolæ ipsius ad Familiares declarant. *Quam post mortem supinus iacebat in sepulchro.* Supinum iacuisse in sepulchro post mortem corpore, non ita de facili Græci concedent, qui excommunicatos post mortem instar tympani tumescere experientia ipsa edocti credunt. Lege Crusij Turcogræciam, & Iacobi Gorscij Animaduersiones, siue Crusium. Animo certe non iacuit; quod animæ sempiternis ignibus concreditæ, & tormentis continuis diuexatæ, omnique spe salutis orbatæ, nulla requiete fruantur: Ni tu vna cum corpore in eodem tumulo animam quoque tumulatam, & defunctam existimes. Ideoque tuum Photium supinum etiam post mortem iacuisse tradis. Ita tu impetu magis, quam consilio, rerum pondera conspicis. *Quam post mortem iacebat in sepulchro.* An putas absque dubio esse Photium throno a Leone eiectum, domo, fo-

ro, penatibus extorrem, communione, ingreſſuque templi a Præſulibus tum Orientalis, tum Occidentalis Eccleſiæ ſecluſum, in morte portum, eumque tranquillum corporis habuiſſe, & ſepulturæ locum impetraſſe; an proiectum infame cadauer ſuper terram, beſtijs ac volatilibus cœli eſcam fuiſſe, exſiccataque oſſa irrequieto motu hinc inde diſperſa, tum demum in puluerem conuerſa ad extremum vſque diem iudicij ventis agitata interquieſcere? Ego Photium vixiſſe nunquam de ſuo ſtatu ſecurum, etiam non quærendo inueſtigo, demortuum non eſt quod quæram: certum enim mihi eſt, ipſa natura duce. At tumulo contectum, eia eſfare, quis vnquam ex ſcriptoribus etiam Schiſmati addictiſſimis, & illius fautoribus dixit, quod non tacuere de Ignatio? Et tu ore impudenti audes dicere, eum *non minus ſui iuris ſecurum ſediſſe in ſolio a Paparum contumelijs dum vixit, quam poſt mortem ſupinus iacebat in ſepulchro?* Et tamen antequam efflaſſet animam, a Leone in ſententia Paparum curſu vadente de ſolio eiectus eſt.

Pag. 34. *Noſtrum Iſidorum Cardinalem Sabaudiæ Chalcocondylas appellat.* Natus es infelicibus ouis Creyghtone, quando felicitates, quas manibus tenere potes, aduerſæ ſunt. Erat in promptu Chalcocondylas, ex quo, dum hæc ſcriberes, addiſcere poteras, non ſemel ſcribente, hunc Iſidorum Sarmatiæ non Sabaudiæ eſſe Cardinalem. Sed vt in reliquis ſcientijs, ita & in Geographicis excellis, qui Sarmatiam in Sabaudiam, & Sabaudiam in Sarmatiam propera feſtinatione, auſu tamen tuo tranſportas. Sicuti etiam eodem momento Ruſſiam in Bulgariam, & Bulgariam in Ruſſiam, cum addis; *Iſidorum hunc Cardinalem Sabaudiæ, non alia de cauſa, euectum fuiſſe ab Eugenio, quam vt tanti ſplendoris incremento, & munificentia Papali ditionem Eccleſiaſticam principatus ſui Metropolitici pendere in poteſtatem a ſucceſſoribus Petri meminiſſet.* Anne Kiouienſis Metropo-

tropo-

tropolita, idem & Bulgarorum Ecclesiæ præest? σαυτῷ ταῦτα παραφρόνει, καὶ φλυάρει. Sed nolo tibi molestus esse. Felicitates, vt iam dixi, aduerso flumine ruunt, quando tu, quod recte forte scripseras, Amanuensis, vel Typotheta in putidum errorem detorsit. Hic, Bernardo de Rosergio autore, fuit patria Thessalonicensis, Tituli Sanctorum Pauli, & Marcellini Cardinalis, & administrator perpetuus Pontificalis Ecclesiæ Ruthenæ. In Florentino subscribitur *Episcopus Kiouiensis, & totius Russiæ*. Alij, quamuis Ruthenus diceretur, Constantinopolitanum fuisse tradunt, & creatum Cardinalem ab Eugenio IV. Florentiæ anno 1439. tum cum in Concilio Florentino, Ecclesia Græca, & Latina consensere, discimusque ex Olao Magno, quod ille ex sui germani fratris libris descripserat, & fuisse Primatem Moschouitarum, venisseque cum centum equis in Concilium, in quo Cardinalis creatur, ob bene nauatam operam pro vnione, non ea causa sola, vt tu inique existimas, vt ditionem Ecclesiasticam Principatus sui Metropolitici pendere in posterum a successoribus Petri declararet, sed vt Romanæ Ecclesiæ in se collata beneficia agnosceret. Singulare siquidem Romanæ Ecclesiæ est, gratam non videri tantum, sed & esse: imitatur siquidem agros fertiles, qui multo plus afferunt illis, qui profuerunt, quam acceperunt: &, cum referre gratiam potest, beneficium non eadem mensura reddit, sed etiam cumulatiore. His catenis suos constringit. His ansis aureis vincit, vt semper viua memoria, & gratia extet. Et cum natura omnibus insitum sit, comitatem, benignitatem, gratiam, animum, & beneficij memorem diligere, & e contrario superbos, maleficos, crudeles, ingratos aspernari, & odio prosequi, homines rationis compotes, & pietati addicti, matrem beneficentissimam proniores sibi demereri, etiam cum vitæ dispendio, si opus fuerit, etiam at-

que etiam satagunt. Sic Isidorus tanti splendoris incremento, munificentia Papali euectus, in suam Ecclesiam reuersus, beneficiorum memor, dum populis obedientiam Romanæ Ecclesiæ debitam mira animi flagrantia prædicat, ab illius regionis incolis trucidatur, tempore Eugenij quarti, & Alberti Imperatoris anno 1440. Si Archiepiscopo Vpsalensi fides habenda est. Quod ideo dico, quia, vt narrat Platina, hic cum audiretur, Turcas aduersus Constantinopolim bellum parare, a Nicolao V. Pontifice Maximo Constantinopolim missus est Legatus de Latere, vt Imperatori Constantino auxilium polliceretur nomine Pontificis, si modo ad Catholicam fidem, vt Græci in Florentino Concilio promiserant, redire voluisset, &c. Cum vero capta Constantinopoli, & Imperatore obtruncato a Turcis, Cardinalis quoque interfectus diceretur, nunciatum est postea, eum mutato habitu incolumem euasisse. Et dubitationem auget Paulus Cortesius lib. 1. cap. 39. qui illius Epistolam laudat, quam ille in Thracia de Byzantij direptione scripsit, in qua non modo vrbis euersæ funus, publicamque Græcorum luem deplorando luget, sed etiam vehementer verendum esse dicit, ne ea quandoque labes in Italiam redundatura sit. *Sed quid Isidoro postea euenerit parum constat*. Debebas scribere, *parum refert*. Quid enim hoc ad momenta Concilij Florentini, siue ille captus a Maumete, siue inter gregaria mancipia diuenditus, siue parum constet, quid illi postea euenerit? Illud certum est, eum in fide, quam in Concilio conseruandam promiserat, eamque apud alios propagandam, vsque ad extremum spiritum, & rogum scripto, & lingua propugnasse, quidquid tu male sanus cum periuris mutum reddere niteris. Esto siquidem Iulianus, & Stanislaus Rex perfidi sint, quia perfidum duxere Sacramentum, quid hoc ad Isidorum? At eodem fato, quo Iulianus obtruncatus cecidit, hoc firmiter asseris,

feris, quod antea dixeras non constare, quo fato ceciderit. Cecidit tamen eodem, quo & Iulianus, anno. Ergo perfidus est. Adde; Ergo omnes, qui eo ipso anno ceciderunt, perfidi sunt. Et habes cerebrum in capite?

Pag. 35. *Quamuis Isidorum Romæ nunquam vixisse arbitror, sed nec otius vnquam lustraße a reditu Græcorum.* Quidquid incompte arbitretur Creyghtonus, Martinus Cromerus rerum Polonicarum lib. 22. sic scribit; *Nicolaus Pontifex Isidorum Metropolitam Kiouiensem, qui Cardinalis factus ab Eugenio, & a Russis suis, quos cum Latinis in Concilio Florentino coniunxisset, pulsus, Romam reuerterat, Constantinopolim legatum miserat.* Qui Romam reuerterat, & Roma Constantinopolim legatus missus fuerat, hunc nunquam vixisse Romæ, nec Romam vnquam lustrasse dicitur a Creyghtono: & tamen hæc acta sunt a reditu Græcorum. Extat ad hæc tempora originale Diploma Eugenij quarti, quo dictum Isidorum Ioanni Palæologo commendat, & in fidem eius recipi adhortatur, vt auxilio, & auctoritate sua tectus, tutus ad Russos perueniat. Non fingo. Audi. *Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei Carissimo in Christo filio Ioanni Paleologo Romæorum Imperatori salutem, & Apostolicam benedictionem; Cum esset profecturus ex Venetijs Venerabilis frater Isidorus Ruthenorum Archiepiscopus, vt per Hungariam, & Germaniam rediret in Patriam, casus accidit mortis Alberti Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regis, quamobrem consultum est prædicto Archiepiscopo a dominio Venetorum, ceterisque qui illa nouerunt itinera, fore tutius sese nauigationis longitudini, atque periculis exponere, quam illud terrestre iter aggredi, per quod guerris implicitum, & latrocinijs obsessum maiora, & certiora subiret pericula. Nos etiam audito de suspicione ipsa, quæ dicto Archiepiscopo erat proposita, eiusdem fuimus sententiæ. Veniet itaque, Domino, & Deo nostro protegente, Constantinopolim vijs, quæ tibi, sibique videbuntur tum tutiores, tum etiam commodiores in patriam accessurus. Quare licet sciamus tuam*

celsitu-

celsitudinem optime intelligere, magnam esse ipsius viri virtutem, non dubitemusque te illum ex corde diligere, tamen cum nos etiam eum amemus, quem nouimus, & in obeunda vnione multum fideliter, & diligentissime laborasse, & speramus plurimum in ea conseruanda profuturum, non possumus abstinere, quin has ad te daremus, prædictum Archiepiscopum singulari quodam modo commendantes. Nihil enim hoc tempore nobis acceptius facere poteris, quam si prædictum Archiepiscopum in hac sua profectione necessarijs fauoribus prosequaris. Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo nono. 4. Kal. Decembris Pontificatus nostri Anno nono. N. de Carbonibus. Accedit itaque ad suos, profectionem facienti dexteram porrigente Imperatore. Dicta illius pro vnione Russi non probant, exterminant, tandem fessus itineribus, Romam reuenit, remittitur a Pontifice Constantinopolim; ea a Maumetha capta, ipse de se scribit in Constantinopolitanæ vrbis Expugnatione, *manus Turcarum euasit, ne occideretur, vel caperetur: quia ingressis in ciuitatem Turcis habitum dimisit, & apparatum Cardinalatus, & vestibus vilibus indutus, inter fugientes e ciuitate se immiscuit incognitus, & inde ad Peram Ciuitatem, non longe a Constantinopoli distantem se duci mare curauit,* indeque rursus Romam se recipit, & reliquum illic vitæ cursum conficit. Sed cui ad liquidum fides exploratior de rebus gestis Isidori fuerit, quam Pio secundo Pontifici Romano συγχρόνῳ, & cui rerum similium notitia a fidei plenis viris obtigere poterat? Hic in suis Commentarijs libro 11. de Isidoro hæc habet; *Primus fuit Isidorus Cardinalis Episcopus Sabinensis, qui diu antea percussus apoplexia perdiderat sermonis vsum: Ruthenis hic præfuerat quondam Pontifex borealibus populis, Græcanicum ritum seruantibus. Cum capta est Constantinopolis a Turcis, legatum illic agebat Apostolicæ Sedis, iam pridem ab Eugenio Pontifice Maximo Cardinalatus dignitate donatus. In cæde Christianorum, quæ ingens ibi facta est, iacentis cadaueris hominis, qui sibi fuisset similis, vestimenta*

subtra-

ſubtraxit, & cum ſuis permutauit, cucullo & rubenti pileo ſupra mortuum dimiſſis, ipſe tanquam vnus de plebe captus paruo pretio redemptus eſt. Cadaueri, ſi per quo inſigne Cardinalatus repertum, caput abſciſſum eſt, & haſtæ ſuffixum cum pileo per vrbem caſtraque Turcarum per ignominiam contemptumque Sedis Apoſtolicæ vectatum, clamitante præcone, eſſe Rutheni Cardinalis verticem. Ipſe vero paulo poſt, ad Nicolaum Pontificem rediȳt, quem aliquot annis poſtea defuncto Gregorio Patriarcha Conſtantinopolitano, qui anno, quo Mantuam itum eſt, non ſine ſanctitatis opinione, Romæ obijt, Pius Pontifex ad Patriarchatus culmen euexit; eique fatis functo, Beſſarionem Cardinalem Tuſculanum, virum doctiſſimum ſubſtituit, natione Græcum, genere Trapezuntinum. Ad hæc eadem videntur facere verba Georgij Trapezuntij Epiſtola ad Cretenſes de vna ſancta Catholica Eccleſia; cum antea de Gregorio Patriarcha Conſtantinopolitano verba feciſſet; Καὶ ὁ τῷ βίῳ ἀνεπίληπτος, καὶ ἄμεμπτος, καὶ τῷ λόγῳ πολύς, καὶ σοφίᾳ οὐ τῇ ἔξω μόνον ὑψηλὸς ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἱερὸς ὁ Ῥωσίας θεῖος Καρδινάλις αὐτὰ ταῦτα δύναται λέγειν ἀληθῶς. πλουσιωτάτης γὰρ μητροπόλεως ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν κατεφρόνησε, καὶ τῇ πατρίδι καὶ τὸ δυνατὸν βοηθῆσαι σπουδάσας ἐκινδύνευσεν. ἀσμένως ἐν τούτοις διατρίβω, βλέπων τὸ καταβεβλημένον γένος ἡμῶν, τοῖς κατορθώμασι τῶν δύο τούτων μεγάλων ἀνδρῶν ἐπικουφιζόμενον. οἷον γάρ ἐστι τὸ τούτων ἔργον; πόση ἡ μεγαλοψυχία; ἡ φιλοξενία ὡς διαβόητος; πάντες θαυμάζουσιν, ὅτι πτωχοὶ ὄντες, καὶ μεγάλα οὐκ ἔχοντες βενεφίκια, μᾶλλον δὲ οὐδέν, ὅγε ἱερώτατος Πατριάρχης, ὅμως πάντας ὑπερβάλλουσι ταῖς ἐλεημοσύναις. *Et vita inculpata, atque intaminata, & ſermonis doctiſſimus, & ſapientia non externa modo, ſed & noſtra præclariſſimus ſacer Ruſſenſis, ac diuinus Cardinalis hæc eadem vere & ipſe pronunciauerit. Pro vnione ſiquidem Eccleſiarum ditiſſimam Eccleſiam floccifecit, & patriæ pro viribus, dum auxilia procurat, capitis periculum adijt. In his libens moras mihi creo, conſpiciens deiectam noſtram nationem horum duorum magnorum virorum facinoribus ſubleuatam. Qualis enim eſt horum operatio? Quanta muni-*

munificentia? Vt est etiam apud omnes famosa hospitalitas? Omnium in admiratione est, quod cum paruis sint opibus, ac facultatibus præditi. nec beneficia ampla obtineant, imo nullum, sanctissimus Patriarcha, in erogandis tamen eleemosynis vniuersos superant. Qua ergo coniectura arbitraris Isidorum Romæ nunquam vixisse, sed nec oculis vnquam eam lustrasse, nisi oscitante imaginatione, & vmbris nocte volantibus? Isidorus annos, & vitam exegit Romæ, & Romæ vitam posuit: Et, *Isidorus nunquam vixit Romæ, nec eam oculis vnquam lustrauit*, quia ita arbitratur Creyghtonus.

EXERCITATIO XVI.

De Synodis pro Photio, & contra Photium Creyghtoni verba proferuntur, & numeratis mendacijs refelluntur. Synodum pro Ignatio contra Photium vti genuinam fere omnes Græci recognoscunt. Quinisexta πενθέκτη Synodus quænam est? De tempore Ioannæ Papissæ non vna omnium sententia. Allatius in Commixtis, & Binnius in Synodi Commentarijs conciliantur. Male in Synodo pro restitutione Photij, Photij promotionem vocari θεοψήφιστον. Non tantum Catholicorum, sed Schismaticorum etiam sententia promotio Photij fuit iniusta, iniqua, & nefanda.

Pag. 35. *Sed ad Photium aliquantisper reuertamur.* Et ipse reuertor ad ea, quæ in mea Differt. de Synodo VIII. Photiana contra tua dicta fusius elucubraui, quæ cum te præcipue attingant non patiar, vt ab hinc dimota sola pererrent. Quarè hisce sui affinibus innectantur. *Infortunæ Photianæ mutabili decursu illud singulare arbitror contigit tres Synodos Oecumenicas intra octodecim annorum spatia celebrari Imperatorum, Paparum, Patriarcharum auctoritatibus approbatas.* Sola nempe *Creyghtoni* imaginaria apprehensione compositas. In prima, in qua depo-
situs

ſtitus fuit Ignatius, intruſus Photius, nullus interceſſit
Paparum aſſenſus, nullum Concilij etiam particularis decretum, ſed mera poteſtas, & oppreſſio virum ſanctiſſimum de ſolio deiecit: Nanque cum Ignatius in offenſionem Bardæ incurriſſet, & Sedis abdicationem ſæpius ab Epiſcopis, ad hoc a Barda legatis, ſcribere pernegaſſet, & Patriciorum atque Iudicum machinis & pollicitationibus petitus non deceſſiſſet, ſed firmus, immotuſque in propoſito ſtetiſſet, dignitatem conſtantiſſime propugnans, de ſolio eijcitur, & Photius in Vrbis regiæ Patriarchatum ab Ignatij aduerſarijs, & a profanis magiſtratibus promouetur, conſecraturque a Gregorio Asbeſta Epiſcopo Syracuſano, Conſtantinopoli tum de multis maleficijs reo immorante, & iam Romæ ob ſcelera exauctorato, & quem Ignatius in ſui conſecratione Sacris intereſſe minime voluit. Secutæ ſunt variæ Ignatij relegationes in Inſulas, & certamina; & cum tandem in Mitylenæ exul ageret, Photius ſibi affinium, & pernecesſariorum coacta Synodo in Apoſtolorum templo Ignatium abſentem, non vocatum, non auditum anathemate ferit, & exauctorat, accuſator idem & iudex, & depoſitioni illius non annuentes vinculis, & carceribus, & languoribus mactat: & vt gratiam aliorum captaret, mittit Romam ad Nicolaum Papam Oratores, Romanæ cupiens Eccleſiæ auctoritate Ignatij condemnationem firmare, & teſtatam reddere, ſcribens. Ignatium ſenio morboque confectum ſe munere abdicaſſe, commorari in Inſula, ab omnibus honore, & officijs cultum. His motus Nicolaus Zachariam, & Rodoaldum Epiſcopos ablegat, & coacta Synodo conuocatur Ignatius de oblatis ſibi criminibus reſponſurus. Proceſſit ſacro Patriarchali ornatu indutus, quo inter eundum ſpoliatus, Synodo ſiſtitur, condemnatur, & deponitur: quæ poſtmodum cum ſciuiſſet Nicolaus Pontifex, legatos Zachariam, &

 Rodoal-

Rodoaldum ex auctoratos, anathemate percussit, Photium tyrannum, & adulterum pronunciauit, & Synodi suæ decreto deponit, omnesque ab eodem Photio consecratos, ipsumque Imperatorem cum omni eius Senatu per literas suas a cœtu fidelium excludit: Legatur vita Ignatij a Niceta Paphlagone scripta. Et si fides huius sapientissimi viri respuitur, adeatur Synodicum, eodem tempore scriptum, cuius Auctor hæc eadem narrat. Φώτιος οὖν παρ' οὐδὲν τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τοῦ θεοῦ ἐπιλαβόμενος, οὐκ ἐστοίχει τοῦ ἡσυχάσαι, ὥσπερ, ὠλίσθησεν, ἀλλ' εἰς θυμὸν κινήσας τὸν Αὐτοκράτορα μετὰ μυρία δεινὰ ἐξορίζει πρὸς τῇ νήσῳ Μιτυλήνῃ τὸν ἄθωον Ἰγνάτιον, καὶ συναθροίσας πονηρευομένων ἐν Βλαχέρναις συνέδριον καθαιρεῖ μὴ παρόντα τὸν ἀδικούμενον. καὶ τοὺς ἀπαρνουμένους καθυπογράψαι τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ νοήμασι, καὶ τῆς κοινωνίας αὐτοῦ ἀντέχεσθαι, πάσης κακουχίας ἐργασάμενος καταγώγια, περιορίσας ἔνθα καὶ ὡς ἠβούλετο. Ἔτι γε μὴν καὶ πρὸς τὸν Ῥώμης τὸν μακαριώτατον ἐξαπέστειλε Νικόλαον, ἑκουσίως παραιτησάμενον διὰ γῆρας λιπαρὸν καὶ ἀσθένειαν σώματος, Φώτιος ἐνεδίδασκε, τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πρὸς ἀποβολὴν τρεῖαν τῆς τῶν εἰκονομάχων αἱρέσεως τοποτηρητὰς πεμφθῆναι αὐτοῦ μεγάλας ἱκετεύων, Ἰγνατίῳ δόλῳ τῷ αἱματούμενος τὴν κατάκρισιν. Ῥοδοάλδου γὰρ καὶ Ζαχαρίου Ῥωμαίων Ἐπισκόπων, τοποτηρητῶν Νικολάου καταλαβόντων Κωνσταντινούπολιν, Φώτιος ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων Χριστοῦ ἀθετούντων Σύνοδον ποιησάμενος, ἀγώγιμον πρὸς αὐτὴν γενέσθαι τὸν ἱεράρχην Ἰγνάτιον παρεσκεύασεν, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἀγύρτας παραστησάμενος ψευδομάρτυρας πείθει αὐτούς λαϊκοὺς ὄντας, ἀπειλὰς παρεισφέροντας ταῖς ὑποσχέσεσιν ἐπὶ πάσης θείας ὀμόσαι δυνάμεως, μὴ ἐψηφίσθαι χρόνους ἕνδεκα, μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας εἴκοσιν ἐν τῷ θρόνῳ τὸν Πατριάρχην διαδραμόντα Ἰγνάτιον, ἐπαναγινοὺς τῇ συνηθείᾳ ἀποστατικῆς αὐθεντίας ἀποτομίαν ἔχουσαν οὕτως. Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς Ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω. ἀποσιωπήσας τοῦ κανόνος τὸ ἐπαγόμενον, καὶ διὰ τοῦτο μόνον ἀποφηνάμενος τὴν καθαίρεσιν. Ὅπερ μαθὼν ὁ ἐν ἁγίοις Πάπας Νικόλαος, οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς λαθεῖν τὴν πᾶσαν.

πᾶσαν οἰκουμένην τοιοῦτον ἔργον κακίας εἰς μέσον γενόμενον, τοὺς οἰκείους τοποτηρητὰς ἀκριβῶς ἀνακρίνων, καὶ ἀπὸ τῶν στομάτων αὐτῶν δωρολήπτας εὑράμενος, καθαιρέσει διηνεκεῖ Ῥοδόαλδον, καὶ Ζαχαρίαν ὑπέβαλε· καὶ θείαν καὶ ἱερὰν Σύνοδον ποιησάμενος, Φώτιον ὡς μοιχὸν ἀναθεματίζει, καὶ ἐπιβάτορα, τὰ εἰς αὐτὸν, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ πραχθέντα ὁρισάμενος μένειν ἀπρόσδεκτα, καὶ ἀφορισμὸν τοῖς αὐτοῦ κοινωνοῦσι Μιχαὴλ ἀπέστειλε τῷ Αὐτοκράτορι, Φωτίῳ, ὀρχομένοις, καὶ ἄρχουσι, καὶ τοῖς λοιποῖς ὁσίοις Πατριάρχαις διαπεμψάμενος τὰ Συνοδικὰ αὐτοῦ. *Photius itaque præter diuinorum sacrorumque Canonum statuta thronum arripiens, non acquiescebat contentus de ijs, in quibus lapsus fuerat, sed iracundiam Imperatoris magis, ac magis succendens post multas noxas illatas ad insulam Mitylenem Ignatium innoxium relegat, & coacto apud Blachernas malignantium conciliabulo absentem, cui erat illata iniuria, deponit, & renuentes subscribere prauis suis nutibus, & communionem illius amplexatos, omni calamitatum genere mactauit, ad arbitrium suum quo vellet, relegatos. Præterea ad beatum Nicolaum Romanum Præsulem Oratores mittit, quibus significabat, ob grauem Ignatium senectutem, & malam corporis valetudinem sponte throno renunciaße, instansque deprecabatur, vt ad Iconomachorum hæresim prorsus abolendam Byzantium locumtenentes mitteret, hac quoque machina Ignatij condemnationem procurans. Nam cum Rodoaldus, & Zacharias Romani Episcopi Oratoresque Nicolai Constantinopolim aduentaßent, Photius in templo sanctorum, & gloriosissimorum Apostolorum Christi malignantium Synodo congregata ad ipsam Hierarcham Ignatium conduci procurauit, adductisque septuaginta duobus hominibus gregarijs, qui falsum testimonium dicerent, persuadet illis, cum essent laici, partim minis, partim promissis inuertens, & ad suam sententiam transferens, affirmata teste diuina omni potestate, iusiurandum interponere, ante annos vndecim, menses quatuor, & dies viginti non fuisse promotum rite in Sedem Patriarcham, lecto in Congregatione segmento apostaticæ decisionis in hunc modum. Si quis Episcopus Laicorum Principum ope in poßeßionem Ecclesiæ venerit, deponatur; id quod*

Mm 2 *sequi-*

sequitur Canonis, premens, & per sola aßerta depositionem decernens. Id vbi addidicit Sanctus Papa Nicolaus, neque enim latere poterat per vniuersum terrarum Orbem dispersa consimilis iniquitas, proprios locumtenentes accurate examinatos, & proprijs eorundem sermonibus muneribus corruptos esse comprehensos perpetua depositione punit. & diuina sacraque Synodo coacta, Photium vti adulterum, & assultorem anathematizat: quæ illius gratia, & ab ipso, nullo modo admittenda esse decernens. & cum eo communicantibus Michaëli Imperatori, Photio, subditis, Principibus, & reliquis Sanctis Patriarchis Synodicis suis dimissis. Hisce tertius accedet eorundem temporum Scriptor Georgius Hamartolus; Ὁ δὲ Πατριάρχης Ἰγνάτιος φήμης περὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος διαχυθείσης, ὡς τῇ αὐτοῦ νύμφῃ συμφθείρεται, πολλάκις τοῦτῳ παρῄνεσεν ἀπέχεσθαι τοῦ τοιούτου μιάσματος, καὶ μὴ πρόσκομμα εἶναι πολλῶν, τῆς ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης ὑπόδειγμα εἶναι ὀφείλοντα· ὁ δὲ τοῖς λόγοις ὡς κέντροις πληττόμενος, ἐνεκότει αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ μέλλοντα κοινωνεῖν τὸν Βάρδαν ὁ Πατριάρχης ἀπώσατο, ὀργῇ πλησθεὶς τὴν ψυχὴν, τὸν παραινέτην ὡς ἄνομόν τινα, καὶ φθορέα τῆς Ἐκκλησίας ἐξώρισε. καὶ βασάνοις ἀνηκέστοις ὑπέβαλε, παραιτήσασθαι τὴν Πατριαρχίαν ἐκβιαζόμενος. Παραδίδωσι γὰρ αὐτὸν Θεοδώρῳ τῷ Μωρῷ τὴν κλῆσιν, πρὸς δὲ καὶ Γοργονίτῃ Ἰωάννῃ, καὶ Νικολάῳ τῷ Σκουτέλωπι, καὶ ἐν τῷ τῶν Ἀποστόλων ναῷ ἐν λάρνακι τοῦ Κοπρωνύμου Κωνσταντίνου περισκελίσαντες, χειμῶνος ὥρᾳ γυμνὸν εἴασαν· ὁ θεῖος ἀθλητὴς ἐκ τῶν κρυφίων σαρκῶν ἀποβολὴν ἐποιεῖτο σωτηρίας καὶ αἵματος. Οὕτως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς ὁ πανόλβιος, οὐκ ἐφθέγξατο πρὸς Κύριον πονηρόν. Τοιαῦτ᾽ οὖν διαγωνίζοντι αὐτῷ ὁ Κύριος Κωνσταντῖνον τὸν Ἀρμένιον παραμυθούμενον αὐτὸν. Οὗτος γὰρ ἀγγείδιον ἐξ ὑέλου πληρῶν οἴνου, πρὸς δὲ καὶ ἄρτον, ἔστιν ὅτε καὶ μῆλα, τὴν τῶν κακοποιῶν ὑποχώρησιν λανθάνων, τῷ ὁσίῳ εἰσῄει, καὶ τῆς λάρνακος αὐτὸν κατεβίβαζεν ἀποκουφίζων μετ᾽ ὀλίγον τῆς συμφορᾶς μέχρι τῆς ἐκείνου ἐλεύσεως. Ὁ δέ γε Καῖσαρ Φώτιον Πατριάρχην χειροτονεῖ ἀντ᾽ αὐτοῦ, πρωτασηκρῆτιν ὄντα, καὶ λόγῳ κοσμούμενον. *Patriarcha Ignatius fama euulgata Cæsarem Bardam nurum suam incestare, sæpius eum adhortatus est, vt a simili piaculo abstineret, neque esset mul-*

tis offensio, qui virtutis, ac pudicitiæ deberet esse exemplum. Cæsar verbis veluti aculeis punctus, odia in Patriarcham nutriebat. Cum vero tandem ad communionem properantem Patriarcha repulisset, vix ille compos animi, & iracundia ardens monitorem ad frugem, veluti iniquum & corruptorem ab Ecclesia eijcit, tormentisque insanabilibus afflixit, cogens Patriarchatui renunciare. Namque eum dedidit Theodoro cognomento Moro, nec non Ioanni Gorgonitæ, & Nicolao Scutelopi, qui in templo Apostolorum, & Constantini Copronymi vrna cruribus fractis inclusum, hyemali tempestate nudum derelinquunt. Hinc Athleta ex occultis carnes putredine, & sanguine commixtas eijciebat. Ita dira perferens fortunatissimus hic vir, non est ad Dominum malum locutus: ideoque mittit illi Dominus Constantinum Armenium, qui esset vnicum illi in malis solatium. Hic etenim vasculo vitreo vini pleno, nec non & pane, quandoque etiam fructibus, maleficorum conatus fallens, ad Beatum accedens, eumque vrna educens paululum aduersos casus consolabatur, leuabatque fortunas, donec denuo custodes accederent. Cæsar interim Photium in Patriarchatum promouit, qui tum a Secretis erat, virum literis omnibus excultum.
Eadem & similia narrat Autor vitæ Michaëlis Theophili Imperatoris filij, cuius verba, si lubet, videre poteris in Dissertatione de Octaua Synodo Photiana pag. 76. Et hæc contra Ignatium a Photio procurata, & ad summum perducta Synodus erit Oecumenica? Qui conuenit? Lupus in Pastorem iniurius, in gregem intrusus, aliena indigne occupans, a viro multorum criminum, & deposito consecratus, potestate, ac vi secularium, & tyrannide dominantium promotus Synodum Oecumenicam constituet? Hoc plane Latini non dicent, quod nec Græci etiam ipsi Ecclesiæ Romanæ infensi audent dicere. Quis præter ipsum Photium, & Photij mancipia promotionem Photij approbauit, idque in Photiana hac, de qua agimus, Synodo? Quis Ignatium vnquam inter Græcos vt criminum reum condemnatum fuisse, nisi execrandissi-

dissimus quispiam pronunciauit? Hæc Synodus iustum condemnauit, & eum ipsum, quem vniuersa Græcorum Ecclesia inter Sanctos relatum colit, & veneratur: & multorum criminum reum in eius locum substituit. Non erit ergo apud Græcos, quidquid sit apud Hæreticos, Oecumenica, cum Græci suas Oecumenicas Synodos colant, & obseruent, neque ab illis in aliquo deflectere profiteantur. Falsum ergo est, quod de prima dicitur, quam *συνέδριον λῃστρικὸν* vocauit Stylianus Episcopus Neocæsareæ, illius temporis scriptor, Epistola ad Stephanum Papam.

Secundam contra Photium Oecumenicam esse plane constat, quamuis inter hanc Secundam, & Primam binæ aliæ Photianæ, altera contra Nicolaum Papam, altera contra Ignatium coactæ sint. Et mirum est has quoque inter Oecumenicas ab Creyghtono non accenseri, cùm contra Pontificem Romanum, & Ignatium virum Sanctissimum conscriptæ sint, & in sacculis plumbo signatis repertæ in arundineto, scite venusteque exaratæ, quæ tamen nunquam fuere celebratæ, sed plane confictæ, in quarum initijs manu Asbestæ Gregorij coloribus artificiose erat expressus Ignatius. In prima Actione raptatus, & verberatus visebatur, titulo supra caput inscripto, *Diabolus*. In secunda sputis fœdatus, magnaque vi tractus cum titulo, *Principium peccati*. In tertia de throno deturbatus cum titulo, *Filius perditionis*. In quarta vinculis colligatus, & exterminatus, cum titulo, *Auaritia Simonis Magi*. In quinta collari furca inclusus, & titulo, *Qui se extollit supra omne id, quod dicitur, aut colitur Deus*. In sexta iam condemnatus, & titulo, *Abominatio desolationis*. In septima raptatus, & capite plexus, cum titulo, *Antichristus*. Altera in Nicolaum Pontificem Romanum calumnias manifestas & maledicta, & illius damnationem, atque exauctorationem complectebatur, quas Theodoro, & Za-

& Zachariæ tradiderat cum splendidissimis muneribus ad Eudouicum Franciæ Regem deferendas, vt is Nicolaum velut exauctoratum de Throno deturbaret. Omnia hæc fuse narrantur a Niceta Dauide Paphlagone, & in Synodico. Φώτιος γνοὺς τὸν καθ' ἑαυτοῦ γνῶσιν Νικολάου τοῦ Πάπα διάπυρον, Μιχαὴλ συναρπάσας βασιλέα τὴν ἀλλοπρόσαλλον κρυφηδὸν συγγραψάμενος Ψευδοσύνοδον, καὶ δῆθεν τοποτηρητὰς τῶν λοιπῶν Πατριαρχῶν συστησάμενος, φωνὰς καὶ ὑπογραφὰς πάντων Ἐπισκόπων, Πρεσβυτέρων, Διακόνων, καὶ Ἡγουμένων τῶν ὑπ' αὐτὸν κατεγράψατο, καὶ Πατρικίων μὴ καθόλου εἰδότων, πότε, καὶ πῶς, καὶ διὰ τί συνεκινήθη, δι' ὧν ἁπάντων καθαίρεσιν καὶ ἀναθεματισμὸν τοῦ Πάπα Ῥώμης Νικολάου τοῦ θεοφόρου ἀπέστειλε διὰ χειρὸς Ζαχαρίου Μητροπολίτου Χαλκηδόνος, καὶ Θεοδώρου Καρίας μετηχθέντος εἰς Λαοδίκειαν. *Photius igitur agnoscens Nicolai aduersus semetipsum concitatam, atque exardescentem iracundiam, ad se malitiose Michaele Imperatore tracto, & clanculum versuta illa Pseudosynodo concinnata, & ac si reliquorum Patriarcharum Oratores adessent, vocibus, ac inscriptionibus effictis, nec non omnium Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & Abbatum, qui in ditione illius erant, Patriciorum item, qui prorsus ignorabant, quando, & quomodo, & quare motus ille exortus fuisset, depositionem & anathematismum Nicolao diuinitus instructo Papæ Romano per Zachariam Chalcedonis Metropolitam, & Theodorum Cariæ in Laodiceam promotum misit.*

Has duas Synodos excepit Synodus contra Photium, quæ Oecumenica reipsa est, & inter Oecumenicas collocanda, licet dirumpantur Schismatici, cum Auctoritate Romani Pontificis, & reliquorum Patriarcharum, cum ipsius Summi Pontificis Oratores, & Senatus cum ipso Imperatore, & Antistites duo supra centum, & Sacerdotes reliqui interfuerint, & sententiam, & excommunicationem in Photium a Nicolao, & Adriano latam comprobauerint, & constabiliuerint. Quod etiam ipsi Photiani agnoscunt, sed vt malo remedium afferant, in ea,

quæ

quæ ſubſecuta eſt, Synodo, & quam ipſi etiamnum Photianam vocant, ſi tamen vera extitit ita, vt exarata in manuſcriptis legitur, decreto ſuo ſanxerunt, eam in nulla conſideratione habendam eſſe. Et vt condemnatio plauſibilior vtrique parti accederet, etiam Synodum contra Ignatium ab eodem Photio coactam, nouo aſtu, & contrario Vniuerſalis Eccleſiæ more diris deuouerunt, Ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, καὶ Μεθοδίου γραφέντα, ἢ λαληθέντα ἀνάθεμα. *Vniuerſa quæ contra Patriarchas, Germanum, Taraſium, Nicephorum, & Methodium ſcripta, vel dicta ſunt, Anathema.* Quæ etiam ſuppoſita eſſe a Photianis hinc patet, quod Conſtantinus Imperator illis temporibus vitam agens, in Henotico nulla facta mentione de dictis, factiſque contra Ignatium, reliqua recitat,

Et Acta ſimilia Synodi contra Photium Octauæ nempe, Græcis etiam Schiſmaticis clarore miro patuiſſe, fidem facit Gregorius Hieromonachus Reſponſione in Profeſſionem Fidei Marci Epheſij. Περὶ δὲ τῆς τῆς ὀγδόης Συνόδου μάλα καλῶς εἶδεν αὐτὸς ὁ αἰδέσιμος τὰ ταύτης πρακτικὰ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου, τῆς καὶ Πέτρας ὀνομαζομένης, ἡνωμένα ὄντα μετὰ τῆς ἕκτης, καὶ ἑβδόμης, τὰ συνιστῶντα Ἰγνάτιον, καὶ ἐγχειρίζοντα αὐτῷ τὴν Καθέδραν Κωνσταντινουπόλεως, Φώτιον δὲ ὡς ἐπιβάτην ἐξελαύνοντα, καὶ ἀναθεματίζοντα· τὸν δὲ γε Ἰγνάτιον ἐν τοῖς ἁγίοις συνέταξεν ἡ Ἐκκλησία, καθὰ περιγέγραπται, εἰ καὶ ἐν τῷ Συνοδικῷ τέτακται, Τῷ Ἰγνατίῳ, καὶ Φωτίῳ καὶ τὰ κατ' αὐτῶν γραφέντα τε, καὶ πραχθέντα τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλονται. Ἵνα μὴ γνώριμα τοῖς πᾶσι γένηται τὰ τοῦ Φωτίου. Εἰ καὶ οἱ χρονογράφοι, ὅτε Κεδρηνὸς, καὶ Μανασσῆς, καὶ Γλυκᾶς, καὶ Σκυλίτζης, καὶ ὁ διερχόμενος ἐν βιβλίῳ τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου βίος τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου διασαφοῦσιν ὅσα τε πέπονθεν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος παρὰ Φωτίου, καὶ ἔτι ὡς ὁ Ἰγνάτιος ἐπανῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον, κρίσει τῆς Συνόδου, τὸν δὲ Φώτιον ἐξώρισον εἶχεν ἡ τοῦ Κοσμιδίου μονή. *De Actis vero Octauæ Synodi*

bene

bene nouit hic Reuerendus, Acta illius in Codice Monasterij Reuerendi Præcursoris, quod etiam Petra nuncupatur, haberi coniunctim cum Actis Sextæ, & Septimæ Synodi, quæ confirmant Ignatium, illique cathedram Constantinopolitanam in manus tradunt, sed Photium veluti insultorem eijciunt, & Anathemate feriunt. Sanctum porro Ignatium inter Sanctos Ecclesia collocauit, vt supra scripsimus, licet in Synodico appositum sit: Ignatio, & Photio; & scripta contra eos, & actitata anathemati subijciantur: ne Photij omnia omnibus innotescant. Licet etiam chronographi Cedrenus, Manasses, Glycas, & Scyhtza, & quæ in volumine Monasterij Periblepti vita Sancti Ignatij legitur, palam faciant, quæ S. Ignatius passus est a Photio, & quomodo S. Ignatius decreto Synodi in propriam Sedem restitutus est: & Cosmidij Monasterium Photium exulem custodiebat.

Pag. 35. *In Tertia restitutus sublato e viuis Ignatio Sedem occupauit.* Verum est, Sedem occupasse, alienam scilicet non suam, malignantium, & excommunicatorum Præsulum astu, Photianis fraudibus, & pro potestate agente Imperatore præter æquum, & iustum occupauit. Idque ita esse hac Dissertatione planum fit. Sed hanc esse Oecumenicam nemo nisi dementissimus dixerit. Quis enim Oecumenicam dixerit, in qua nulla potestas, nullum ius Ecclesiasticum, sed omnia ad nutum, & placitum iniquissimorum hominum peracta sunt?

Et licet hanc Tertiam Paulus, & Eugenius Ioannis Noni Legationibus functi cum præsidendi ritu inter Episcopos tercentum & octoginta permunirent, & non solum Photium muneri suo redonatum, sed cuncta a Photio, & Synodo proposita suffragijs corroborarent, Latini tamen Latrocinalis nomine infamant: Et multis obiurgationibus inuehuntur in Photium, in totam gentem Græcorum, in Legatos proprios bis præuaricantes, in ipsos Pontifices ludificatos Nicolaum, & Ioannem. Deplorandam hominis inscitiam! *Paulus, & Eugenius Ioannis Noni legationibus functi.* Ioannes Nonus creatus est Pontifex anno 901. post

restitutionem Photij annos 24. cum e viuis sublato Photio vsque ad restitutum Nicolaum Mysticum Ioannes Nonus Theodoro subrogatur, in Throno Constantinopolitano sedissent, Stephanus frater Leonis Imperatoris, Antonius Cauleas, Nicolaus ex Mystico, Euthymius Monachus ex Syncello, & iterum restitutus Nicolaus Mysticus. Non ergo fieri potuit, vt Paulus, & Eugenius, qui restitutioni Photij præsederunt, a Ioanne Nono mitterentur. Quod si restitutioni Photij calculum dederunt, necessario a Ioanne Octauo, non a Nono legati sunt: Et ne dicas hunc errorem, vel calami nimium festinantis, vel Typographi cura expertis irrepsisse, ipse firmat Interpres, qui infra cum de eodem Ioanne sermo recideret, Photij restitutionem sub Ioanne Nono contigisse ingeminat; *Primam sub Nicolao, quæ Ignatium deposuit, & Tertiam sub Ioanne Nono, quæ Photium restituit*. Sequitur; *legationibus functi cum præsidendi ritu inter Episcopos*. Et tamen præsidendi ritus in ea Synodo, quidquid Creyghtonus somniet, inuersus est, & præsidentiam Legatis Pontificijs in Synodo debitam Photius vsurpauit, & Thronum primum insedit. Hocque non nisi cæcus, & Græcæ linguæ plane ignarus negauerit; cum sæpius atque iterate in ea inculcetur; προκαθεζομένου Φωτίου. *Et non solum Photium muneri suo redonatum*. Ex cerebro loquitur, & quæ vellet ita fuisse, de facili ita facta esse pronunciat. Photius in ea Synodo ante consensum Locumtenentium Papæ a Schismaticis, excommunicatis, & Imperatoria potestate in locum, vnde ceciderat, reponitur: imo numquam eum de gradu suo cecidisse declaratur, a Patriarchis, Episcopis, semper etiam post sui depositionem Patriarcha legitimus cognitus, vt ex Actis Synodi palam fit. Qui ergo potuit muneri suo, quod nunquam amiserat, a Pontificijs Legatis redonari? Quare impudentissime Iosephus Bryennius Oratione octaua de sanctissima Triade hæc omnia peracta

cta ex voluntate Papæ, & Imperiali studio absoluta fuisse, Τὸ παρὰ τῇ τοῦ Πάπα βουλήσει, καὶ βασιλέως προτροπῇ κατεσκευάσθαι dixit: & tamen reliqui Schismatici, & inter eos Nili, Cabasila, & Damyla nulla facta mentione de voluntate Papæ, totum illud negotium Imperatori Basilio vindicant. Sic quem Romani Pontifices, & Synodus ipsa Oecumenica Octaua multis reum criminibus condemnarunt, in hac Synodo, nunquam ab alijs condemnatus asseritur, sed continuo insons, & extra culpam omnem agnoscitur, & Patriarcha legitimus deprædicatur. Noua hæc forte, & insperato cadunt Creyghtono. Legat ipse Acta, & si intelligens fuerit, acquiescet: neque enim tenebræ sunt. *Cuncta a Photio, & Synodo proposita corroborarent*. Hoc quoque falsum est: adeantur Acta Synodi. Multa contra perstrepentes fautores proposuere Pontificij, sed animati illi errones ad alia inclinati, & gratiam Photij ambientes extra institutum, & susceptam sententiam digladiantur, & Legatorum quæsita vti futilium hominum dicta supina aure audiunt, & despiciunt. *Latini tamen Latrocinalis nomine infamant*. Hic quoque supinus error in historia est. Quippe quæ Synodus Photiana *Latrocinalis* appellata est, non fuit hæc quam Schismatici Octauam indigitant, sed ea, quæ Prima, & Secunda vocata est, quod in templo Sanctorum Apostolorum, vt tradunt Zonaras, & Balsamon in expositione Canonum eiusdem, dum celebraretur, & Orthodoxi in mutuis disputationibus præualuissent, ne scripto constituta exararentur, aduersæ factionis homines impediuerunt, postmodum vero nouo conuentu eadem disputata sunt, & tum demum decreta monimentis tradita. Atque hinc factum, vt hæc licet vna fuerit, tamen ob Patres bis conuocatos Prima, & Secunda appellaretur, & hanc Latini, ducem sequentes Nicolaum, vocant *Latrocinalem*. Et argumento manifestissimo euincitur. Hæc, de qua agimus, in Templo

Nn 2 San-

Sanctæ Dei Sapientiæ celebrata eſt; Septimam Oecumenicam Synodum confirmauit, & Photium reſtituit ſub Ioanne Octauo; illa in Templo Apoſtolorum nullo iure exauctorauit Ignatium ſub Nicolao, ideoque *Latrocinalis* a Nicolao vocata eſt, & a Styliano συνέδριον λῃστρικόν. Qui enim potuit Nicolaus *Latrocinalem* Synodum vocare demortuus non dum habitam, quam nec celebrandam niſi diuinus sciſſet? Hanc ergo, & merito Latini, cuius peſſima fama in vulgus eſt, infamant, deteſtantur, & a Legatis ſuis vti mandatorum violatoribus, ſceleris pœnas expetiuerunt, & congregatos in ea vti ſacrilegos, & ab humanitate, pietate, atque religione remotos, *non totam gentem Græcorum* abominati ſunt, & modo abominantur. Et has Synodos negotijs, Legatis, locis, & alijs omnibus diſtractiſſimas Creyghtonus non diſcernens, ex duabus vnam conſtituit. Et ſi ſapit, hoc non in aulæ Pontificiæ, quam ille aſtu fanatico nihil probans, *perditiſſimam* nuncupat, & Romanæ conſuetudinis infamiam vertitur, ſed potius in dedecus Photij. Reos ſiquidem maximorum plurimorumque criminum maledictis oneramus, & conuicijs inſectamur; probos, catoſque laudibus extollimus. Et quis in illa Synodo Photio iniquior? Vita, & moribus ſanctiſſimum, Paſtorem Eccleſiaſtici gregis integerrimum, nulla antea iniuria laceſſitus, vi atque poteſtate ſæculari perſequitur, de ſolio proprio deijcit, affligit, opprimit, infamat, tandemque ignominioſe acceptum, flagellis cæſum ad mortem, fame & ſiti contritum in exilium pellit. Nicolaus pulſum remittit, afflicto ſuccurrit, & Sedem ab inuaſore repetit, & reſtituit eiecto iura amiſſa. Et erit hoc potius in infamiam aulæ Pontificiæ, & Romanæ conſuetudinis, & non in Photij, & ſimilia aſſerentis dedecus?

Pag 35. *At Græci hanc lambunt, & tanquam oraculum pro germana Octaua venerantur, quia omnium trium poſtrema durat,*

durat, nulla superueniente censura Synodali superstes. Hoc quoque falsum est de omnibus Græcis. Sed Schismatici lambunt. Quid tum? ipse cum illo dixerim, *Ranarum palustrium maior est mihi cura, quam vocum istarum*. Imo etiam a Schismaticis ipsis haud in magno ponitur discrimine, cum nec illius mentionem inter alias Synodos faciant, nec eius Canones inter alios Sinodorum Canones ponant, nec expositione illustrent, sed veluti vietos abiectosque despiciant, cum quos *Latrocinalis* sunt, exosculentur. *Durat nulla superueniente censura Synodali superstes.* Tot Romanorum Pontificum continuatio in excommunicando Photio, etiam post hanc Synodum Tertiam Synodali iudicio, censura non est? Eam non agnoscere, neque vt localem, neque vt Oecumenicam, & illius Canones nullo vnquam tempore ad reformandos mores vsurpasse, nonne eam eneruat, & destruit? Ratum quippe est, per desuetudinem tacito omnium consensu leges abrogari. Sic illi desuefacti nunquam ad similitudinem consuetudinis reuocati fuere. Adde, cum excommunicaretur Photius etiam mortuus a Pontificibus Romanis, Græcorum Ecclesiam in Photij defensione nihil apposuisse, & vnionem cum Romanis Græcos conseruantes, pronos in sententiam Romanorum abijsse.

Hinc mature notat Gregorius Protosyncellus Hieromonachus, Responsione in Professionem Fidei Marci Ephesij, Canones huius Photianę Synodi, cũ negotia aliud requirerent, in Ecclesia Orientali non fuisse obseruatos, exẽplis adductis demonstrat, licet inter alios Canones haberentur; Οὐ θαυμαστὸν οὖν εἰ καὶ οἱ τρεῖς τοῦ Φωτίου Κανόνες ἐν τοῖς βιβλίοις εὑρίσκονται, μᾶλλον δὲ, καὶ τὸν ἕνα παρέλυσαν ἐπὶ τοῦ Μαυροβλαχίας Ἀνθίμου ἐκείνου· ἐπεὶ γὰρ εἰς ἑαυτὸν τὸ Ἀγγελικὸν σχῆμα ἀναπληρώσας πάλιν ὑπὸ Συνόδου προτραπεὶς τὰ Ἀρχιερατικὰ ἐνήργει, καὶ Γοτθίας δὲ ὁ Ὁλόβωλος τὰ ὅμοια ποιήσας ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ, ὡς Ἀρχιερεὺς ἐκρίθη, καὶ ὡς Ἀρχιερεὺς ἐκηδεύθη ἐν τῇ μονῇ τοῦ Φιλαν·

λανθρώπου Χριστοῦ· παρόντος καὶ τοῦ ἀοιδίμου, καὶ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κυροῦ Ματθαίου, καὶ τοῦ Σερρῶν, καὶ τοῦ Βερροίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων. καὶ μέχρι παντὸς ὁ Κανὼν οὗτος οὐκ ἐστέργετο· εἰ μὴ ὅτι ἐρρέθη κεκωλυμένος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, καθὼς περιέχεται ἐν ταῖς Ἐρωταποκρίσεσιν αὐτοῦ. *Non ergo mirandum est, licet hi tres Photij Canones habeantur in Codicibus, in obseruatione non esse. Quin imo & ex his vnum resoluerunt, cum Maurоblachiæ, Anthimi illius, negotium tractaretur. Hic siquidem cum Angelicum habitum induisset, rursus adhortationibus Synodi Archieratica munera exercebat: & Gothiæ Olobolus ante suum ex hac vita exitum, cum similia effecisset, inter Præsules adiudicatus, tanquam Præsul in Monasterio Christi Philanthropi humatus est, glorioso, & sanctissimo Patriarcha Matthæo, nec non Serrarum, & Berrhoeæ & alijs Metropolitis præsentibus. Et prorsus Canon iste nullo erat in vsu. Quin eiusdem, vt in Interrogationibus, & responsionibus sancti Theodori Studitæ adnotatur, vsus prohibetur.*

Pag. 36. *Et eodem iure Secundam expunxit, quo Secunda Primam.* Illegitima nempe legitimam; quæ nunquam omnibus suis partibus extitit, summo iure, vereque incœptam, continuatam, atque perfectam; spuria, & Schismaticorum, ac excommunicatorum colluuie dedecorata, illibatam, intactam, atque indeprauata virtute constantem. Et hoc *iure* fieri dices? Erit ergo æquo, atque integritate, nefandum, atque iniustum apud homines humanitate perpolitos superius, & nefas iustum expunget, & sic ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί. *Iure* ergo Secunda expunxit Primam, inique Tertia Secundam. *Et quamquam Latini Secundæ, quæ Primam expunxit, vt soli Octauæ immoriuntur, multa de Anastasij sui fide crepantes, tam in eadem transuehenda per mare in Latium, quam in transferenda e sermone Græco in Latinum, cuius Autographum membranaceum extare in Columnensi Bibliotheca, asserit Epitomator Baronij, nullius tamen vnquam momenti, aut ponderis,* &c. Id salua fide Latinos

tinos facere, veritate ipsa coactos, nemo nisi insipiens negauerit. Probant enim, atque defendunt, quod iustum est, fide clarissimorum virorum innixi. & sicut alia, quæ fidem fulciunt, ex Græca in alias linguas, & Latinam præcipue, non quæ apud se sunt, sed etiam aliunde expensis munificis conquisita conuertunt, ita & fide dignis Auctoribus fidem præstantes, vti generi humano proficua ad fidem historicam publicant: ideoque ob simile studium laudandi potius sunt, non in crimen vocandi. Et quid illud sit, quod fidei Anastasij opponant Hæretici, non equidem video, Scriptori, illius æui, non hac sola huiusce Synodi interpretatione, sed Historia, & alijs scriptis clarissimi, qui rebus interfuit, vel res ab illis, qui tum Concilio interfuerunt, acceptas monimentis tradidit. Quod si fidem illius conuellere tentant, proferant ipsi scriptorem alium sanioris Anastasio fidei, qui pugnantia scribat. Sed non poterunt. Parum vero refert, in qua Bibliotheca Codex Acta Synodi continens repertus sit, dummodo Codex antiquus sit, & bonæ notæ, nec sit ab improbissimis scriptoribus, vel additione, vel imminutione, vel immutatione deprauatus. Certe Columnensis illa Bibliotheca & Codicum antiquorum Græcorum item, & Latinorum refertissima, bono publico nata, ex Sirletana, in rem literariam magnos vsus attulit, quæ deinceps transijt in Altempsianam, ex qua postinde multi Codices extracti in Vaticanam publicis commodis inuecti sunt. *Multa de Anastasij sui fide crepantes*. Quasi vero nullo alio testimonio innixi Primam expungant, & Secunda in Photium exultent. Opponendum minimum erat aliquid, cuius causa in dubium vocaretur in hoc argumento fides Anastasij, quam confirmant Nicolai, Adriani, & aliorum summorum Pontificum; nec non multorum Græcorum, & quod magis est, Schismaticorum testimonia, qui Synodum contra Ignatium

iniquam, iniustam, eam vero, quæ contra Photium acta est, æquam, & incorruptam appellant; & qui Photij promotionem in thronum, accusant, Ignatij restitutionem laudant: & leuis, ne dicam stulta, est argumentatio; dictum illius non arridet mihi, nec sapit palato, ergo fidem non facit.

Nullius tamen vnquam momenti, aut ponderis ea Synodus habebatur a Græcis, quod contra Photium, quem illi vnicum libertatis vindicem semper prædicabant. Ne tamen Latinis in numero Synodorum succumberent, pro vna Latinorum in meditullio sita binas vtrinque extollunt, Primam sub Nicolao, quæ Ignatium deposuit, & Tertiam sub Ioanne Nono, quæ Photium restituit. Synodum hanc, pro Ignatio nempe factam, nullius vnquam momenti, aut ponderis habitam fuisse, remotum longe a vero est: cum eam Græci agnouerint, laudauerint, & vti legitimam exosculati sint. Nicetas Paphlago, qui ijsdem temporibus, scribebat, in vita S. Ignatij prolixe omnia narrat. Synodicon, Ἀλλ' ἐν ὅσῳ ταῦτα ἐγίνετο, Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως θείᾳ δίκῃ τὸν βίον τελέσαντος, Βασίλειος ὁ φιλόχριστος αὐτοκράτωρ μέγας Ῥωμαίων ἀναγορευθεὶς, καὶ ζήλῳ κυρίου πυρούμενος, ἵνα τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας πάντα ἐξάρῃ τὰ σκάνδαλα, θείαν καὶ ἱερὰν οἰκουμενικὴν ὀγδόην Σύνοδον ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι ἐθέσπισε Σύνοδον, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι Ἀδριανοῦ τοῦ Πάπα Ῥώμης, Νικόλαος γὰρ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, τοποτηρηταὶ Στέφανος, καὶ Δονάτος Ἐπίσκοποι, καὶ Μαρῖνος Διάκονος, Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης Ἰγνάτιος, Μιχαὴλ Διάκονος Χαρτοφύλαξ, καὶ Σύγκελλος, Μιχαὴλ τοῦ Πάπα Ἀλεξανδρείας τὸν τόπον ἐπέχων, Θωμᾶς Ἐπίσκοπος Τύρου Νικολάου Ἀντιοχείας Συρίας, καὶ Ἡλίας Μοναχὸς Πρεσβύτερος, καὶ Σύγκελλος Θεοδοσίου Ἱεροσολύμων, Βασίλειός τε, καὶ Κωνσταντῖνος οἱ εὐσεβέστατοι αὐτοκράτορες. ἥτις ἁγία Σύνοδος τὰς ἁγίας, καὶ Οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν αὐτῶν διὰ μέσου Πατέρας μακαρίους ἀνακηρύξασα, Νικολάου, καὶ Ἀδριανοῦ Πάπα Ῥώμης τὰ Συνοδικὰ ἐπεκύρωσε, καὶ τὸν Φώτιον ἀναθεματίσασα, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάντα γενόμενα, δικαίοις ὅροις Ἐκκλησιαστικῆς

στικῆς ἀπεβάλετο παραδόσεως, καὶ οὕτω θεοπρεπῶς τετελείωτο ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι γενομένη τῆς ἁγίας μεγάλης τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ Ἐκκλησίας, ἥνπερ Σοφίαν κατονομάζειν ἐξεπαιδεύθημεν. *Interim dum ista peraguntur, & Michaële Imperatore diuino iudicio vita defuncto, Basilius Christi amans, Magnus Græcorum Imperator declaratur, qui diuino zelo incensus, vt e Christi Ecclesia omnia scandala eijcerentur, diuinam, & sacram Oecumenicam Synodum in Vrbe Constantinopolitana cogi mandauit, in qua præerant Præsidentes Adriani Papæ Romani, Nicolaus enim ad Dominum migrauerat, Locumtenentes Stephanus, & Donatus Episcopi, & Marinus Diaconus: Constantinopolitanus Patriarcha Ignatius; Papæ Alexandrini locum tenebat Michaël Diaconus Chartophylax, & Syncellus; Antiocheni Syriæ Nicolai Thomas Tyri Episcopus; Hierosolymorum Theodosij Elias Monachus Presbyter, & Syncellus; Basilius, & Constantinus pijssimi Imperatores. Quæ sancta Synodus Sanctas, & Oecumenicas septem Synodos, & a longinquo tempore inter ipsas beatos Patres præconis instar deprædicans Nicolai, & Adriani Papæ Romæ Synodica confirmauit, & Photium anathemati tradens, quæ in ipsum, & per ipsum, & ab ipso omnia facta, tentataque, iustis Ecclesiasticæ traditionis definitionibus reiecit: & sic, vt Dei cultoribus addecet, peracta, in dextris sanctæ magnæ Saluatoris Christi Ecclesiæ partibus, quam Sapientiam nuncupare didicimus, absoluta est.* Georgius Cedrenus in Basilio Macedone. Ἐπιστροφὴν δὲ ἐποιήσατο καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἐκβαλὼν μὲν τῆς ἀρχιερωσύνης μετὰ Συνόδου συναθροισθείσης τὸν ἐπιπηδήσαντα τῇ ἀρχῇ Φώτιον, σχολάζειν κελεύσας, ἕως ἂν τὸν δικαίως ταχθέντα πρὸς αὐτὸν μεταστήσῃ Θεός· ἀντεισαγαγὼν δὲ τὸν κακῶς καὶ παρανόμως ἐκβληθέντα παρὰ τοῦ Βάρδα Ἰγνάτιον· καὶ οὕτω γαλήνην τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ παρεσκεύασεν. *Res etiam Ecclesiasticas correxit, Pontificatu exturbans, auctoritate ad hoc congregati Concilij, Photium, qui in eum se ingesserat: ac tantisper vacare iussit, dum Deus eum ad se reduceret, qui legitime Patriarcha fuerat creatus: reduxitque in locum Photij Ignatium a Barda iniuste pulsum. Itaque*

que Ecclesijs Dei tranquillitatem restituit. Nec ab his recentiores Græci dissident.. Dorotheus Metropolita Monembasiensis in Synopsi Historiarum. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔβγαλε Φώτιον τὸν Πατριάρχην μετὰ Ἀρχιερατικῆς Συνόδου, ὡς παράνομον, ὅπου ἔλαβε τὸν θρόνον ἀδίκως, καὶ ἔβαλε πάλιν τὸν νόμιμον Πατριάρχην Ἰγνάτιον τὸν ἡγιασμένον, ὅπου ἔβγαλεν ὁ Βάρδας ἀδίκως καὶ παρανόμως. *Imperator vero eiecit Photium Patriarcham cum Archieratica Synodo vti legis transgressorem. qui iniuste Sedem occuparat, & rursus restituit legitimum Patriarcham sanctum Ignatium, quem Bardas iniuste, & contra fas omne eiecerat*.. Eadem habet Matthæus Cigala Cyprius. Adde his., post hanc Synodum ordinationes Photij nullas reputatas fuisse a Græcis, & Romanæ Sedis iudicio sese, submisisse,& ab ea dispensationem petijsse.Leo Imperator Synodum a se Constantinopoli coactam ita alloquitur, Ἐν παρακλήσει δὲ μᾶλλον προσφωνῶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἵνα συνέλθητε τῷ ἀδελφῷ μου καὶ γένηται μία ποίμνη· ἐὰν δὲ αἰδῶ τῶν Ῥωμαίων τῶν δεσμευσάντων Φώτιον οὐ θέλετε συνελθεῖν τῷ ἀδελφῷ μου διὰ τὸ χειροτονηθῆναι Διάκονον ὑπὸ Φωτίου, δεῦτε γράψωμεν, καὶ ἀποστείλωμεν ὁμοῦ παράκλησιν εἰς τὴν Ῥώμην πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ οἰκονομήσει τὴν λύσιν τοῦ δεσμοῦ τῶν ὑπὸ Φωτίου χειροτονηθέντων.. Ἔγραψεν οὖν διὰ τοῦτο ὁ Βασιλεὺς ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πάπαν· ὁμοίως καὶ οἱ περὶ τὸν Μάπαν τὸν Μητροπολίτην Νεοκαισαρείας ἐποίησαν. *Quin potius vestram pietatem oro, obsecroque, vt cum fratre meo sentiatis, vnumque ouile fiat: Quod si absque Romanæ Ecclesiæ auctoritate, quæ Photium anathemate damnauit, cum fratre meo, vt qui a Photio Diaconus sit consecratus, communicare recusatis,. agite Romam scribamus, libellumque supplicem ad Papam mittamus, vt anathematis censura absoluat eos, qui a Photio sunt ordinati.: Scripsit igitur Imperator ad Papam, vnaque Mapa Neocæsareæ Metropolita cum socijs*. Scribunt itaque ad Romanum Pontificem pro absolutione, & dispensatione, quam in Synodo plena, & Catholica post restitutionem Photij consequi non potuerunt.

Et Sty-

Et Stylianus Neocæsariensis Episcopus; Ὅθεν χρὴ καὶ τὴν σὴν ἐνάρετον τιμιότητα, τὸν μὲν Φώτιον, ὡς ἐξ ἀρχῆς σχισματικὸν, καὶ παρ' ὁμοίων τὴν χειροτονίαν ἀκανονίστως εἰληφότα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἄλλα, ἃ εἰργάσατο ὅμοια, ἀποδιῶξαι. τοὺς γε μὴν ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἐξ ἀπάτης φενακισθέντας συμπαθείας οἰκονομικῶς ἀξιωθήσεσθαι πρεσβεύομεν, ὡς ἂν γένηται εἰρηναία κατάστασις τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίᾳ, ἵνα μὴ οἱ μὲν Ἀπολλῶ, οἱ δὲ Κηφᾶ, οἱ δὲ Παύλου ὦσι, καὶ οὕτω διαιρῆται τὸ ἓν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας. *Quapropter par est; vt & tua singularis virtus Photium quidem iam tum a principio schismaticum, & a Schismaticis contra sacras leges inauguratum, aliaque multa facinora ausum proscribat: sed per fraudem ab illo circumuentos, rogamus, vt commiseratione veniaque per dispensationem prosequare, vt Ecclesiæ Constantinopolitanæ pax reddatur, & non sint quidem alij Apollo, alij Cephæ, alij demum Pauli. & ita corpus Ecclesiæ, quod vnum est, distrahatur.* Si restitutione Photij omnia acta, factaque illius admittuntur, plane nugantur hi, qui pro dispensatione ordinationum Photij ad Romanam Ecclesiam recurrunt. Firma ergo remanet Synodus contra Photium celebrata, ab ipsis etiam Græcis, & Imperatore Byzantino agnita. Et tu mihi dicis illam Synodum nullius vnquam momenti, aut ponderis a Græcis habitam? Et ne multus sim in recensendis aliorum dictis, Græci omnes, qui Photij promotionem improbant, eodem etiam momento dictam Synodum approbant, quorum testimonia infra recitabimus. Quare falsum est, ideo Græcos hanc Synodum nullius momenti existimasse, quod vindicem Photium suæ libertatis agnoscerent. *Ne tamen Latinis in numero Synodorum succumberent, pro vna Latinorum in meditullio sita, binas vtrinque extollunt.* Annon est hoc versari prorsum sursum deorsum, & corde, ac mente vacuum esse? Debile hoc effugium est: plures habent Synodos, ergo iam sunt causa superiores ipsi, & Latini minus habent. Ariani etiam pro vna Nicæna Catholicorum viginti, & am-

 plius

eam diuersis temporibus repetitam insinuant: nusquam primum Secundæ Canonem factum tradunt ad Schismata tollenda, quæ quotidie pullulabant propter Photium sæpius deiectum, & restitutum. Et omnia Latinos non inficiari Notis ad marginem, si oculi legentis prorsus non cæcutiunt, planum est. Hinc certo certius colligitur, Latinos non confundere Historias turpiter, sed Creyghtonum, qui omnia secus, quam euenere, stultissime concinnat. Vt tandem ipsum pudeat, verba ab eodem laudatorum testium apponamus. Verba Balsamonis sunt; Τινὲς τὴν ἐπιγραφὴν ἀναγινώσκοντες ἀποροῦσι, πῶς μία οὖσα αὕτη ἡ Σύνοδος πρώτη καὶ δευτέρα Σύνοδος. Λύσις· Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου Πατριάρχου Κυροῦ Φωτίου τοῦ τὸ Νομοκάνονον συνθεμένου, συνεκροτήθη κατὰ τοῦ μακαριωτάτου Πατριάρχου Ἰγνατίου οἰκουμενικὴ Σύνοδος. Λαληθεισῶν δὲ καὶ δογματικῶν ὑποθέσεων, καὶ ἀλλοίων ἐκκλησιαστικῶν, γέγονε διάστασις καὶ μερισμὸς τῆς Συνόδου. ὡς τῶν ἑτεροδόξων μὴ ἀνεχομένων διὰ τὴν ἧτταν ὁμογνωμονῆσαι τοῖς ὀρθοδόξοις. Διατοι τοῦτο, καὶ ἐδέησε τοῖς θείοις πατράσι γενέσθαι καὶ δευτέραν συνέλευσιν, καὶ γραφῆναι τὰ προλαληθέντα, καὶ κυρωθέντα. ὠνομάσθη οὖν ἐντεῦθεν ἡ τοιαύτη Σύνοδος πρώτη καὶ δευτέρα, καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι Κανόνες ἐξετέθησαν. *Quidam dubitant legentes hanc inscriptionem, quomodo hæc Synodus, quæ vna est, Prima & Secunda dicitur? Solutio. Tempore sanctissimi illius Patriarchæ Domini Photij, qui Nomocanonon composuit, coacta est aduersus Beatissimum Ignatium Synodus. Cum autem dicta essent dogmaticæ causæ, alienæque Ecclesiasticæ, fuit diuisio, & seditio Synodi, vtpote cum qui aliter sentiebant, nolebant quod victi essent orthodoxis assentiri. Propterea & sanctis Patribus opus fuit, vt rursus fieret secunda congressio, & scriberentur, quæ prius dicta erant, & confirmata. Ex eo ergo nominata est hæc Synodus Prima & Secunda, & subiecti Canones editi fuerunt.* Zonaræ vero sunt; Ἡ Σύνοδος αὕτη ἐπιγέγραπται οὕτως. ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα Σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συστᾶσα ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων, καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων. ἀπορεῖν τοίνυν

ποιεῖ

ποιεῖ τοὺς τὴν ἐπιγραφὴν ἀναγινώσκοντας, αὕτη πῶς μία οὖσα, πρώτη καὶ δευτέρα καλεῖται. Λέγεται τοίνυν Σύνοδον ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συγκροτηθῆναι, καὶ διαλεχθῆναι τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς ἑτεροδόξοις, καὶ δόξαι τοὺς ὀρθοδόξους ἐπικρατεστέρους, μέλλειν τε γραφῇ παραδοθῆναι τὰ λαληθέντα. τοὺς δὲ αἱρετικοὺς μὴ ἀνασχέσθαι γραφῆναι τὰ δόξαντα, ἵνα μὴ φανεῖεν ἡττηθέντες, καὶ ἐκκηρυχθῶσι τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως. καὶ στασιάσαι διὰ τοῦτο, καὶ εἰς τοσοῦτον τὴν στάσιν αὐτοῖς προελθεῖν, ὡς καὶ μέχρι ξιφουλκίας, καὶ τινῶν χωρῆσαι, καὶ οὕτω διαλυθῆναι τὴν πρώτην ἐκείνην σύνοδον, μὴ χωρήσασαν δῆλόν τι ἀποτέλεσμα. Εἶτ' αὖθις παραῤῥυέντος καιροῦ δευτέραν ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ γενέσθαι συνέλευσιν, καὶ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν γενέσθαι διάλογον, καὶ τότε συγγραφῆναι τὰ λαληθέντα περὶ δογμάτων, καὶ διὰ τοῦτο φασὶν αὐτὴν μίαν οὖσαν κυρίως πρώτην καὶ δευτέραν ὀνομασθῆναι. *Synodi huius inscriptio ita se habet; Sancta, & magna Prima & Secunda Synodus Constantinopolitana in Templo sanctorum, & gloriosissimorum Apostolorum congregata. Apud eos ergo, qui hanc inscriptionem legunt, dubitatio exoritur, qua ratione vna cum sit, Prima & Secunda hæc Synodus nuncupatur? Igitur in Templo sanctorum Apostolorum, quod diximus, Synodum celebratam, ibique inter Orthodoxos, & aduersæ factionis homines habitam disputationem fuisse, ac in ea superiores Orthodoxos extitisse memorant. Cum vero de ijs, quæ vltro citroque disputata fuerant, scripto exarandis constitutum esset, Hæreticos, quippequi se victos, atque conuentu fidelium eliminandos existimari nollent, quæ decreta fuerant scriptis consignari, seditione etiam eam ob causam excitata, minime passos. Quam quidem seditionem, eo vsque processisse, vt eductis quoque gladijs complures interfecti ciciderint; atque hoc pacto congressum illum nullo videlicet rei exitu diremptum. Hinc rursum temporis interuallo alterum in eodem Templo conuentum habitum, iterumque de ijsdem rebus disputatum, dogmaticaque decreta literarum monumentis commendata tum demum fuisse. Atque ex hoc factum aiunt, vt hæc licet vna Synodus, tamen ob Patres bis conuocatos, Prima & Secunda merito nominata fuerit.* Falso ergo apponitur

Balsa-

Balſamoni, & Zonaræ, eliſam duarum e medio, quam Latini pro Octaua Oecumenica amplectuntur. Prima & Secunda vna, eademque Synodus eſt, duobus tamen conuentibus abſoluta, in qua & Ignatius depoſitus eſt, & Photius intruſus: & in qua, quidquid afferant Balſamo, & Zonaras, de dogmate nihil actum eſt, ſed tantum de expulſione Ignatij, & intruſione Photij; & cum in prima Seſſione factio Ignatij præualeret, turbis exortis in alium diem conuentu dilato, & præualente Photiana factione, Ignatius pellitur, Photius immittitur in Thronum. Et Seſſiones, ſiue conuentus alij atque alij diuerſas Synodos non efficiunt. Ex quibus porro elicitur, Græcos gemellam Synodum in vnam coniungere? Primæ & Secundæ diuerſos Canones agnoſcere? diuerſis temporibus repetitam inſinuare? Primam contra Ignatium coactam Oecumenicam vocare? Primum Secundæ Canonem factum tradere ad ſchiſmata tollenda, cum in Secunda deiecto Photio Ignatius reſtituitur? & Creyghtonus dicit eliſam fuiſſe e medio duarum eam, quam Latini pro Octaua generali amplectuntur, & non Primam, & Tertiam, ſed Octauam generalem dicunt? Quomodo gemellam Synodum in vnam coniungunt, cum ex his tribus Primam, & Tertiam pro Photio elidunt, Secundam pro Ignatio amplectuntur? Hoc nec Zonaras, nec Balſamo dicunt, & Latini ad marginem a Latrocinali pro Photio, & Tertiam pro illius reſtitutione, a ſua, quæ pro Ignatio fuit, diſtinguunt.

Pag 36. *Hiſtorias turpiter confundunt, dum aduerſarios aiunt calumniari Ioannem Octauum, vt fœmina, quam viro ſimiliorem, quod tanta lenitate in redarguendis Photij impoſturis vſus eſſet.* Ioannis lenitatem in expetendis ſcelerum pœnis a Photio non modo Latini, ſed Græci etiam ipſi criminati ſunt, non damnantes Concilium vocatum Oecumenicum octauum a Latinis, quaſi Apoſtolicos Canones violaſ-

violasset, sed ex rebus, quæ post Concilium euenerunt, maiorem seueritatem desiderantes: quippe videbatur clementius egisse, quam per Canones ipsos agere licuisset, si summo iure agere cum Photio, Photianisque voluisset: Nicetas de vita sancti Ignatij; Αὐτόν τε τὸν Φώτιον διὰ ταῦτα καθαιρεῖν ἔδει, καὶ ὅτι προκαθηρημένου χειροτονεῖσθαι κατηξίου, καὶ τοὺς κεκοινωνηκότας δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν ἀπόφασιν πάντας, καὶ μὴ φιλανθρωποτέρους Θεοῦ, καὶ Θεοῦ γινομένους κρίσεως τὴν ἀπόφασιν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀκυροῦν· τοῦτο γὰρ ἄνω κάτω πεποίηκε. τοῦτο τὸ κρίμα οὐκ ἔστιν ὅσων εἰπεῖν κακῶν αἴτιον, καὶ σκανδάλων ἐχρημάτισεν. Οἶμαι γὰρ ὡς εἰ Ἀποστολικῶς τότε καὶ κανονικῶς κατὰ πάντων ἀπεφήναντο, οὐ τὸν αἴτιον μόνον τῆς διχοστασίας τε, καὶ τῶν σκανδάλων, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνήσαντας αὐτῷ πάντας ἐκκηρύξαντες, οὐδεμίαν ἂν ἔτι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας εἶχε παρείσδυσιν ἡ ἀδικία. ὥσπερ δὲ πρῶτον κατὰ τὴν ἐπὶ Ταρασίου τὴν θείαν Σύνοδον κατὰ τῶν Εἰκονομάχων γενομένην, ἐπειδὴ συμπαθέστερον μᾶλλον ἢ δικαιότερον ἐχρήσαντο τοῖς Αἱρετικοῖς, καιροῦ πάλιν ἐκεῖνοι δραξάμενοι τὴν οἰκείαν δυσσέβειαν χαλεπωτέρον ἐνανεώσαντο· οὕτω καὶ νῦν τῆς Συνόδου ταύτης περιεσμένως, ἀλλ' οὐκ ἀπροσπαθῶς, καὶ κανονικῶς τὴν κρίσιν ἀποφηναμένης, εὗρεν αὖθις ἡ πονηρία κατὰ τῆς Ἐκκλησίας χώραν. *Hanc Photius ob caussam, & preterea quod ab exauctorato se consecrari voluerit, de gradu deturbandus erat, omnesque, qui cum illo communicabant, secundum Apostolicam sanctionem; nec oportuit eos Deo, Deique iudicio clementiores esse, & sacrosancti Spiritus decretum antiquare. Hac quippe eorum indulgentia, omnia susque deque egit. Hoc iudicium dici non potest quantum offenderit, quantorumque caussam prebuerit malorum. Persuasum enim habeo, si tunc ex Apostolorum, & Canonum auctoritate sententiam rite, & in auctorem schismatis, & offensionum, & in totam eius factionem cum illo communicantem omnibus exauctoratis tulissent, futurum fuisse, vt omnis ab Ecclesia impietas in posterum excluderetur. Sed quemadmodum ante diuino Tarasio Patriarcha in Synodo contra Iconomachos celebrata, cum indulgentius quam ex præ-*

scri-

ſcripto iuſtitiæ Hæreticos tractaſsent, illi arrepta occaſione impietatem ſuam multo magis confirmarunt; ita nunc Synodo remiſſius agente, nec ſine affectu, neque ex Apoſtolico Canone damnationis ſententiam ferente, malitia rurſus contra Eccleſiam inuenit locum. Non videtur ergo mirum, ſi ob ſimilem in Photium lenitatem Ioannem Octauum fœminam compellarunt.

Pag. 36. *Nec enim illa ſemiuir Papiſſa ſucceſſit Adriano ad Photij tempora, ſed inter Leonem Quartum, & Benedictum Tertium ſtat recenſenda viginti annis ad minimum ante Photij reſtitutionem ſub Baſilio, & hanc Tertiam Octauam.* Qui Papiſſam hanc de medio tollunt Catholici, non afferunt, hunc Ioannem Octauum fœminam illam fuiſſe fictitiam, ſed cauſam inueſtigantes commenti ſimilis, nonnulli ex ipſis ſuſpicati ſunt, lenitatem Ioannis cauſam fabulæ dediſſe, & tum potiſſimum, cum Papiſſæ Pontificatus incertis temporibus euagatur, nec certus apud omnes eſt. Et quænam eſt hæc computatio temporum? Ponitur femella iſta inter Leonem, & Benedictum; ergo viginti annis ad minimum ante Photij reſtitutionem ſub Baſilio? Photius ſub Baſilio reſtituitur anno 867. Papiſſa iſta ſedit poſt Leonem Quartum. Leo moritur Anno 855. quo anno eligitur Benedictus tertius. Si ab annis 867. Photianæ reſtitutionis ſubtrahas annos 855. obitus Leonis, & Benedicti electionis, remanent tantum anni duodecim, ad quos ſi adaucti illi tui anni contrahantur, multo pauciores aſſurgent. Et Papiſſæ tempora incerta fuiſſe certum eſt; dum alij hoc anno, octingenteſimo quinquageſimo tertio, alij ſequenti, alij octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, alij octauo, quidam nongenteſimo quarto, & nonnulli etiam poſt Martinum primum anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, vel poſt Ioannem Quintum anno ſexcenteſimo octogeſimo ſexto. Quare ad refellendam cauſam fictitij commenti, lenitatem nempe Ioannis,

temere annorum iſta ſuppoſitio adducitur.

At quis Leonem Allatium in Commixtis, & Binnium in eius Synodi Commentarijs conciliabit, qui probaturi Photium, hic a duodecim Pontificibus, ille a nouem excommunicatum fuiſſe, vterque fimbrias hiſtoriæ nimis dilatat, & hic infra Photij abdicationem vltimam procurrit, alter catalogum inchoat ante primam eiuſdem inaugurationem? Et tamen vterque Styliani Epiſtola abutitur. Ergò conſtabilitur firmiter iſta Ioanna. Belle ſiquidem concluditur; in enumerandis Pontificibus Romanis excommunicantibus Photium, diſconuenit inter Allatium, & Binnium. Ergo Ioanna iſta vere Thronum Pontificium occupauit. Quaſi vero in probanda ſua ſententia vno eodemque modo qui eam tenent, procedere cogantur. Et falſa Binnium, vel Allatium dixiſſe probandum erat, non vnica interrogatione, ac ſi id fieri non poſſet, argumentum diſſoluendum. Dicta ſua Allatius teſtimonio Auctoris ſatis celebris non multum poſt tempora Photij, qui eundem Photium & videre, & alloqui potuit, nixus confirmauit, cuius verba leguntur in Appendice ad Concilium Octauum generale; Μέχρι τῆς σήμερον τεσσαράκοντα πέντε ἔτη ἀναθεματίζεται Φώτιος προδήλως ἀπὸ τοῦ Πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμόσου. Ἕνδεκα γὰρ ἔτη ἀνεθεματίζετο κοσμικὸς ὤν, ὡς κοινωνὸς τῶν καθῃρημένων καὶ ἀναθεματισμένων Γρηγορίου τῆς Συρακούσης, καὶ ἄλλα τριάκοντα τέσσαρα, ἀφ' οὗ ἐγένετο Ἀββᾶς. Ὁ γὰρ Πάπας Λέων, καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον κατὰ πολλὰς τὰς αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ὁ Φώτιος παρὰ τοῦ καθῃρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι' ἄλλα μὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δέξασθαι παρὰ τοιούτου τὴν ἱερωσύνην ἀναθεματίζεται ἀπὸ τῶν ἐννέα Προέδρων τῆς Ῥώμης Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, Στεφάνου, καὶ Φορμόσου. *Photius quadraginta quinque annis ad hodiernum vſque diem palam anathemate feritur a Leone Papa vſque ad Formoſum. Nam annos vndecim anathematizatur ſecularis, & laicus, tanquam qui cum Gregorio Syracuſano exauctorato*

rato

rato, anathematizatoque communicaret; & alios triginta quatuor postquam Sacris initiatus est. Etenim Leo Pontifex, & Benedictus, & Nicolaus Gregorium propter varias causas anathemate damnabant. Vbi vero Photius a damnato consecratus est, cum propter alia eius facinora, tum quod Sacris a Gregorio esset initiatus, anathematizatur a nouem Romanis Pontificibus Leone, Benedicto, Nicolao, Adriano, Ioanne, Marino, Adriano altero, Stephano, & Formoso. Istius Scriptoris testimonio, qui quadraginta annis post excommunicatum Photium, forte etiam in eadem cum Photio vicinia vitam transigebat, innixus Allatius scripsit a nouem Pontificibus fuisse excommunicatum, inchoando catalogum a Leone, quod rectissime, vel Momo ipso iudice, fecit. Neque enim a prima sui in Sacris inauguratione a communione Ecclesiæ Photius exclusus est, sed etiam ante ipsam laicus per vndecim annos, deposito Gregorio Asbesta Syracusano ob innumera scelera communicans, vt ex eodem Auctore plene discitur: Stylianus etiam in Epistola ad Stephanum Papam, & Gregorij depositionem, & Photij tum secularis cum Gregorio commercium refert; *Gregorium Asbestem, Eulampium, & Petrum Patriarcha cum sæpius ad Synodum citatos, quaque par erat humanitate tractatos sanare vellet, ne ab Ecclesia Dei resecti malo insidiatori præda fierent, illi tamen nullam medicinam admiserunt. Quapropter exauctoratos anathemati subiecit.* Et post Legatos ab vtraque parte missos ad Leonem Pontificem. *Pontifex eandem in Schismaticos sententiam protulit, quam antea in eosdem tulerat Ignatius. Leone deinde ex humanis sublato, rursus illi Benedicto, qui Leoni successit, de iisdem rebus molesti fuerunt. Enim vero & ipse Benedictus, re diligenter excussa, Sententiam aduersus illos secundum Ignatium pronunciauit. Qui Photio postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ perduelli, & Schismatico, politicoque Magistratu fungente, socio, & adiutore apud Bardam Cæsarem, & Michaëlis Imperatoris auunculum, eundemque ipsum ab Ignatio Patriarcha ob incestas*

nuptias deprehensum, vsi, Ignatium de Throno per vim detrahunt, comparatisque in illum non paucis periuris calumniatoribus, Imperatori imponunt, qui pulso Ignatio, Photium a Schismaticis designatum, subitoque a Gregorio exauctorato consecratum intrusit. Quod si Creyghtonus non credit, producat ipse testes sanctiores, qui contraria referant; & manus dabimus. Neque puto, eum tantum arrogare, vt maiorem fidem haberi sibi velit extero, elingui, & quod pace sua dixerim, rerum Ecclesiasticarum, & potissimum Græcarum penitus imperito, & ab illis temporibus per quam remotissimo, quam hinc oriundis, & ciuibus, & coæuis, & eruditione rerum omnium præditis. Sed Binnius *a duodecim Pontificibus* scribit. Ergo quid? Auctor ab Allatio laudatus ad sua tempora, atque ætatem excommunicationem Photianam extendit, quid postmodum futurum esset ignorans. An scriptori historiæ prænarranda sunt post illius obitum euentura? Ego nolo Prophetas historicos. Satis mihi est, si quæ viderint, vel a fide dignis audiuerint, scribant, posteris scribenda futura relinquant, nisi quid aliud Creyghtonus obtendat. Binnius a posteriorum scriptis edoctus infra Photij abdicationem procurrit. Ideoque & Allatius, & Binnius excommunicationis Photianæ tempora æqua lance expensa, hic a duodecim Pontificibus, ille a nouem excommunicatum Photium inducunt. Et sic nullo negotio Allatius, & Binnius conciliantur. Quare vero ipse in vtroque, vel saltem in altero, vtrumque inconsiderate accusans, falsitatem, vel errorem productis testibus, vel rationibus non detexit? simplici suo dicto saniores homines, & quibus historia Ecclesiastica cordi est, non credent. Pag. 37. *Et tamen vterque Styliani Epistola abutitur.* Explicandus erat abusus. Sed hoc etiam, vti cætera, diuinandum reliquit: & quod non erat, æque ac si esset, in suspicionem suo silentio maligne admodum vocauit. Qui enim abusus non ex-

pres-

pressus, neque palam factus excusari, aut defendi potest?

Et plane ex Notis post Octauam Synodum contra Photium constat, Stylianum Neocæsariensem a Photio promotum post varios de sua ordinatione apud Romanos Pontifices conatus, seductum a Photianis a Pontificia auctoritate desciuisse, scripsisseque de ea ad Ioannem Nonum, cuius ad dicta Styliani extat responsum, in quo confirmat Prædecessorum suorum acta omnia contra Photium, quæ se sequi firmissime asseuerat. Hinc colligitur a Nicolao Primo ad ipsum Ioannem omnes illos Pontifices Photium excommunicasse, & eius Ordinationes improbasse. En verba; Εἰπὼν ὡς ταύτῃ τῇ προωρισμένῃ ἐκείνων κρίσει, καὶ τάξει, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ἀποδεχόμεθα, καὶ κρατοῦμεν, τὸν μὲν Ἰγνάτιον καθωσιωμένον προδήλως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκαθοσιώτους· ἕκτος γὰρ ἀπὸ Νικολάου ὁ Στέφανος ἀριθμεῖται. Πρῶτος γὰρ Νικόλαος ὁ καὶ κρίνας Φώτιον, καὶ δικαιώσας Ἰγνάτιον· εἶθ᾽ οὕτως Ἀδριανὸς, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Ἰωάννης, καὶ μετὰ τοῦτον Μαρῖνος καὶ μετὰ Μαρῖνον Ἀδριανὸς ἕτερος, καὶ ἕκτος Στέφανος, ἔπειτα Φορμόσος, καὶ μετὰ τοῦτον ἄλλοι τέσσαρες, ἤως Βονιφάτιος, Στέφανος, Ῥωμανὸς, καὶ Θεόδωρος, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς Ἰωάννης ὁ ταῦτα γράψας. εἰπὼν δὲ, ὅτι καθὼς, καὶ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία μέχρι τοῦ δεῦρο ἐκράτησε, συμπεριέλαβε πάντας καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν Πατριάρχας, ὧν τὰς διατάξεις εἶπεν κρατεῖν καὶ αὐτόν. ὡς ἀδυνάτον εἶναι τὰ δύο γενέσθαι, καὶ τὰς διατάξεις ἐκείνων κρατεῖν, καὶ τοὺς ἀποβληθέντας περὶ τῶν διατάξεων ἐκείνων δεχθῆναι εἰς ἱερωσύνην τὸ σύνολον, ἀλλὰ μόνον εἰρήνης αὐτοὺς, καὶ κοινωνίας εὐλογίαν ἀπολαβεῖν οἷα λαϊκοὺς, ὡς ἀριδήλως δεδήλωκεν. *Cum rursus dixit; eodem nos loco, quo priores Pontifices, habemus, ac tenemus; Ignatium quidem consecratum aperte dicit, cæteros autem perinde quasi pro non consecratis habendos. Sextus porro Stephanus fuit a Nicolao, qui Photium damnauit, & Ignatium absoluit, secundus Adrianus, tum Ioannes, deinde Marinus, quintus Adrianus, postea Stephanus Sextus; hunc Formosus, Formosum alij quatuor sunt secuti Bonifacius, Stepha-*

Stephanus, Romanus, Theodorus, & post hos omnes Ioannes, qui hæc scripsit. Cum porro dixit; quemadmodum tota Romana Ecclesia ad hodiernum vsque diem tenuit; complexus est omnes, qui se præcesserunt, & secuti sunt, Patriarchas, quorum decretis se quoque stare dicit. Vt fieri non possit, hæc duo simul vera esse vt decreta illorum seruet, & per illorum decreta exauctoratos ad Sacerdotium omnino recipiat: sed pacis dumtaxat, & communionis gratiam ritu laicorum illis impertiendam signate declarauit. Sed hi Pontifices cum Ioanne Nono sunt numero duodecim. Igitur Binnius per quam optime duodecim Pontifices Romanos, quemadmodum Allatius nouem Photium damnantes, & excommunicantes adnumerant. Quod si Creyghtonus tempora distinguere nescit, silentio potius, & non tanta garrulitate suam inscitiam obtegisset.

Illud quoque prætereundum non est. Vocatur Sacerdotium Photij in Synodo, qua ipse restituitur, Θεοψήφιστον, *Diuino decreto constitutum*. Quidquid euenit, ex Deo esse certum est. Sed hac ratione & bella, & pestes, & fames, & aduersa quæque θεοψήφιστα sunt, & forte non alio modo Sacerdotium illud θεοψήφιστον fuit, ex quo tot mala Græciæ prognata sunt. Sed vt fuerit examinetur. Photiani ipsi non negant, Ignatium legitime in thronum Constantinopolitanum euectum fuisse. Is per vim eijcitur a Photio, quo eiecto ipse Bardæ & Imperatoris Michaëlis patrocinio fultus Sedem occupat. Hæc quoque sunt Schismaticorum effata. Photius ergo inuasor est, lupus in gregem alienum intrusus. Et Photius iste homo acerrimus bonorum alienorum possessor, expulsor, ereptor, nobis θεοψήφιστος fuerit? Horas bonas esset perdere, si in his probandis diutius immoraremur. Adeantur Nicetas Paphlago in vita Ignatij, Acta Octauæ Synodi, & Libelli Episcoporum in ea contenti, Acta Synodorum Romanarum sub Nicolao, & Adriano Pontificibus Romanis, Styliani Neocæsariensis Epistola ad Stepha-

phanum Papam. Et ne singulos recenseam, Georgius Cedrenus damnationem Ignatij, & electionem Photij vocat, Ταῦτα μὲν τὰ τῆς φιλοπρωτείας τοῦ Βάρδα νεανιεύματα. *Hæc sunt facinora, quæ Bardas imperij obtinendi cupiditate impulsus edidit.* Ioannes Zonaras *inter alia supra modum vituperanda, & detestanda* Bardæ enumerat, Τὰ δὲ ἄλλα καὶ λίαν ψεκτὰ, καὶ ἔκθεσμα. Matthæus Cygala in Synopsi historica, Το μετ' ὀλίγον ἔστειλε, καὶ τὸν ἔφερε, καὶ ἔκαμε Σύνοδον ἀρχιερατικὴν, καὶ τὸν ἐκάθηρε τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον ἀδίκως, καὶ ἔκαμε Πατριάρχην Φώτιον. *Modicum post tempus, misit, qui eum adducerent, & Synodo Præsulum coacta sanctissimum virum Ignatium iniuste deposuit, creauitque Patriarcham Photium.* Eadem repetit Dorotheus Metropolita Monembasiensis. Basilius Imperator Epistola ad Papam Nicolaum; Τὴν Ἐκκλησίαν εὕρηκαμεν ἐννόμου ποιμένος γεγυμνωμένην, ὀθνείῳ ποιμένι δεδουλωμένην. *Ecclesiam offendimus suo germano Pastore viduatam, alieno mercenario oppressam.* Et infra; Ἰγνάτιον τὸν ἀδικηθέντα ἐπὶ τὸν ἴδιον θρόνον ἀποκατεστήσαμεν. *Ignatium iniuria affectum, solio suo restituimus.* Et infra. Οὕτως ἀπάτῃ, καὶ πανουργεύμασιν ὁ Φώτιος ἐστενάκισεν. Ὀλίγοι γὰρ παντελῶς αὐώτεροι τῆς ἐκείνου παγίδος γεγόνασι. *Et quicunque artibus Photij, & insidijs circumuenti sunt: perpauci quippe reperiuntur, quos ille cassibus suis non irretiuit.* Michaël Syncellus in Encomio S. Ignatij Patriarchæ; Ὁ δὲ ἀδίκως καταχρεθεὶς μετ' εὐφημίας πρὸς ἱερατικῷ θρόνῳ ἀποκαθίσταται, τοῦ ἐκ Μακεδόνων Βασιλείου τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τηνικαῦτα παρειληφότος, ὃς καὶ παρευθὺ τὸν μέγαν, καὶ θεοφόρον Ἰγνάτιον ἐκ τῆς πολυετοῦς ἐξορίας ἀνακαλεῖται, καὶ τῇ τοῦ λαοῦ παντὸς αἰτήσει πεισθεὶς, λαμπρῶς καὶ μεθ' ὅσης εἰπεῖν οὐκ ἔνι τιμῆς εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβάζει θρόνον. Ὃ δὴ μαθόντες καὶ οἱ τῶν ἄλλων Πατριαρχικῶν θρόνων. *Iniqua vero sententia damnatus Ignatius ingenti cum gloria sacrum tribunal recuperauit, simul ac Basilius Macedo imperium accepit, qui continuo eximium, & nouum hunc Deiferum Ignatium ex diuturno exilio reuocatum permotus vniuersi populi postulatis, summo cum honore, summaque venera-*

tione

tione in Patriarchium restituit. Quod cum reliqui Orientis Antistites accepissent, ingenti omnes gaudio sunt perfusi Non ignobilis eorum temporum scriptor; Georgius Hamartolus. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς Λέων, τὸν αὐτὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ λογίῳ πάνυ ὄντι, καὶ Λογοθέτῃ γεγονότι τοῦ δρόμου ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν, οἳ καὶ ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνελθόντες, καὶ τὰς τοῦ Πατριάρχου Φωτίου αἰτίας εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγνόντες, τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ ἐξώρισαν αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βόρδωνος. Στέφανον δὲ Σύγκελλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Πατριάρχην προβάλλεται, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ πρωτοθρόνου. *Post hæc Imperator Leo eundem copiarum ducem Andream simul cum Hagiopolita Ioanne admodum diserto, atque erudito, cursusque Logothetam ad templum S. Sapientiæ misit, qui ambonem ascendentes, & Patriarchæ Photij facinora omnibus audientibus lectitantes, de throno deiecere, eumque in Armenianorum Monasterio Bordonis cognominato relegarunt. Stephanum vero illius fratrem Syncellum in Patriarcham promouent a Theophane Protothrono ordinatum.* Constantinus Porphyrogenneta in vita Basilij Macedonis, quam inter Symmicta nostra Græce, ac Latine edidimus. Ἐπεὶ γοῦν, καὶ ταύτας οἷον εἶναι ἐν σάλῳ τινὶ, καὶ ταράχῳ τυγχανούσας ἑώρα, διὰ τὸ τῆς κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ προάρξαντος, καὶ ταύτας μεταλαχεῖν, καὶ ἐξωσθῆναι μὲν τῆς οἰκείας καθέδρας, καὶ ποίμνης τὸν ἐννόμως τούτων κατάρχοντα, αἰτεισαχθῆναι δὲ ἕτερον, οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν, ἀλλὰ διὰ κοινῆς Συνόδου, καὶ συνελεύσεως τῶν ἁπανταχόθεν ἀρχιερέων Θεοῦ τῆς Ἐκκλησίαις τὸν σάλον καὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἔστησε, τήν τε περὶ τούτου ἑβδόμην ἁγίαν Σύνοδον ἐπικυρώσας, καὶ τοὺς περιλυπεῖς τῶν Εἰκονομάχων αἱρετικῶν τῷ ἀναθέματι δοὺς, καὶ τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς παραχὼν, τὸν δὲ αἰτεισαχθέντα σχολάζειν κελεύσας, ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μεταστήσει ὁ Κύριος. *Illarum vti in salo tempestate, ac fluctibus iactatarum, quod noxam communem ab antecessore contraxerant, deturbatoque de proprio throno, & grege, qui legitime præerat, alio suffecto, tranquillandarum studium nunquam*

quam depoſuit: ſed publica Synodo locis ex omnibus Dei Præſulum, vt vt potuit, congregata, procellam deuitauit, & ſeptimam, quæ præceſſerat, ſanctam Synodum conſtabiliens, reliquos adhuc ex Iconomachis hæreticos anathemate feriit, legitimum Eccleſiæ Sponſum, & liberis patrem, vt Canones iubent, reſtituit, intruſum denique vacare a munere iuſſit, donec alium ad ſe Dominus aduocaſſet. Auctor manuſcriptus apud me: Ὅστις Φώτιος τὴν Ἐκκλησίαν διέσχισε, διότι οὐχ ὑπακούσας Νικολάῳ, καὶ Ἀδριανῷ τοῖς τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῦσι, παραχωρῆσαι τῷ ἀδίκως ἐκβληθέντι Ἰγνατίῳ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως, ὃν παρὰ κανόνας αὐτὸς ἔλαβε, παρὰ τῶν προρρηθέντων τῆς Ῥώμης ἀρχιερέων ἀφορισμῷ, καὶ ἀναθέματι, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ Βασιλεὺς καθυποβέβληται. *Hic Photius Eccleſiam diſcidit, quod cum non obediſſet Nicolao, & Adriano Romanis Pontificibus, Sedem Conſtantinopolitanam Ignatio iniuſte expulſo cedere, quam contra ſtatuta Canonum arripuerat, a dictis Romanis Pontificibus excommunicatione, & anathemate & ipſe, & Imperator feritur.* Audiendus etiam eſt Conſtantinus Manaſſes.

Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστηρίοις
Ῥήμασιν, οἷς ἐπλήττετο παρὰ τοῦ Θεοφόρου,
Οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῶν παραινετηρίων,
Ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος.
Ὅμοιον δρῶν, ὡς εἴτινες ἰχῶρσι πεπλησμένοι,
Νοσοκομοῖντο πρός τινος. οἱ δ' ἀποδυσπετοῖεν,
Καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
Ἐνθέντοι Βάρδας προσελθὼν ποτὲ τοῖς μυστηρίοις,
Καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου.
Οὐ γὰρ πιστεύεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα.
Καὶ πρὸς θυμὸν ἐκπυρωθεὶς ὡς λέων ἐριβρύχης,
Ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαία τῷ δικαίῳ,
Καὶ ῥήγνυσι, καὶ κατασπᾷ θείας πηδαλουχίας,
Ἀντεφιστᾷ δὲ Φώτιον. φεῦ ἀντὶ τίνος ποῖον;

Nimirum obiurgationibus hiſce Bardas Cæſar exacerbatus, non

modo nihili fecit eas exhortationes, verum etiam conceptam aduersus monentem iracundiam, & indignationem alebat, non aliter agens, atque si saniosos aliquo curare volente, illi non tantum aufugiant, sed etiam erga benefacientem excandescant. Cum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria; nec diuinum illud munus a Patriarcha consequeretur, non enim vnguenta fragrantia vasi putrido committuntur, inflammatus iracundia leonis in modum rugit, ceu violenta pardalis in hominem iustum insilit, lacerat, a clauo summouet, eius in locum Photium substituit. Proh qualem pro quali Viro? Ephræmius in Catalogo Patriarcharum.

Τούτου (Μεθοδίου) μεταστάντος δὲ πρὸς τὸν δεσπότην,
Ποιμὴν θεαυγὴς ὤφθη τῆς Βασιλίδος
Ἰγνάτιος παῖς Μιχαὴλ βασιλέως,
Κανὼν ἀκριβὴς ἀρετῶν, καὶ δογμάτων,
Παιδεύσεως μέλημα, καὶ λόγων κράτος,
Ὃν ἐκτομίαν θηριώνυμος Λέων,
Κράτος κατασχὼν, ἀπέφηνε σὺν βίᾳ.
Εἶτα μονάζας, ὡς Θεοῦ θεῖος νόμος,
Ὕστερον ἔσχε τῆς Κωνσταντίνου θρόνον.
Τοῦτον Μιχαὴλ καταγαγὼν τοῦ θρόνου,
Μᾶλλον δὲ Καῖσαρ Βάρδας ἀδίκῳ δίκῃ,
Ἄνδρα πανοῦργον, καὶ σοφώτατον λίαν,
Ἐκ λαϊκῶν Φώτιον πρωτασηκρῆτις
Ἀντικαθιστᾷ ποιμενάρχην ἀδίκως.
Τοῦ δ' ἀπελαθέντος δὲ τῆς προεδρίας,
Ἰγνάτιος ἔσχηκε τὸν θρόνον πάλιν.

Hic autem cum concessisset ad Dominum, pastor diuinus apparuit reginæ vrbium Ignatius Michaëlis Imperatoris filius, accurata regula virtutum ac dogmatum, eruditionis cura, & sermonum potestas; quem euirauerat efferatus Leo, dum violenter imperium occupat. Postmodum inter Monachos adscriptus, vti diuina præscripta mandant, tandem thronum Byzantinum assecutus est. Hoc Michaël de throno pulso, imo Barda Cæsar iudicio iniusto hominem versipellem simul atque doctissimum, ex laico Photium

primum

primum a secretis substituit iniuste Pastorem. Hoc vero eiecto a primatu Ignatius denuo thronum recuperauit. Christophorus Patritius Mitylenensis in Synaxario de Sanctis, quorum memoria celebratur per annum singulis diebus in Ecclesia Græcorum carmine Iambico conscripto;

Εὗρες μεταστὰς τὴν παλαιὰν ἀξίαν
Ἰγνάτιε πρόεδρε Ῥώμης τῆς νέας.

Reperisti expulsus veterem dignitatem Ignati Præsul noua Romæ. Et vt finiam, nemo vnus est, qui Bardæ facinus simile, vel Photij in Patriarchatum intrusionem in laude posuerit; & Deo ascripserit. Quare potius illius Sacerdotium Βαρδοψήφιστον non Θεοψήφιστον vocari meruit. Non est hæc silua verborum, sed densæ numerosæque præstantissimorum ex omni genere cohortes tuum Photium, quo tu Creyghtone *doctiorem in omni genere literarum, prudentiorem in rebus gerendis, omnis iuris diuini humanique peritiorem nunquam sedisse in quouis solio, vel Romæ Papam, vel Constantinopoli Patriarcham,* fateris, *& cuius monumentis maiorem fidem, ac reuerentiam adhibuisses, quam omnibus sancti Ignatij miraculis, aut præscriptionibus sancti Nicolai,* funditus prosternunt. O miseros antiquæ Græciæ Patres, quorum & doctrina, & sanctimonia si comparetur cum Photiana, Creyghtono iudice, iam nutantes fundo euertuntur. Sed bene est. Non est is Creyghtonus, qui de similibus statuere queat. Iudicis ex inscitia laborantis, affectu partium impotentis animi iniquum, minimum inuidiosum iudicium fuerit. In Orientali Ecclesia nunquam Sancti titulo Photius decoratus est, etiam ab ipsis Schismaticis, nisi vbi illius dignitas, sanctissimi sibi nomen vsurpet, denegatus. Ex aduerso Ignatius Pater, & Doctor, & sanctitatis honore percolitur, & memoria eius sacro ritu vigesimo tertio Octobris, eius Synaxario lecto, in veneratione est. Synaxarij archetypum ex Menologio Basiliano, in quo effigies etiam illius inter alias Sancto-

rum internitet, in Græcorum Menæa influxit: quod hic, vt nouo beneficio Creyghtonum demerear, ascribam.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἰγνάτιος γέγονε μὲν υἱὸς Μιχαὴλ Βασιλέως, ἀδελφὸς δὲ Θεοφίλου, καὶ ἔγγονον Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως. Εὐνοῦχος δὲ γεγονὼς, εἶτα καὶ Μοναχὸς γέγονε, καὶ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ Ἀρχαγγέλου, τοῦ τότε μὲν ἐπιλεγομένου Ἀνατέλλοντος, νῦν δὲ Σατύρου. εἶτα προεχειρίσθη καὶ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐκράτησεν ἔτη ἕνδεκα, μῆνας πέντε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξεβλήθη ὑπὸ Μιχαὴλ Βασιλέως, ἀντ' αὐτοῦ Πατριάρχην ποιήσαντος Φώτιον γενόμενον πρότερον Μοναχόν. εἶτα ἐξεβλήθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ Βασιλείου βασιλέως, καὶ ἀντικατέστη Ἰγνάτιος πάλιν, καὶ ἐπεσκόπησεν ἔτη ἕνδεκα. καὶ πάλιν ἐξεβλήθη. καὶ ἐγένετο Πατριάρχης Στέφανος ὁ ἐν ἁγίοις υἱὸς Βασιλείου Βασιλέως, ὁ δὲ ἅγιος Ἰγνάτιος ἀπελθὼν ἐν τῷ τοῦ Σατύρου μοναστηρίῳ, καὶ καλῶς βιώσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

Sanctus Pater noster Ignatius fuit filius Michaëlis Imperatoris, frater Theophili, & Nicephori Imperatoris nepos. Virilitate spoliatus Monachum induit, præfuitque Monasterio, per illa tempora Archangeli Adorientis nuncupato; nunc Satyri. Postmodum in Patriarchatum Constantinopolitanum promotus, illo munere annos vndecim, & menses quinque perfunctus est. Tum eijcitur à Michaële Imperatore, & loco ipsius Patriarcha sufficitur Photius, antea Monachus. Tum & ipse eiectus est ab Imperatore Basilio, & rursus restitutus Ignatius sedem tenuit annos vndecim, & rursus eiectus est, creatusque Patriarcha sanctus Stephanus Basilij Imperatoris filius, & sanctus Ignatius progressus in Satyri Monasterium, & integre vita ducta in pace quieuit. Nec alia sunt, quæ Græci legunt in Synaxario paucis quibusdam immutatis. in quibus obiter animaduertendum est, ex scriptoris oscitantia veritatis ordinem confusius enarrari de eiectione Photij & Ignatij. Ignatius enim primum eijcitur a Michaële, sufficitur Photius, quo eiecto sub Basilio restituitur Ignatius, & Ignatio vita functo, rursus Photius ab eodem intruditur, tandemque pellitur a Leone, & exul submotus patria vitam agit, & Photio exuli succedit Ste-

pha-

phanus. Sed in huius notæ mendis sanctitas Ignatij in perculo haud vertitur, sed stat aliorum itidem testimonijs altissimis defixa radicibus. Menologium Sirletanum die 23. Octobris. *Eodem die commemoratio Patris nostri Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani. Hic fuit vir generis splendore illustris, sed vita, & moribus illustrior; post multas ærumnas, quas Photij opera perpessus est, quieuit in Domino.* Gregorius Hieromonachus Responsione in Professionem Fidei Marci Ephesij. Εἰ δ' ὁ Φώτιος Πατριάρχης εἶπεν. Ἀλλ' ὅρα ὅτι ἐν ἁγίοις οὐ συντέτακται, καίτοιγε ἐν τοῖς αὐτοῖς τε, καὶ ἑνὶ καιρῷ Φώτιος καὶ ὁ Ἰγνάτιος. Ἀλλ' ὁ μὲν σὺν ἁγίοις τέτακται, καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ τρίτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου ἐν τοῖς Συναξαρίοις μετὰ τῶν ἁγίων συντέτακται, ὁ δὲ Φώτιος οὐδαμῶς τοῖς ἁγίοις συνηρίθμηται. Εἰ καὶ δίκαιον τὰ κατ' αὐτὸν παραδραμεῖν, διὰ τὸ ἐπ' ἄμβωνος τὰ κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰγνατίου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Φωτίου γραφέντα ἀναθεματίζεσθαι. *Quod si Photius Patriarcha dixit. Sed animaduertito, Photium non esse in Sanctorum numero collocatum, licet vna insimul, & eodem tempore vixerint Photius & Ignatius. Sed hic quidem inter Sanctos adnumeratur, & vigesima tertia Octobris in Synaxarijs locum habet. Photius vero nullo modo sanctitatis nomen consequutus est. Licet operæpretium fuerit res illius gestas silentio præterire, quod in Ambone anathemati subijciantur, quæ aduersus sanctum Ignatium, Photiumque scripta sunt.* Et infra eadem ingeminat, suo loco, cum de Actis Synodi Octauæ contra Photium, sermonem reassumemus. Est ergo inter Sanctos, & Doctores Ecclesiæ ab Ecclesia Orientali, atque Occidentali, nec non ipsius Photij fautoribus relatus Ignatius, & æque atque alij Sancti, & Doctores Ecclesiæ cultus: Photius in nulla veneratione iacet inglorius, omnium scelerum, & flagitiorum maculis notatissimus, vt ex iam dictis Græcorum eadem ætate viuentium, & eorum, qui eos secuti sunt, & tandem recentiorum testimonijs, ni caligo ob oculos obsistat, & in apertissimo lumine cæcutire non vis, mani-

nife-

nifestum apparet. Esto sit per me etiam Photius *callentissimus scientiarum, & optimarum artium lucubrationibus deditissimus, & quidquid ad rerum cognitionem diuinarum pertinet, oculatissimus*. At tu non nisi captus mente negaueris, eum ipsum fuisse *ingenio malo, prauoque*, & vt quisquam vnus de alio dixerat, *animo audaci, subdolo, cuiuslibet rei simultate, ac dissimultate, alieni appetente, sui profuso, intento in cupiditatibus*. Hinc quem prius induerat Monachum, tanquam auspicium malum execratus, secularibus negotijs sese implicuit, & cum pessimam, ac flagitiosissimam, & tantum non, & iuuentute, & corruptissimis Principis moribus, & Bardæ fraudulentis artibus nutantem Rempublicam nimis alte concupiscens, & alienæ dignitatis capiendæ libidine inflammatus, nihil pensi habuit, quibus eam modis assequeretur. Sic in innoxium, & innocentem, & omnis culpæ exsortem machinas admouet, & dolis malis solio deijcit, illiusque sedem procurans, cum se male tutum in sede eo superante videret, per oppressionem dignitate spoliat, viuum sepelit, verberibus ad mortem cæsum, in carceres detrusum, immanissimis custodibus dedit, tandemque, vt finiam, in insulas ad conterendum relegat. Immerito ergo in maledicentiæ crimen vocas Anastasium Bibliothecarium, & Nicetam Paphlagonem, qui Photij in Ignatium tyrannidem, & nefanda illius facinora, vti gesta sunt, narrant: & ita gesta esse, ex alijs scriptoribus vna voce, & mente eadem concinentibus clarum est, vt id negare tibi tutum non sit. Pernegabis enimvero tu plane, qui ad omnia natus es, Photium similia patrantem in viros sanctissimos esse Doctorem stygium, Cacodæmonis atriensem, tortuosum draconem, magum, & necromanticum, qui Santabarenicis præstigijs Basilium Imperatorem effascinauit. Parua sunt, quæ de illo pronunciant Pontificij. Nihil ipse in Historia Ecclesiastica Photio vidi seditiosius, nullum

lum monstrum immanius, nullum nequiorem flexiloquũ, cum in eo nulla fides, sed summa audacia, & cætera perfrictæ frontis vitia inualuerint, & prædictionibus sanctissimorum hominum hæc præmonita fuisse, non sunt *Rosæ, & Narcissi Iesuitici*, sed res ipsa, si id narrantibus scriptoribus fides habenda est. Prædictionem ergo similem habeto tibi etiam confirmatam, non ex flosculis Iesuiticis, sed ex Græcis ipsis post Schisma dictum suum ad antiqua monumenta reportantibus. Simon Byzantius Epistola ad Ioannem Nomophylacem; Καὶ γὰρ ὁ ἅγιος Μιχαὴλ τῶν Συνάδων Ἐπίσκοπος προορατικώτατος ὤν, εἰδὼς τὴν τοῦ τοιοῦδε Φωτίου μητέρα τὴν μονάστριαν ἐγκυμονοῦσαν τὸν τοιοῦτον Φώτιον, ἐπεξέτεινέ τε τὴν ἑαυτοῦ ῥάβδον, ὡς δῆθεν πλῆξαι βουλόμενος αὐτὴν, καὶ οὕτως εἶπεν. Εἴθε ἦν ὁ ταύτην ἀποκτεῖναι δυνάμενος, καὶ τὸ ἔμβρυον τὸ ἐν αὐτῇ. Ὁρῶ γὰρ ἄλλην Εὔαν ὄφιν ἐγκυμονοῦσαν, καὶ τὸ ἔμβρυον ἄρρεν, καὶ τοῦτο κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ Πατριάρχην ἐσόμενον βλέπω, ἐπὶ ἀθετήσει τοῦ πανσέπτου, καὶ τιμίου σταυροῦ. καὶ αὐτὸς εἰς ἀσέβειαν ἀποκλινεῖ, καὶ πάντας σχεδὸν ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐπὶ τρίβους καταγυρεῖ σκολιάς, καὶ τῆς καθαρᾶς πίστεως τοῦ Χριστοῦ ἀποβουκολήσει, καὶ εἰς σταυροπατίαν καταστήσει, καὶ καταφρονητὰς τῶν ἱερῶν κανόνων ποιήσει, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας πολλοὺς ταῖς πολυτρόποις αὐτοῦ στερήσει μηχαναῖς. *Nanque sanctus Michaël Synadorum Episcopus; cum acutissime res futuras præuideret, intuens huiusce Photij matrem, quæ in Monasterio cum alijs virginibus habitu Monastico vitam agebat, Photio grauidam, suum extendit baculum, eam percussurus, & hæc pronunciauit. Vtinam adesset, qui eam, & in ea embryon interimeret. Namque alteram Euam prospicio serpente grauidam. Mascula proles est, & fœtum permissione Dei Patriarcham futurum intueor ad abolendam perquam venerandam, & pretiosam Crucem. Ipse etiam in impietatem prolabetur, & fere omnes e recta via ad distortas semitas deducet, & a pura Christi Fide aberrare faciet, & in adulterinum Crucis cultum compellet, & sacrorum Canonum contemptores efficiet, & regno Cælorum*

rum præstigiosis suis machinis priuabit innumeros. Ioannes de Fontibus Epistola ad Monachos Constantinopolitanos: Ἐνθυμεῖσθε δὲ, ὅτι καὶ ἡ δόξα αὕτη διὰ τοῦ καταράτου Φωτίου ηὐξήθη τε καὶ ἐβεβαιώθη, ὃς πονηρὸς καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι προεφητεύθη. *Animo itaque voluite opinionem hanc a maledicto Photio auctam, & constabilitam fuisse, qui etiam antequam nasceretur perditi animi futurus prænunciatur.* De hoc eodem argumento vide, quæ exscribit Franciscus Combefis in Recensitis Auctoribus Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ in Photio. Sed quid cæco cum speculo? Robertus Creyghtonus, licet sacellarius domesticus, siue ordinarius Regis, S. Theologiæ Doctor, & sanctæ Burianæ Decanus, gloriosus in vulgus honore, & titulis vir, non dum discernere didicit album & nigrum, diem & noctem, lucem & tenebras, virtutem, & vitium, sanctimoniam & malitiam, integritatem & improbitatem. Nec mirum, omnia illi, siue proba siue mala sint, vnum sunt. Ad id vnum deflexit similium hominum religio, vt & barbaris & Turcis, illisque qui non dum salutari Christi lauacro abluti Christo nomen dederunt, immaniores, inconsultiores, & confidentiores sint, & non id quod fuerit, sed quod arriserit, temere atque impudenter in vulgus effutiant, & quo prodigiosiora effinxerint mendacia, eo sibi vesanius concrepent. Quare hoc in loco Creyghtono, cui mentis defectu nonnisi lingua consistit, amittenda noxa est. Quis enim illum nauigasse Anticyras non asseuerauerit firmissime, cum audit, *Monumentis rarioribus Photij maiorem fidem ac reuerentiam adhibuissem, quam omnibus sancti Ignatij miraculis, aut præscriptionibus sancti Nicolai?* Profecto vir iste rerum momenta proprijs oculis non introspexit, vel si introspexit, tenebris crassis circumfusus male iudicium protulit. Quare non mirum, si qui exactius introspiciunt, atque dignoscunt, obcœcata illius dicta ludibrio habent, atque per iocum irrident.

dent. Sic de consensu vnanimi aliorum spem deponat necesse est. Ludit quoque sane nos Actione 3. Elias Presbyter, cum Photij depositionem Ἀθέμιτον, καὶ ἄθεσμον πρᾶξιν, ἀπόνοιαν, *nefarium, scelestum, nefandum, impium, astum, & amentiam* appellat. Γινώσκει ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὔτε τὸν Πατριάρχην κύριον Φώτιον προεῖδον, οὔτε γράμμα παρ' αὐτοῦ ἐδεξάμην, οὔτε συνέτυχον αὐτῷ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ διὰ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀθέμιτον εἰς αὐτὸν γεγενημένην ἀπόνοιαν, καὶ τοὺς ψευδοτοποτηρητὰς τοὺς ἀθέους ἐκείνους διὰ ταῦτα παραγέγονα. *Bene nouit bonitas Dei, mihi antea Patriarcham Dominum Photium notum non fuisse, neq; literas ab eodem accepisse, neq; illis diebus sermonem cum eo habuisse, sed propter Ecclesiam, & virtutem illius, & nefariam in illum contumeliam peractam, & falsos illos, atq; iniquos locum tenentes huc accessi.* Quin etiam ipsa Synodus dum ait; *Photium non vlla vi, sed omnium consensu, & ab Imperatore compulsum Episcopatum accepisse:* quæ fusius ipse Photius persequens dicere non erubuit, se nunquam Episcopatum ambijsse, nec vi, ac seculari potentia innixum, sed ab vniuersa Constantinopolitana Ecclesia coactum Patriarchale fastigium conscendisse, atque inde postea iniuste eiectum, æquo & libenti animo exilium passum, neque vnquam de reuocatione cum Imperatore egisse, sed illius pietate reuocatum, amicitiam sibi cum Ignatio fuisse, neque se vnquam eo viuo Episcopatum inuadere voluisse, quamuis eum multi ad id agendum impellerent. Verum eo mortuo se omnium consensu, atque adeo ab Imperatore ipso compulsum ex necessitate Constantinopolitanam Sedem recepisse. His non dissona sunt, quæ idem Epistola ad Nicolaum satis ampullatis verbis, ac sesquipedalibus proijcit.

EXERCITATIO XVII.

In rebus fidei, sacrisque antiquiora firmiora, & veriora esse. Numem in maleficos tonitrua excitare ad Stragem, & sæ-

 pissime

pissime etiam cadere bidental. In hac ætate mundi prouectiore exemplum desumptum a Photio perniciosissimum esse libertati Ecclesiasticæ, & quod etiam maxime deplorandum est, vniuerso generi humano. Strages miseranda Constantinopolis sub Mahomete secundo. Dispensatio petitur a Pontifice, vt ordinationes Photij validæ sint. Post Photium nullus fere Patriarcharum iuris sui securus ab Imperatorum contumelijs sedit. Photij sepultura, quo in loco fuerit?

Pag. 37. P*Hotius non minus sui iuris securus sedebat in solio a Paparum contumelijs, dum vixit, quam post mortem supinus iacebat in sepulchro.* Et tamen supra de Photio dixerat; *Cuius in fortuna mutabili decursu, illud singulare arbitror contigit, tres Synodos Oecumenicas, &c.* Annon in Lethe semper propriorum nugamentorum versatus semper dormitat Creyghtonus? Sed de securitate Photij alibi. *Iam mundus ætate prouectior vindicias dedit ad libertatem.* In hoc pusillo commate, cum a pestiferis de religione opinionibus imbuto permanet, nonnulla consideranda sunt. In humanis nata lex est, ætate prouectiora, stabiliora, & fructuosiora, si tamen ad effœtam non degenerarint, euadere: In homine, vel vsu, vel studio, vel diligentia grauitatem, & prudentiam acquiri, accommodarique ad fructus illius demetendos percipiendósque: non tamen omnibus longiora tempora prodesse: nanque sæpius ex prauo vsu, vel studio, quod suo tempore commodum percepturus erat, in damnum concedit, & virtus in vitium, & seria in sordidissimas insipientias diriguntur. Hinc fit, vt non semper ætas prouectior, licet expertior sit, prudentior habeatur. In rebus tamen fidei, & pietatis, cum alta salutis nostræ fundamenta iacta sint, & non nisi ratione diuina, diuinoque èloquio firmentur, aliter fit. Etsi ætate prouectiori dimetiri vis, antiqua via tritissima, & celeberrima neglecta, earum faciem varians,

rians, & aliam nouam inducens, etiam ſi minima ſit variatio, dogma, & totam fidei machinam ſubuertes, ſic aſſerente tuo Photio, Οἶδε δὲ καὶ ἡ μικρὰ τῶν παραδοθέντων ἀθέτησις, καὶ πρὸς ὅλην τοῦ δόγματος ἐπιτρέψαι καταφρόνησιν. *Solet autem, vel leuiſſima traditionum neglectio homines ad totius doctrinæ contemptum traducere.* Et; καὶ γάρ ἐστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν, ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγκες καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰ τῆς πίστεως, ἔνθα καὶ τὸ παρεκκλῖναι μικρὸν, ἁμαρτεῖν ἐστιν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς τὸν θάνατον. *Nam re vera communia omnibus ſunt, quæ omnes cuſtodire neceſſe eſt, & ante alia, quæ de fide habentur, vbi vel paulum declinare, eſt mortifero ſe piaculo obſtringere.* Ideoque omnia noua ſuſpecta ſunt, quidquid dicat ſua nouitate ætas prouectior. *Antiquitas enim*, aiebat Cicero, *quæ propius abeſt ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea, quæ erant, vera cernebat.* Et ſecundo de diuinatione; *Maiorum inſtituta tueri, ſacris, ceremonijſque retinendi, ſapientis eſt.* Et temerarium eſt, ne dicam ſtultum, Creyghtonum, quia modo eſt in prouectiore ætate mundi, ideo res fidei melius, ac verius intelligere, quam vel ipſi Apoſtoli, vel Apoſtolorum diſcipuli, licet vindicias ſibi det ad libertatem, qua *cum altius*, vt alij non abſimiles, *quam par eſt, ſe vehat, rupes apprehendit confragoſas, in quibus nec tuto poſſit conſiſtere, nec vltra progredi, nec cum ſecuritate retro veſtigia referre*, neceſſe eſt, vt ſeſe præcipitem deijciat, ad impietatem, & infamiam. Et cum iam in his ſumus, præualet illa non tacere, vt accommodiori exemplo rem deſignem. Annon quiſpiam argutaretur inſipienter, ſi colligeret; Creyghtonus eſt modo ætate prouectior, ergo itidem eſt ad omnia oculatior, & res omnes agit dexterius. & ad ſingula quæque bina crania gerit. Hoc ex ſuis neceſſum eſſe videtur, nihilominus eundem rerum imperitum, quidvis potius quam doctum, tantum abeſt, vt ſit *iamdudum in his rebus verſatus, experimur.*

Et mortales plurimi a Photij exemplo didicere. Sane quia

 vero

vero tu, atque ille in sanctos, & in Deum iniurius es, cum vnam Dei Ecclesiam scindis, illius præpositos, & augusta capita ore maledicentissimo dilanias, & Sacrosancta Ecclesiæ mysteria flagitiosissime prostituis, & iram Numinis tibi ob hæc scelera imminentem per risum, & iocum despicis: ideoque *istos Salmoneas contemnis, qui tonitrua excitant in maiorem strepitum, quam stragem, & fulgur decurrens multa territat animalia, sed rerum cadit bidental*. Ita eludis diuina flagra, & verbera impius, qui supra dixeras; *homines plerumque imaginatione vana abreptos in magnarum calamitatum causis assignandis ad occulta Dei iudicia recurrere, & ineluctabilis cœlestium irarum destinationes*. Tum deploras nuperrimum tuæ gentis infortunium: Quæ *infames perduelles facta coniuratione sacrum nomen ementita, faces regno subiecere, & omnium quotquot vnquam legimus, audiuimus facinorum tristissima exempla edidere, ludibrio habitam æterni numinis reuerentiam, Sacramentorum sanctitudinem proculcatam, summam illam, & Deo proximam auctoritatem regiam laceratam, pessundatamque sordidissimis plebis infimæ contumelijs, subditorum insanis armis, Parlamenti edictis, ac proscriptionibus, tandemque post spoliata Dei patrimonia, templa diruta, & vastata, submissum atrox ferrum carnificis manu in condemnati principis iugulum; & tamen illi homines viuunt, vegetant, regnant, radiant tam cari suis, quam externis tremendi*. Sunt ne hæc tonitrua in maiorem strepitum, quam stragem: fulgur discurrens, & multa territans, sed rarum cadens bidental? Dicis ea nunquam facta, nunquam audita similia, omnium quotquot vnquam fuerunt, exempla. Et tamen ea legimus, & audimus in hac ætate mundi prouectiore, quæ vindicias dedit ad libertatem, & mortales plurimi a Photij exemplo didicere istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant, in maiorem strepitum, quam stragem. Habeto tibi absque inuidia hanc ætatem mundi prouectiorem, vindiciasque ad libertatem, & male tibi grata

sint

ſunt exemplo tui Photij. Dices, malorum cauſam fuiſſe, *quos iam fouet vna Britannia, quam a mundo condito terrarum orbis alluit Socinianos, Trepidantes, Palabundos, Rebaptiſtas, fungoſos Balatrones, qui vel e ſecularijs officinis veterum Doctorum ſcientias Conciliorumque placita naſo adunco ſuſpendunt: vt ſi nulli Canones Eccleſiaſtici vigerent, quibus hæ buccæ ſuperbificæ detumere cogerentur, iampridam omnis relligio in fumum, & vniuerſi fabrica in primordiale chaos reſoluta vertiſſet.* Et notis tuis ad caput 3. Sect. 10. *At nunc Cacodæmones Puritani, & Cromvveliſtæ vtrumque ordinem Eccleſiaſticum, & ciuilem, ſic in nihilum redegerunt, vt nobis nec Sacerdos nunc relinquatur, qui appellet, nec Rex qui appelletur.* At hi etiam ſunt, qui hac ætate mundi prouectiore vindicias poſſident ad libertatem exemplo tui Photij. Annon bene actum eſt de genere humano, ſi vindiciæ ſimiles ad libertatem plus nimio perdurant? Amas nomen libertatis, ſed quæ ſit vera libertas, non intelligis. Tu libertatem vocas liberum vniuſcuiuſque agendi, credendique arbitrium, nullum legum præſcriptis aſtringi, nullum fidei dogma certum tenere, nulli ſuperiori obnoxium eſſe, nullas audacias, ac libidines aliqua ex parte reſecare. Et vt finiam, quidquid expedierit, id licere. Sed hoc eſt perditum ire Rempublicam, Societatem, & omni a ſurſum deorſum voluere; *Dum*, agnoſcis puto tua, *in multiplici opinionum colluuione ſinguli decretorum ſenſa ſuis libidinibus ſubijciunt, & ſic ſpectanda proponunt, vt eadem a diuerſis allata, nec eadem, nec diuerſa, ſed plane contraria iudicentur.*

Concludo de exemplo Photiano. Reipublicæ ſalutem ad metam feſtinare, ſi improborum exemplis improbi iudicio, ac periculo liberabuntur: & qui manifeſtis flagitijs tenetur, adductus in iudicium, flagitia diluet, ſi alios eadem quoque feciſſe demonſtrauerit. Et pleniore manu exemplo eorundem Græcorum poſt ſchiſma Photianum demonſtretur. Non ex meis proferam, quæ ſcio ſuſpecta tibi futura, aliorum & dignitate, & prærogati-

gati-

gatiua, & eadem per id tempus conditione præclarissimorum hominum verba profero, quorum si integerrimis narrationibus detractum iueris, næ tibi fidem omnem deesse concludendum est. Ioannes Veccus secundo Apologetico; Σκόπησον δὲ, εἰ μὴ φανερῶς ἐντεῦθεν, ἤγουν ἐκ τῆς μακρᾶς ταύτης διαστάσεως, καὶ τοῦ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἁγίας Ἐκκλησίας, τὸν μέγαν τοῦτον καὶ πρῶτον Ἀποστολικὸν θρόνον ἀπορραγῆναι, συνέβη πᾶσαν ἐν τῷ βίῳ κακίαν πληθυνθῆναι καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον ἔχειν κακῶς, καὶ ὅπως αἱ βασιλεῖαι πᾶσαι τῆς γῆς τεταραγμέναι εἰσὶ, καὶ πανταχόθεν θρῆνος καὶ οὐαὶ πολὺ, καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ συνεχεῖς κατὰ χώραν, καὶ πόλιν, καὶ οὐδαμῆ οὐδαμῶς ὡς ἐπίπαν τὰ ἡμέτερα εὐοδοῦνται στρατεύματα. Et; Ἔτι γὰρ τότε Συρίας ἁπάσης, καὶ Μεσοποταμίας ἄρχοντες ἦμεν. ἔτι πᾶσα Ἰβηρία τοῖς ἡμετέροις ὑπέκειτο αὐτοκράτορσιν. ἔτι τὰ χεινίσματα ἡμῶν ἐς Δάνουβιν ἐκτεινόμενα, Βουλγαρίαν πᾶσαν, καὶ τὴν παρὰ Τριβαλλῶν οἰκουμένην ἐντὸς περιέκλειον. ἔτι Κύπρος καὶ Κρήτη σὺν αὐτῇ Σικελίᾳ, αἱ τῶν νήσων περιφανέστεραι, Καλαβρία τε, καὶ τῆς Ἰταλίας τὸ πλέον τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν ἐδούλευον. τί γὰρ ἄν τις Πελοποννήσους ἀπαριθμοίη, καὶ νήσους Εὐβοίας, καὶ ὅσαι τοῦ Αἰγαίου, καὶ Ἀδριατικοῦ πελάγους σποράδην διαλαμβάνονται. νῦν δὲ ὅπῃ τὰ ἡμέτερα συνεστάλη, αἰσχύνη καὶ ὅλως λέγειν ἐστιν. *Animo porro volue, an non clare hinc, & longa hac dumtaxat separatione, ac dissensione, & a nostra hac Ecclesia magni huiusce, & Apostolici throni abruptione factum est, vt omnis generis mala apud homines cumulata redundarent: vniuersus terrarum orbis grauiter laboraret: regna omnia interturbata vacillarent: vbique eiulatibus, & lacrymis, & ingentibus ærumnis dire atque inhumane conflictaretur: peste ac fame continuis regiones, & vrbes excruciarentur, nulloque in loco vnquam nostri exercitus adprosperantur.* Et, *Nam tum Syria vniuersa, atque Mesopotamia in manu nostra erant. Adhuc Iberia omnis nostris subiecta erat Imperatoribus: Adhuc ditionis nostri termini ad Danubium extensi, Bulgariam vniuersam, & quæ a Triballis habitabatur, regionum in sese concludebant. Adhuc Cyprus, & Creta, & Sicilia ipsa celebriores Insularum, Calabria, & Italiæ potissima pars Græcorum Imperio seruie-*

seruiebant. Non est opus hic referre, & Peloponesum, & Euboeam Insulam, & tot alias, quas Ægæum, & Adriaticum mare sparsim præterfluit. Nunc vero vti res nostræ contractæ sunt, pudor est prorsus dicere. Sunt ne hæc tonitrua in maiorem strepitum, quam stragem, & fulgur decurrens, multa territans, sed rarum cadens bidental? Sed recentiora, & proximiora inuisamus. Post Concilium Florentinum a reditu in patriam, cum Græci vnionem conuellerent, & iugum, vt ita dicam, Ecclesiæ Romanæ debitum antea, & in Concilio nouo consensu confirmatum abijcere tentarent, quæ a Turca omnium Christianorum hoste perpessi non sunt? Asia vniuersa exclusi in Europam se recludunt, & quod omnium miserrimum, & per quam deplorabile, dum mutuis cladibus inter se de Imperio certant, inclinatis & resolutis viribus Thracia, Peloponeso aliaque Græcia excidunt, & tandem Byzantio ipso, & Græcorum Imperio, & in seruitutem rediguntur, indigne nunc egentes, qui olim felices fuere. Horret animus, & corpore contremisco, vel sola rerum memoria. Ætate prouectior Græcia, dum exemplum Photij sequitur, tonitrua in stragem non in strepitum, & post fulgur decurrens bidental exitiosum persentit. Captum, direptumque est Byzantium a Turca barbaro, nulla fide tyranno, Christiani nominis hoste iuratissimo, adeo vt semetipsum, vel solo aspectu Christiani fortuito, immundum atque inquinatum prætenderet, nec se purgatum existimaret, ni prius os, oculosque ablueret. Leonardus Chiensis, *Mahometem Deus misit adolescentem, audacem, ambitiosum, temulentum, Christianorum capitalem hostem, qui nonis aprilis ante Constantinopolis prospectum cum tercentis, & vltra millibus pugnatorum, in gyro terræ castra, papilionesque confecit.* Et eodem teste Græci, Latini, Germani, Pannones, Beotæ, ex omnium Christianorum regionibus Turcis commixti, fidei Christianæ obliti immanius vrbem

expu-

expugnabant: & cum Turcæ non ſat abunde eſſet ad obſidendum vrbem, nec poſſet per Boſphorum in Thraciam claſſe traijcere, inuentus eſt, qui in ſingula Turcarum capita aureo nummo accepto nauibus ſuis tranſueheret. Pudet dicere, dicendum tamen eſt; Chriſtianus Vngarus bellicorum inſtrumentum fuſor ad barbarum vrbe relicta deficit, & tormentum æneum tantæ magnitudinis fabricat, vt lapidem prægrandem eo impetu emitteret, qui murorum firmitudinem, ac latitudinem vinceret: & cum ictus non proficerent ad murum diſijciendum Ianchi Apocriſiarius Chriſtianus, qui ibi tum aderat, ictus ad diſturbandum murum, vt eſſent dirigendi, inſtruit: Si muros in terram nullo negotio ruere velis, a parte muri prius diruta ad proxime quinque, vel ſex orgyis diſtantem conuerſa machina, ictus vnum, & alterum æqualis altitudinis deſtina, quibus accurate directis, & libratis tertio murum quate, ita vt in trianguli figuram diſpoſiti cernantur, illam mœnium partem in terram ruere conſpicies. Paruit, nec res ſucceſſu caruit: illius enim monitu vrbis muri diſiecti ſunt. Ad hæc cum Iuſtinianus trireme vna, Italorum probatiſſimis ei impoſitis, machiniſque omnibus inſtructa idoneis, tempus commodum obſeruaret, vt biremes Turcarũ noctu inuaderet, ignemque illis inijceret Galatini rem ſibi compertam Tyranno perdidere, Iuſtinianus proditionis ignarus circa mediam noctẽ anchoras ſine ſtrepitu tollit & triremi ad nauigia fertur. Turci admoniti inuigilãtes lapideo globo triremem conquaſſatam ponto immergunt, & centum quinquaginta iuuenes prõptos, ac bellicoſos miſere in mare demergunt. Cuncti, qui datis nominibus ſtipendijs merebant numerus infinitus, eorum qui ſponte caſtra ſequebantur, ijs adiunctus eſt: Vniuerſi enim, qui vrbem oppugnandam eſſe audierunt, tam pueri ob ætatem teneram vix gradientes, quam ſenes annis grauati accurrerunt. Qui itaque rem

con-

considerabant exercitum quadringenta hominum millia superare coniecerunt. Quo etiam tempore Mahometæ nauigia, acatia, biremes, & triremes trecentæ simul prope vrbem appulerunt. Ex Genua, & Venetijs, & alijs locis auxilia promissa, Numine viam non dante, alias atque alias ob causas retardata, atque interpellata sunt. Et dum Græci externam sibi opem procurant, suam supellectilem hiante auaritia semotam occultant, stipendiariorum hominum necessariam copiam, & ad defendendam vrbem sufficientem defraudant, Vrbs milite destituta infidelibus cedere cogitur. Sic dum priuatæ rei conseruandæ incumbunt, & rem, & vrbem, & sua omnia, &, quod infaustissimum homini libero, ac ingenuo accidere potest, libertatem amittunt, in seruitutem a barbaris redacti. Nec fallimur, capta enim vrbe apud plerosque thesauri immensi ex priuatis quibusque domibus excauati, extractique sunt, & hostes diuitijs collocupletati. Expugnata Vrbe, quid turpe commissum non est? Cæsi Imperatoris caput clauis affixum in Augustij columna ad vesperam vsque ibi spectaculo fuit. Alij tradunt, illius caput ludibrij causa pilo affixum in castris Tyrannum circumferri iussisse. Pellis detracta, paleaque referta per Persarum, Arabumque Principum, aliorumque Turcarum ditiones, vt victoriæ symbolum ostentanda eiusdem mandato circumlata est. Licet in Turcogræcia legatur, in pugna ei caput præcisum pugnanti, & seruitutem neutiquam subire volenti: & in Phranzæ historia; Ameram dedisse negotium his, qui superfuerunt, Christianis, vt corpus eius cum honore Imperatoribus conueniente sepeliretur. Quidquid tamen sit, Imperator cæsus est, & vniuersa illius stirps ferro fere deleta. Deus immortalis! quis horrore non perfunderetur, & toto animo corporeque contremisceret? Narrant hi, Constantini Imperatoris vxorem, filias, & alias nobiles fœminas iussu Tyranni

inter epulas, & conuiuia, post contumelias, & tantæ maiestatis deformationem fuisse dissectas, Alij ferunt, hunc Imperatorem postquam sacra mysteria liberis suis, & Imperatrici, & multis consanguineis, & propinquis impertiuisset, hos omnes obtruncari iussisse, ne in hostium potestatem viui inciderent. Et dictu immanius *bidental* exposcis? Matthæus Camariota Epistola de direpta Constantinopoli; Μεθ' ἃ, ὅτι καί τινες ἀναξίως ἐτόλμων ἱερᾶσθαι, καὶ λειτουργεῖν Θεῷ, καὶ ἔλεγεν, ὃ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀτοπήμασι, πολλοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρξασι τότε οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τὴν σιδηρᾶν ἡμῖν, ὡς ἀστραπὴν παρώξυνέ τε, καὶ ἀνέστιλβωσε ῥάβδον ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ. παρορυγίζοντος ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν ἐπισκέψιν ἐργασαμένου ἐν μάστιξιν, ὅτι ἐξεκαύθημεν ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις ἡμῶν, καὶ ἀπέστημεν τοῦ μόνου δυναμένου σώζειν ἡμᾶς. *Huic loco additum quosdam se, cum digni non essent, in Sacerdotis dignitatem ingessisse, & Deo missas celebrasse, vbi addebat: Hoc etiam præter alia absurda, quæ multa, magnaque tunc extiterunt, non minus illis, imo multo magis ferream virgam, tanquam fulgur, in nos irritauit, & vibrauit, stolidam Deo gentem in nos irate, immittente, flagellisque nostras iniquitates visitante, quod cupiditatibus nostris exarseramus, ab illoque, qui solus conseruare nos poterat, defeceramus.* Vin plura? Creyghtonus Notis in cap. 20. Sect. 4; *Vidimus nuper in Anglia; & vidimus & sensimus tremendo, & fatali exemplo, nostrorum Troiugenarum odia in sacras infulas.* Sequitur Constantinopolitanum bidental. Et quæ scelerum facies non admissa? Non dignitatis, non sexus, non ætatis habita ratio: stupra cædibus, cædes stupris additæ. Ex nobilitate plurimos ferreis manicis, & compedibus alligatos, & funibus vinctos extra vrbem deducunt plebeij: mares & fœminæ, virtute & conditione præclari miserum in modum, & multis iniurijs affliguntur. Heroinæ, vt meretriculæ, in lupanari prostitutæ, itaque tractatæ, vt nec bruta animalia, quæ sine rubore

fari

fari minime quis valeat; pueri, puellæque a parentibus discluſæ diuenditæ. Infantes coram genitoribus veluti agniculi mactati. Principes & Domini bubuliorum, porcariorum, homuncionumque mancipia facti. Intra decennium pueri ad ritus perfidæ ſectæ compulſi. Omnes paſſim arma ferentes contrucidati. Matronæ, ac Virgines, in quibus aliquæ libidinum illecebræ apparebant, ad fœdiſſima commercia reſeruatæ. Omnes captæ vrbis anguli, aut Chriſtiano ſanguine funeſti, aut turpiſſimarum voluptatum deteſtabiles obiecti. Et quotquot naturæ reuerentia ab obſequio tantorum ſcelerum abhorrere videbantur, mox pro cuiuſque arbitrio, quibus permiſſu Mahometi toto triduo nihil in ea ciuitate illicitum erat, ſupplicijs afficiebantur. Iugulabant alios, alios verubus affixos torrebant, quibuſdam detracta cute, exuuijs de humero ſuſpenſis fame, atque inedia conſumebant: nonnullorum vulnera ſaliebant, vt diutiſſime cruciatibus torquerentur. In ſumma quiſque contra alterum alijs atque alijs tormentorum generibus excogitatis contendebat. Et ſic crudelibus omnia ſupplicijs impleuerant, vt tota vrbs non ſedes Imperij, ſed vnum quaſi Chriſtianorum carnarium videretur. Et vt paulatim numerus captiuorum, qui maximus erat, minueretur, nunquam a menſa diſcedebat Tyrannus, quin ſanguine & vino ebrius nobilium aliquot virorum ſupplicijs æſtuantem furore animum expleuiſſet; quod tandiu vt fieret, præcepit, donec aliquis ex nobilium captiuorum numero ſupereſſet. Ex ciuium vxoribus, & liberis delectu habito formoſas Virgines, pulchroſque pueros ſibi ſepoſitos Archieunuchi curæ, ac diligentiæ cuſtodiendos mandauit. Tum demum vrbis incolæ in caſtrorum tentorijs conſpecti ſunt. Cum rediret claſſis in ſuas prouincias, tanto onere grauata erat, vt parum abfuerit, quin aquis hauriretur. Erant vero onuſta nauigia veſtibus pretioſis, vaſis aureis, argenteis, æneis,

ſtanneis, libris etiam infinitis, captiuis quoque tam Sacerdotalis, quam laici ordinis, Monialibus, & Monachis. Nec minor erat præda in Caſtrorum tentorijs, in quibus cernere erat, hunc ſacco Pontificali indutum, illum collari aureo præcictum, eoque canes alligatos ducentem: equos, iumentaque centonum, & ſtragulorum vice ſtratis auro intextis ſub ſternere. Inter epulandum, in diſcis ſacris appoſitis, fructibus veſci varijs quidam conſpiciebantur, & merum ſacris calicibus haurire. Libros quoſcunque innumeris curribus impoſitos per Orientem, & Occidentem diſperſerunt, & diſtraxernnt. Vno nummo volumina decem Ariſtotelis, & Platonis, Theologica cæterarumque ſcientiarum, & artium vænierunt. Vin plura? Templa fandis infandiſque ſceleribus dedecorata ſunt, & ſordibus omnis generis repleta: Sacroſancta Altaria Numini, & eius ſanctis conſecrata, conculcata, ſuffoſſa: Martyrum oſſa, & reliquiæ canibus, ſuibuſque proiecta: Libri Euangelici, & ſacri lacerati, deturpati, flammis abſumpti: Veſtes Sacerdotales, reliquaque Eccleſiæ ornamenta ad indumenta ſua, & ornatus diducta, vel vili prætio diuendita: vaſa ſacro Dei cultui dicata ad nefarios, & ſpurciſſimos vſus translata: Imagines Chriſti, Virginis, & aliorum Sanctorum cœno, aliaque illuuie infuſcatæ, conſpurcatæ, deſtructæ. Et quod vel auditu eſt horrendum, Sacroſanctum ſanguinem, & corpus Chriſti in terram effuſum, & proiectum. Intra S. Sophiæ adyta, & ſuper ſacras menſas edebant, & potabant, & inceſtas libidines ſuas cum Virginibus, & pueris explebant: & Chriſti Crucifixi imaginem addito in fronte titulo, *Hic eſt Chriſtianorum Deus*, militum ſuorum conuicijs obiecerunt, & per præconem præeunte tympano exercitui conſpiciendam, omnique contumeliarum genere afficiendam propinarunt. Et vt breuiter ſumma rerum faſtigia perſtringam, ijſdem funeſtis omini-

bus

bus Mehemetus ſecundus ſubuertit, & pertractauit duo Chriſtianorum Græcorum Imperia Conſtantinopolitanum, & Trapezuntium, regna duodecim ademit, ducentas Vrbes Chriſtianorum pietatem ſecutas cæpit; & in his Chalcidem inſulam armis, & Capham Ponticam Vrbem expugnauit. Sis mecum Creyghtone. Non campas fingo, nec ex meis iſta contechnor. Auctores habeo eiuſdem ætatis, & alios incorruptos, ac integros teſtes, ex quibus hæc exſcripſi, Georgium Phranzam hiſtor. lib. 3. Ducam hiſtoriæ Byzantinæ cap. 42. Nicolaum Euboicum Saguntinum de Origine, & rebus geſtis Turcarum, Ioannem Ramum de rebus Turcicis lib. 2. Andream a Lacuna de Origine Turcarum cap. 8. Leonardum Chium de Captiuitate Conſtantinopolitana, Iſidorum Rhutenum Cardinalem de Conſtantinopolitanæ Vrbis expugnatione, VVolſgangum Drechslerum de rebus Turcicis, Sabellicum in hiſtoria Veneta Decad. 3. lib. 7. & alios. Eloquere, prome vocem. Imperator extinctus in pugna, & poſt mortem ita indecenter habitus. Tot principes optimateſque fœde, miſereque iuſſu Tyranni perfidi iugulati: tantæ Vrbis caſus: tantopere deflenda calamitas: tot tantaque ab hoſte rabido in ſacra, atque profana, in viros, ac mulieres per immanitatem, & ſcelus paſſim patrata facinora, ſunt ne *tonitrua in maiorem ſtrepitum, quam ſtragem, & fulgur diſcurrens multa territans animalia, ſed rarum cadens bidental?* Quæ adeo immania, crudelia, funeſta, & ab humano genio aliena, & indigna, quæ narratione in poſterorum memoriam ingerantur, vt pijſſimi etiam homines, & inter eos doctiſſimus Iacobus Pontanus Notis in Protoueſtiarium, *Haud ſcire ſe*, fateantur; *Annon inter illa tam lacrymoſa, & indigna, quæ afferunt, quædam, & commentitia, ipſiſque veris ad maiorem in Turcas indignationem mouendam efficta ſint.* Cenſet nihilominus Phranza, *plurimum iſti narrationi fidei tribuendum eſſe.* Nec abſone. Cum

etiam

etiam alij omnes, qui dictæ calamitati, & cladi superfuere, non alia narrent: & tandem Æneas Siluius Epistola ad Nicolaum de Beneuolentibus, Ciuem Senensem; *Insignis ciuitas, caput Orientis, Græciæ culmen, Imperij, ac Patriarchæ magni sedes prostrata ruit. Insignia Christi Saluatoris deleta sunt, loca suo nomini dedicata spurcitiæ patent, nomen eius sine fine blasphematur; reliquiæ Sanctorum ante ora canum, porcorumque iaciuntur: nec excuti potest Christianorum somnus. Quid cædes in regia Vrbe factas referam, prostitutas virgines, ephebos muliebria passos, violatas sanctimoniales, omne Monachorum fæminarumque genus turpiter habitum. Horret animus dicere insolitum, & inauditum scelus, dicam tamen ad confusionem nostram, qui talia pati possumus. Aiunt qui præsentes fuere, spurcissimum illum Turcarum Ducem, siue, vt aptius loquar, teterrimam bestiam apud summam aram S. Sophiæ propalam, videntibus omnibus, nobilissimam Virginem, ac fratrem eius adolescentem regalis sanguinis constuprasse, necarique deinde iussiße. Hæc fiunt, & silemus: parum est, quod Deo debere nos arbitremur, &c.* O Græcos infelices! qui etiam post prouectiorem ætatem Photij, in qua mundus vindicias dederat secundum libertatem, tot annos posteriores, & exemplo Photij præeunte facti cautiores, non dum didicistis istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant in maiorem strepitum, quam stragem: fulgur discurrens multa territat animalia, sed rarum cadit bidental. Infortunium hoc, quod vniuersam Græciam pessundedit, perniciosissimum cecidit, & tonitruum excitatum est non in maiorem strepitum, sed in stragem, & ad hanc nostram ætatem pertinacissime viget, & in dies singulos crescit, atque etiam altiores effundit radices. Hinc necessario colliges, vel exemplum Photij inauspicatissimum Græciæ fuisse, cum illud secuti Græci seruitutem apud Barbaros colant, tantum abest, vt in libertatem vindicati sint. Et si prauum atque infaustum, te pessime argutari, & exemplum petere ab

re ab homine, qui non solum sibi metipsi infamiam concepit, & detrimentum contraxit, sed ea etiam in patriam, & vniuersam Græciam infudit. Et hoc suo exemplo, quod tu tantundem celebras, & tantum non imitandum proponis, plus quam dici potest obfuit. Nondum tu didicisti exempla peti debere ex veteri memoria, plena dignitatis, plena gloriæ, & ab hominibus gloriose versatis in Republica, & optimorum morum celebritate conspicuis, & quibus aliquid exempli oculati ad omnia viri statui putant oportere. Hæc exempla facultatem habent idoneam ad probandum, & iucunditatem ad audiendum, & laudem in vestigijs illorum ingredientibus conciliandam. Tu vero mihi exemplum Photij proponis imitandum, quod confectata Græcia exitio data est, & vti agnus, ne quid peius dicam, canibus & lupis obiecta? Nondum agnoscis Photium ausu, atque temeritate sua, res suas nihilo meliores fecisse, neque se in libertatem vindicasse, sed connexioribus nodis sese vinxisse, & Pontificijs parere legibus, præstoque esse eorundem ad nutum didicisse, idque ex ijs, quæ restitutionem Photij subsecuta sunt, manifesto euinci? Photius absque consensu Pontificis non restituitur: Pontifex conditiones præscribit, vt pœniteat, vt veniam in Synodo erratorum confessione petat: quod cum non effecisset, a Leone Basilij Filio rursus de throno eijcitur; erro atque inglorius ad inferos proficiscitur. Illius ordinationibus irritis ab vniuersa Græcia, æque atque Summi Pontifices decreuerant; declaratis: ideoque si pro earum admissione, noua Pontificum Romanorum dispensatione opus fuisset, Imperator Leo spondet, se eam ab illis procuraturum: & eam procurasse quamuis in historia non legatur, certum est, quod eo temporis de firmitate earum publice contenderetur, & dispensatio a Romano literis datis exposceretur: & interim Stephanus Leonis frater a Photio ordinatus eo iure, quo qui optimo

Patriar-

Patriarchatum moderaretur. Et hocne est, Creyghtone, *mundum ætate prouectiorem vindicias dedisse secundum libertatem, & mortales plurimos a Photij exemplo didicisse, istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant in maiorem strepitum, quam stragem: fulgur discurrens multa territare animalia, sed rarum cadere bidental?*

Et vt finem faciam, ridiculum plane est, quod concrepas; *Photius non minus sui iuris securus sedebat in solio, a Paparum contumelijs, dum vixit, quam post mortem supinus iacebat in sepulchro*. Esto, supinus iacuerit in sepulchro, certe sui iuris securum sedisse in solio a Paparum contumelijs, dum vixit, nonnisi legere nescius dixerit. Primum post occupatum thronum mandato Pontificio in Synodo delatus, de maleficijs in Ignatium, & quod consideret in throno non suo, & nocens conuictus non quieuit in throno, sicuti post mortem supinus iacebat in sepulchro, sed damnatus, exauctoratus, patria exterminatus, ignotos orbes pererrans, vndique excluditur. Mortuo tandem, Ignatio, denuo in thronum, & non nisi literis Romani Pontificis fultus vtcunque intruditur; & nec dum, ita vt dicam, vita functo Basilio, a Leone rursus denuo solio dimouetur, atque dignitate, & in vltimas terras trasportatur exul, inglorius, & extra proprios penates vitam finit, & an tumulo contectus sit, ad hunc diem ignoratur. Quid quid est, tu neque per indicium enuncias. Hic tuus Photius, qui non minus sui iuris securus sedebat in solio, a Paparum contumelijs, dum vixit, quam post mortem supinus iacebat in sepulchro, Leone Grammatico circa ea tempora scriptore in Basilio; Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἐξορίᾳ τελευτήσαντος Φωτίου Πατριάρχου, ἀπετέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ τῆς ἐρημίας, ἐν τοῖς Μερδοσαγάρη, ἥτις πρότερον καθολικῆς ἐκκλησίας, *Photio Patriarcha mortem post modum obeunte, corpus eius in Monasterio, nomine Heremia ad Merdosagarim, quæ erat Catholica Ecclesia, depositum est*. Digna equi-

equidem patella operculo, in quo ſupinus iaceat poſt mortem. Habeto tibi, quod laudas, vt qui vindicias das ſecundum libertatem a Paparum contumelijs ſecurus, & ſupinus, in Merdoſagare recumbas. Et nutu Romani Pontificis dimotum Photium, idem Leo Grammaticus narrat; Ὁ δὲ βασιλεὺς θυμωθεὶς ἀπέστειλεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἤγαγε τόμον μετὰ Ῥωμαίων Ἐπισκόπων, καὶ τοῦτον τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐξέωσεν, καὶ προεχειρίσατο Ἰγνάτιον τὸν ἐν ἁγίοις Πατριάρχην τὸ δεύτερον αὐτοῦ. *Imperator Baſilius furore percitus Romam miſit, & Romanis Epiſcopis deferentibus ſcriptam in eum ſententiam obtinuit, eumque throno deturbauit, & Ignatium Sanctum Patriarcham ſecundo inſtituit.* Illud etiam conſiderandum eſt, qua ratione Patriarchę Conſtantinopolitani Papas contemnere ab exemplo Photij cum didicerint, ſecuri ſui iuris ſederunt in ſolio a Paparum contumelijs, dum vixerunt. Non nego illos poſt mortem ſupinos iacuiſſe in ſepulchro. Sed dignitatem ſuam, & decus ſuſtinuiſſe, dices tu, qui in his es *iam dudum verſatus*. Res ipſa dicto tuo fidem dabit. Quomodo ſua conſeruauerit Photius, ſupra vidimus: Poſt Photium Nicolaus Myſticus, Euthymius, Trypho, Baſilius Scamandrenus, Michaël Cerularius, Euſtratius Garidas, Coſmas Atticus, Niceta Muntanus, Leontius, Theodoſius, Arſenius, Germanus, Ioſephus Galeſius, Veccus, Ioannes, Eſaias. Hi omnes, vt recentiores miſſos faciam, arbitratu, atque ingenio, ne dicam libidine, partim ſuis ſedibus eiecti, & a negotijs publicis reiecti ætatem procul a Republica habuere, partim ſedato dominantium furore, atque iracundia, & retractata ſententia, in dignitatem, qua dimoti fuerant, reſtituti, potuere quidem deplorare poſt tempora Photij iniunctam ſibi ineluctabilem conditionem, nunquam ſui iuris ſecuros in ſolio ſedere, qui nutu imperantium vti folia ventis nunc iactati, nunc in terram indigne, miſeriſque modis proiecti ſunt, quod inter alios comploratu proſecutus eſt Ephræ-

mius in Isaacio Angelo Comneno Andronici successore;

Ἐκκλησίας ἔθιμα, καινουργῶν, φύρων,
Ὃν μὲν καθιστὰς Πατριαρχῶν εἰς θρόνον,
Ὃν δ' ἐξάγων αὖ, καὶ μόνῃ προαιρέσει.

Ecclesiasticas consuetudines innouans, perturbans, hunc quidem ad Patriarchale solium euebens, alium vero exturbans nutu suo. Id accuratius extricat Methodius Monachus de Isaacio Angelo; Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος οὐ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς αἰτίας τὸν Καματηρὸν τοῦ θρόνου παρακινήσας, Νικήταν τὸν Σακελλάριον ἔθετο; οὐχὶ τοῦτον αὖθις ὡς ἀφυῆ μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα καταγαγών, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον Πατριάρχην πεποίηκεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαβεβαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναι οἱ, καὶ προστάξαι Νικήταν μὲν καθελεῖν, Λεόντιον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστῆσαι; οὐχὶ αὖθις τὸν μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξέωσε, τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο ποιῆσαι διαταξαμένης ἰσχυριζόμενος, τὸν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντίνου Ἱεράρχην ἀπέδειξεν; ἐπεὶ δὲ ὁ γογγυσμὸς πολὺς περὶ τούτου γεγένηται, οὐχὶ Δοσίθεος τούτου ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποπεσών, ἕτερος προεβλήθη; πέντε γοῦν οὕτω Πατριάρχας τῆς Κωνσταντίνου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόνοις ἐννέα, ὅς καὶ τὴν βασιλεύσας αὐτός, λόγῳ μὲν, καὶ κανονικοῖς ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς, ἁπλῶς δὲ οἰκείῳ θελήματι καὶ ὀρέξει τὸν μὲν κατάγων, τὸν δὲ ἀνάγων, καὶ ὅμως οὐδεὶς τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτῶν χειροτονηθέντων ἀδεκτος τῇ ἐκκλησίᾳ γεγένηται. τὸ δὲ δὴ ἀστειότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμώτερον, ὅτι πάντες ἔζων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰσαακίου διὰ τὸ ὀλιγοχρόνιον τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγονῆσθαι. *Annon preterea Isaacius Angelus absque vlla rationabili causa, & decreto Canonico Camatero e solio pulso, Nicetam Sacellarium substituit, & hoc rursus anno exacto, vti oneri parum idoneo, submoto, Thetocitem Leontium, quem Theotocitem nun cupauit, asserens Deiparam sibi apparuisse, mandasseque, Niceta deposito, Leontium loco illius in Throno substituere? An non postmodum Leontium de throno eiecit, Deiparam, vt id etiam perageret, demandasse contendens, & Hierosolymitanum Dositheum Hierarcham C.P. declarauit? Cum ergo de eo murmuratio querula inualesceret, annon propterea Dositheo de throno exci-*

excidente, alius electus est? Hunc in modum itaque quinque Patriarchas Constantinopolitanos Isaacius spatio nouem annorum, quibus imperium tenuit, creauit, nulla ratione motus, aut criminum aduersus Canones reos, sed simpliciter, & proprio arbitrio & appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipsis ordinati sunt, reiectus ab Ecclesia est. Quod vero festiuius est, vel vt verius dicam, tanta dignitate indignius, omnes hi sub eiusdem Isaacij Imperio vitam ducebant: quod illius dominatus exiguo tempore perdurauit. Et tu non vereris dicere, *mundum ætate prouectiorem vindicias dedisse secundum libertatem: & mortales plurimos a Photij exemplo didicisse, istos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant*, &c. Paparum ne, an Imperatorum tonitrua sunt truciora, horribiliora, immaniora? Et tamen post exemplum Photij vindicias dedere secundum libertatem, & didicere Salmoneas contemnere. *Quando iam Photius non minus sui iuris securus sedebat in solio a Paparum contumelijs, dum vixit.* Age prome exempla Paparum, qui simili crudelitate lacerarint Patriarchas Constantinopolitanos, etiam postquam exemplo Photij Papatus iugum excusserunt. Excommunicarunt Patriarchas, sed hæreticos, Schismaticos, contumaces, delectos ad omne facinus: vitæ & morum summa probitate præditos, & Catholicæ veritatis aduersus hostes propugnatores, summis gratijs, & fauoribus prosecuti sunt. Aliud est sibi fingere tonitrua, & tum demum argutari, aliud rem, vti est, recolere, & tum demum statuere, Creyghtone *in his dudum versate*. Et hanc securitatem iuris sui in solio Patriarchali constabiliuit Photius Patriarchis Constantinopolitanis dum vixit, cum eos retraxit a Paparum obsequio. Sed de his altera vice in exercitationibus nostris aduersus Syropulum. Neque hic transilienda sunt, quæ ex Schismaticorum, vanissimis promptuarijs colligit Matthæus Hieromonachus contra Pontificiorum incolumitatem. Ταύτην τὴν

ὁρῶν τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων, καὶ κανόνων διαστροφὴν περὶ τὸ Λατινικὸν οὕτω δυναστεῦσαν γένος λίαν ἐπισφαλῶς περὶ τὰ μέγιστα διακείμενον ὁ τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως ἰθύνειν λαχὼν Μιχαὴλ, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Κηρουλάριος, καὶ κρεῖσσον ἢ καθ' ἑαυτὸν νομίζας τὸ στῆσαι τῆς κακίας τούτων φορὰν, οἰκουμενικὴν ἤθροισε Σύνοδον, καὶ ψήφῳ τούτους κοινῇ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐξέτεμε. παρῆν μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος. παρῆν δὲ καὶ ὁ Ἀντιοχείας, ἔτι δὲ καὶ ὁ Βουλγαρίας, καὶ ὁ Κύπρου, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅσον ἐλλογιμώτερον, καὶ σοφώτερον. ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἱεροσολύμων, εἰ καὶ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων τηνικαῦτα οὐκ ἦσαν ἐπιχωριάζοντες, τὰ πραχθέντα δ' ὅμως καὶ προσεπήνεσαν, καὶ ἐπεψηφίσαντο, καὶ τῆς σφῶν αὐτῶν κοινωνίας, καὶ αὐτοὶ τὸν Πάπαν ἀπώσαντο, ὡς αὐτὰ δήπου μαρτυρεῖ τὰ πράγματα, μηδεμιᾶς τῶν τεσσάρων ἐκκλησιῶν εἰς κοινωνίαν εἰσέτι καὶ νῦν τὸν Πάπαν προσιεμένης, τὸ νόθον καὶ ἐξαίσιον τῶν λατινικῶν μυζαττομένης δογμάτων. εἰ τοίνυν οὕτως δρᾶσαι οἱ τότε πατέρες κεκρίκασιν, τίς οὕτως ἢ πρὸς ἀκρίβειαν δύσκολος, ἢ τῶν κοινῶν ἔξω λογισμῶν, ὅστις ἂν τούτοις, καὶ τῆς ἐν ἔθεσι παρατηρήσεως ἀδεῶς τὰ νῦν μεταδοίη; οἵγε δὴ, ἵνα τ' ἄλλα παρῶ, τὸ τῶν Ἀρμενίων γένος αὐταῖς ἀσεβείαις καὶ πονηροῖς δόγμασι προσδεξάμενοι, τὴν ἕνωσιν αὐτῶν καὶ κοινωνίαν ἠσπάσαντο, τὴν φίλην καὶ μόνην ὑποταγὴν αὐτῶν κομιζόμενοι. *Hanc itaque rectorum dogmatum, & Canonum apud gentem Latinam inualescentem, & circa potissima etiam atque etiam longe auiam a vera ratione vagantem, qui tum Constantinopolitanæ Ecclesiæ gubernacula tractabat Michaël cognomento Cerularius, & similem eorum improbitatem impedire, & illius impetum continere supra suas vires esse intelligens, Oecumenicam Synodum coëgit, & communi eos calculo a Catholica Ecclesia abscidit. Aderant siquidem Imperator Constantinus Monomachus; aderant & Antiochenus, & Bulgariæ, & Cypri Metropolitæ, & Ecclesiastici ordinis quotquot eruditione, ac sapientia luculentiores habebantur. Alexandrinus vero, atque Hierosolymitanus, licet tum in Regina Vrbium non commorarentur, acta nihilominus & laudarunt, & comprobarunt, & a sua communione ipsi quoque Papam eiecerunt, vt res ipsa testantur, cum*

ex qua-

ex quatuor Ecclesijs nulla in sui communionem ad hæc tempora Papam admittat, spuria, execrandaque Latinorum dogmata abominantes. Si ita hunc in modum illi Patres facere decreuerunt, quis adeo iners rebus aduigilauerit, vel a sensu communi abstractus fuerit, vt eorum consuetudinibus se applicet, vel illis hoc tempore salutationem det, vel ab illis accipiat, qui iam, vt alia silentio inuoluam, Armenorum gentis cum ipsa impietate, & prauis dogmatibus communionem, & vnionem amplexati sunt, amicam & solam eorum obedientiam lucrati? Quis in historia adeo infans est, vt mendacia & monstra similia æquo animo ferat? Cerularius vidit in prauis dogmatibus asserendis, eamque inflexibilem contumaciam. Vidit quod & alij post Photium Patriarchæ Constantinopolitani, nec hiscere ausi sunt, sed Sedis Apostolicæ Maiestatem, & in rebus Ecclesiasticis infallibilem firmitatem agnoscentes, eandem ipsam, qua & ante Photium vniuersa Ecclesia Græca obseruantia reueriti sunt, & coluere, & legibus ab illa præscriptis paruere. An Cerularius vnus tot Patriarchis sapientia præditis singulari, & ad omnia oculatis Stephano fratre Leonis Imperatoris, Antonio Caulea, Nicolao Mystico, Euthymio Syncello, Stephano Amasiensi, Tryphone Monacho, Theophylacto, Romani Lecapeni Imperatoris filio, Polyeucto, Basilio Scamandreno, Antonio Studita, Nicolao Chrysoberga, Sisinnio Magistro, Eustathio Alexio integrior atque cordatior fuit? Et sic Ecclesia Græca per annos fere centum viginti sex post Photium, sicuti & ante annos octingentos sexaginta tres in summa cæcitate vixit, & contra verum, & religionem niti Pontificios, quibuscum vnum sentiebat, non animaduertit. Aliquis modo ex inferis excitandus est, qui hæc approbet; cum viuentibus hæc incredibilia sunt. Quid si dicamus, vt alias sæpe adnotauimus, Cerularium non ob dogmata praua, & Canonum transgressiones inimicitias cum Pontificibus contraxisse, sed ob alia mera ciuilia?

lia? cum enim affectatos calceos rubros non obtinuisset, indignabundus in Pontifices iram effudit, & cum noua non haberet, ad vetustiores criminationes Photij conuersus, Ecclesiæ Romanæ opposuit. Nec mirum: nihil enim non audet hæresis, & odium inexuperabile, quo ille in Cathedram Petri flagrabat; & qui semel iracundiæ fines transijt, eum bene & nouiter oportet esse impudentem. Et licet extra culpam, & ambitionis crimen ex Schismaticis non nemo eum seponere tentet, ego tamen in medium testem adducam, cuius fidem neque Matthæus, neque Cerularius ipse labefactauerit. Is est Theodorus Balsamo in Nomocanone Photij tit. 8. cap. 1. Ὅτι δὲ ἡ δευτέρα Σύνοδος δέδωκε τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὰ πρεσβεῖα πάντα τοῦ Πάπα Ῥώμης, ἐπεχείρησαν τινὲς τῶν Πατριαρχῶν, ὡς ὁ Κήρουλλος ἐκεῖνος, καὶ κύριος Μιχαὴλ, καὶ ἕτερος, τοῖς αὐτοῖς ἀποσεμνύνεσθαι προνομίοις. οὐ γέγονε δὲ αὐτοῖς εἰς καλὸν ἡ ἐγχείρησις. τιμᾶσθαι δὲ διὰ ἀξιωμάτων τοὺς Κληρικοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐ κεκώλυται, πλὴν καὶ ταῦτα κεκολοβωμένα εἰσίν. ὁ δὲ κατὰ καιροὺς Χαρτοφύλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος Ἰδίκτου δικαιοῦται καβαλικεύειν κατὰ τὴν λιτὴν τῶν ἁγίων Νοταρίων τὸν Πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. ἔδει δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὡς Καδηναλίου Πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν Χαρτοφυλακείῳ ἀπόκειται. *Quia autem secunda Synodus dedit Archiepiscopo Constantinopolitano omnia Papæ Romani priuilegia, conati sunt nonnulli Patriarchæ, vt ille Cerulas, & Dominus Michaël, & alij, eadem sibi priuilegia arrogare: sed eis non recte cessit. Clericos autem Constantinopolitanos dignitatibus honorari non est vetitum, sed ea quoque sunt mutila. Ius autem habet ex hoc Edicto Chartophylax equitandi in festo Sanctorum Notariorum equum Patriarchalem cum albo linteamine. Oporteret etiam eius caput, vt pote Patriarchalis Caddenarij tegi aurea tiara, quæ etiam in Chartophylacio sita est.* Hinc arguo, cum Alexandrinus, vt idem subdit, beneplacito Papæ Celestini habet, quod vtatur oro, & ait Cerularium a Constantino Papæ concessa sibi

arro-

arrogare, & illi non bene ſucceſſiſſe, inter quæ erant voluiſſe quoque calcei rubri, manifeſtum apparet, illud a Pontifice ſibi denegatum fuiſſe. *Sed eos condemnauit Cerularius Oecumenica Synodo coacta*. Quis id ait? Matthæus. Sed fides Matthæo non eſt, qui ipſa inconſtantia inconſtantior eſt. Ipſe namque ſupra in enumeratione Synodorum Oecumenicarum ſeptem tantum numerat Synodos, & poſtremam Nicænam contra Iconomachos, & de Patrum in illis coactorum numero innumera inſulſa philoſophatur, quaſi poſt dictorum Patrum numerum, quos δισχιλίους fuiſſe definit, omnia in Eccleſia dogmata, & canones veluti cancellis, ac terminis ita circumſcribantur; vt extra illos vagandi, perquirendique aliquid, quod Eccleſiæ vertatur in commodum, facultas omnibus intercludatur; & poſt modum dicti oblitus poſt duas pagines hanc nouam ſub Cerulario Synodum Oecumenicam, qua damnantur Pontificij vt Hæretici, commemorat. Et ne falſi reus conuincatur, Cerularij Patriarchæ, & Monomachi Imperatoris nominibus inductis, reliqua aliorum nomina, tantum Epiſcopatibus memoratis, ſilet: ſicuti, & Patriarcharum Alexandrini, & Hieroſolymitani, qui in Concilio non fuerunt. Quare Matthæo iſto iudice Concilium coactum ab Imperatore duobus Patriarchis Conſtantinopolitano, & Antiocheno, & duobus Metropolitis Bulgariæ, & Cypri, & nonnullis alijs Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſapientioribus tamen, Concilium erit Oecumenicum ſupra Papam, & quod admirabilius eſt, ipſum Papam, & omnes illius aſſeclas potuerit condemnare, & anathemate plectere. Et erit ne ſanus, qui ſimilia deliramenta loquitur? Sed nolo eſſe Matthæo iniurius. Habuerit illa Synodus & Imperatorem, & quatuor Patriarchas, & Metropolitas, & Epiſcopos quotquot vult Matthæus, vt ſua hæc Synodus Oecumenica conſtituatur; dicetur ne propterea Oecumenica eſſe? Nolo

hic

hic de meo aliquid eloqui. Dicant Ecclesiæ Græcæ lumina, & Patres Sanctissimi, quorum testimonia, certo scio, Matthæus non respuet. Vocant Iconomachi suam aduersus Imagines Synodum Oecumenicam, Stephanus Iunior Martyr apud Stephanum Byzantium, illius vitæ scriptorem, opponit; Πῶς δὲ καὶ οἰκουμενική, πρὸς ἣν οὐδὲ ὁ Ῥώμης εὐδόκησεν, καίπερ κανόνος προκειμένου· μὴ δεῖν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δίχα τοῦ Πάπα Ῥώμης κανονίζεσθαι, οὐδὲ ὁ Ἀλεξανδρείας, ἵνα εἴπω, οὔτε ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων; ποῖοι αἱ αὐτῶν λίβελλοι, ἵνα ἡ ψευδοσύνοδος ὑμῶν οἰκουμενικὴ κυρωθῇ. *Quonam vero modo, & Oecumenica fuerit, quam neque Romanus approbauit, licet Canone decernatur, res Ecclesiasticas absque Papæ assensu Romani non esse dirigendas, neque Alexandrinus, vt ita dicam, neque Antiochenus, neque Hierosolymitanus? Vbi sunt eorum Libelli, vt Pseudosynodus vestra Oecumenica decernatur?* Et apud Simeonem Metaphrastem, itidem eiusdem vitæ scriptoré; Πῶς δὲ καὶ οἰκουμενικὴ ἂν κληθείη, ἐφ' ᾗ οὐχ ὁ Ῥώμης εὐδόκησε πρόεδρος, οὗ χωρὶς ἀδύνατον πάντως τὰ ἐκκλησιαστικὰ κανονίζεσθαι, οὐχ ὁ Ἀλεξανδρείας συνῄνεσεν, οὐχ ὁ Ἀντιοχείας, οὐθ' ὁ Ἱεροσολύμων. ποῖοί σοι λίβελλοι τούτων, ἢ τίνες ἄρα καὶ κατὰ τόπους διεπέμφθησαν τὴν ψευδῆ σύνοδον ὑμῶν συνιστῶντες, ἵν' οἰκουμενικὴ αὕτη κριθείη. *Quanam vero ratione Oecumenica appellabitur, in qua beneplacitum Papæ Romani nullum est, absque cuius assensu fieri nequit, vt rebus Ecclesiasticis modus imponatur. Alexandrinus non consensit, neque Antiochenus, multo minus Hierosolymitanus. Quales tibi oblati sunt eorum Libelli: vel qui demum ex alijs locis transmissi sunt, fallacem hanc Synodum vestram confirmantes, vt Oecumenica reputetur.* Auctor vitæ Pauli Homologetæ Episcopi Constantinopolitani de Synodo Antiochena; Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Συνόδῳ συνῆλθον Ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα. Μάξιμος μέν τοι ὁ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος ἀνὴρ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπίσημος οὐ παρεγένετο ἐν αὐτῇ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ὁ Μακάριος Ἰούλιος παρῆν τῶν Ῥωμαίων Ἀρχιεπίσκοπος, οὐδὲ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἀπέσταλκέν τινα, καίτοι κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώ-

γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου τῆς Ῥώμης τὰς ἐκκλησίας κανονίζεσθαι. *In hac Synodo conuenerunt Episcopi nonaginta, sed Maximus Hierosolymorum Episcopus, pietate vir conspicuus non interfuit. Quinimo neque beatus Iulius Romanus Archiepiscopus aderat, neque in sui ipsius locum quemquam miserat; licet Ecclesiasticus Canon iubeat, absque consensu Romani Archiepiscopi nullo modo res Ecclesiasticas disponendas esse.* Et quos non configet septimæ Synodi Oecumenicæ Patres, Nicænæ nempe secundæ, Matthæus, qui inter Synodos Oecumenicas eandem numerando recenset; Πῶς δ' αὖ μεγάλη, καὶ οἰκουμενική, ἣν οὔτε ἐδέξαντο, οὔτε συνεφώνησαν οἱ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν πρόεδροι, ἀλλ' ἀναθέματι ταύτην παρέπεμψαν, οὐκ ἔσχε συνεργὸν τὸν τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων Πάπαν, ἢ τοὺς περὶ αὐτὸν ἱερεῖς, οὔτε διὰ τοποτηρητῶν αὐτοῦ, οὔτε δι' ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς, καθὼς νόμος ἐστὶ ταῖς Συνόδοις, ἀλλ' οὔτε συμφρονοῦντας αὐτῇ τοὺς Πατριάρχας τῆς ἕω, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, καὶ τῆς ἁγίας πόλεως, ἢ τοὺς σὺν αὐτοῖς μύστας, καὶ ἀρχιερεῖς. ὄντως καπνὸς ἀχλύος πλήρης σκοτίζων ὀφθαλμοὺς ἀφρόνων ὁ λόγος αὐτῶν, καὶ οὐχὶ λύχνος τεθεὶς ἐπὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτίζειν τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ. *Quomodo autem magna, & vniuersalis, quam neque receperunt, neque concordauerunt, reliquarum Præsules Ecclesiarum, sed anathemati hanc transmiserunt? Non habuit enim adiutorem illius temporis Romanorum Papam, vel eos qui circa ipsum sunt, Sacerdotes, nec etiam per Vicarios eius, neque per Encyclicam Epistolam, quemadmodum res dictat Conciliorum: sed nec consentientes sibi Patriarchas Orientis Alexandriæ scilicet, Antiochiæ, & Sanctæ ciuitatis, vel comministros, & summos Sacerdotes, qui cum ipsis existunt: Vere fumus caligine plenus, obtenebrans oculos stolidorum, est sermo eorum, & non lucerna posita super candelabrum, vt illuminet omnibus, qui in domo sunt.* Non potest ergo absque Romani Pontificis consensu Synodus cogi, & si cogatur nulla est, nulloque fulta firmo fundamento labascit. Enunciet nobis Matthæus Pontificem, vel locumtenentes Pontificios, qui dictæ Synodo, vt alijs ab eodem connumeratis, interfuerint, & tum pla-

ne non pedibus, ſed manibus etiam in ſententiam illius concedemus, dicemuſque, eam Synodum Oecumenicam fuiſſe. Sed non poterit. Non adfuere, qui nomine Pontificis intereſſent, quia refragabatur Pontificijs. Quid tum? Annon Pontificij, & Humbertini arbitrium Romani habentes iure, & merito Cerularium, & aſſeclas in eadem ipſa Synodo a ſacris admouerunt, & a piorum Societate, ac communione ſecluſerunt, tandemque iuſſu Imperatoris, vti execrandum, & deteſtabilem, e patria domoque exulare coëgerunt: & Nicetam Stethatum, quæ in Pontificios contexerat, vſtulanda flammis infelicibus tradere. Sed qui non aderant Alexandrinus, atque Hieroſolymitanus, acta laudarunt, & approbarunt, & Papam eiecerunt. Quid Hieroſolymitanus, & Alexandrinus egerint, nondum, quod ipſe ſciam, liquet. Antiochenum certum eſt, Synodo non interfuiſſe, qui datis literis ad Cerularium, & alios, Cerularij conatus carbone notauit, & inſcitiam Chartophylacis obiecit, & contra atque ille ſcripſerat, cum Byzantij ageret, nomen Romani Pontificis commemoratum in Diptychis, ingenue pronunciauit: imo eundem ad concordiam cum Romanis, quæ videbantur in illis enormia abſurda, in bonum ſenſum inflectens exhortatus eſt. Quare res ipſæ dicta Matthæi, licet montes videantur, vt ita dicam, diſpuluerant. Quæ de Armenis, & eorum vnione verba funditat, meræ calumniæ ſunt, & præter Pontificiæ Eccleſiæ mores quæ ſua tutatur, aliorum ſi reprehenſione digna ſunt, obeliſco notat, & corrigit. Idque manifeſtum fuerit ex vnione facta cum Armenis, & Iacobitis ſub Eugenio IV., quorum non tantum errores, hæreſeſque ſugillauit, & in crimen vocauit, ſed etiam prolixa oratione Chriſtianæ inſtitutionis, & Sacramentorum adminiſtrandorum, & formam protenſa manu concredidit. Quare purum putum mendacium eſt, Pontifices Armenorum impietatem,

tatem, & falsa dogmata amplexatos fuisse, & hoc, nec fallor, concedet, καὶ Σκύθης, κὴ ἄτις ἄλλος αὐτῶν ὠμαθέστερος.

EXERCITATIO XVIII.

De eiectione Photij Patriarchæ per Basilium contra Montacutium: Immerito iniurium Basilio esse Montacutium. Basilius Michaëlem, & Bardam, sibi cauens, cum non posset aliter, occidit. Immani αἰισορησίας errore confundi Michaëlem Balbum cum Michaële patrono Basilij. Qua de causa pellitur Photius a Basilio, Zonaras Schismaticus. Photius a Basilio, & Synodo, in qua erant missi Pontificij, eijcitur. Defenditur Niceta Paphlago, & Anastasius Bibliothecarius. Homo dum viuit, commutabilis est. Dictis eiusdem Photij refelluntur mendacia Montacutij.

SEd quando iam huc deuenimus, interquiesce paululum Creyghtone, & animum ex concertationibus lassum recipe: aliquantulum enim post deflectam ad te. Hoc interim spatio res mihi erit cum Richardo Montacutio, qui Notis in Epistolas Photij, dum causam Photij sustinere, illique adesse contra delatores nititur, in multa per errorem atque inscitiam labitur, quibus, ne alijs indiscussa fucum faciant, nota apponenda est. Et ante alia, vt Photium a criminibus, atque facinoribus, ijsque capitalibus exsoluat, quid non in Basilium Imperatorem, Nicetam Paphlagonem, Anastasium Bibliothecarium, & alios eructat? *Basilium Macedonem intelligit hominem nequissimum, ortu ignobilem, perfidia insignem, nulla virtute commendatum, Baronio tamen tantum non canonizatum, qui cum ab Imperatore Michaële, post Bardæ Cæsaris mortem, cuius architectus fuit Basilius iste, Imperij Socius esset assumptus, & iubente Michaële per Photium Patriarcham esset coronatus,* χρίσμα κὴ χειροθεσίαν βασι-

λείας accipiens, omnium bipedum ingratissimus, dominum suum & patronum Michaëlem Imperatorem occidit: Photium optime de se meritum Patriarchatu pellit, eo quod regicidam nequissimum non admitteret ad Eucharistiam. Iste sexcentis Paphlagonibus præferendus, vel ipso Baronio capitalissimo Photij hoste, fatente ad annum Christi 867. Sect. 101. Basilius, inquit Zonaras, die festo magnam Ecclesiam ingressus, vt incruentæ victimæ particeps fieret, per Photium Patriarcham est prohibitus, eum homicidam appellantem, ob quam repulsam iratus, in dicto Concilio Photium dignitate priuatum Ecclesia mouet, quasi Ignatius contra Canones, & leges a Barda Cæsare Sede Pontificia deiectus esset. Ad hæc Baronius nihil aliud respondet; quam fuisse Zonaram Schismaticum, nempe quia Græcus. Ridicule. Nam quid Schisma, si tamen erat Schismaticus, ad Basilij, & Michaëlis, & Bardæ causam? Si valeret hoc argumentum, sequeretur quidquid scriptum a Zonara, aut quocunque historico Græco, post Schisma, vt vocant, Græcorum, mera esse mendacia. Nemo enim non Schismaticus foret eo sensu. Pudenda certe Baronij maledicentia communem ei sensum expectorauit. Patet autem ex hac Epistola, quam acerbam, barbaram, & plusquam tragicam carnificinam passus fuerat Photius per Basilium illum Macedonem. Et Epistola 117. & 118. similia repetit; Synodus erat Latrocinalis, nec a Græcis ipsis approbata, & agnita, quam non contradicentibus Romanis Marcus Ephesius Sect. 6. in Concilio Florentino iugulauit, quidquid blaterant apud Binium. Huic Synodo præsidentes non immerito comparat Photius cum Anna, Caipha, Pilato, &c. qui Dominum, & Seruatorem nostrum Stephanum Protomartyrem, Iacobum, Paulum pro tribunali sedentes morti adiudicarunt. His flosculis Montacutius Basilium Imperatorem exornans, putat se satis fecisse obiectionibus Photio factis; quasi vero praui Basilij mores Photium a sceleribus eximant. Esto nanque fuerit Basilius homo nequissimus, ignobilis, bipedum omnium ingratissimus, qui Michaëlem patronum trucidauerit. Nolo

siqui-

ſiquidem ego nunc extra culpam Baſilium ponere. Eſto ille per me ſceleris, parricidij, periurij, & capitalium omnium facinorum pleniſſimus; ideo ne Photius a culpa erit immunis, & ſententia Synodali damnatus, eiectuſque a Sede iniuſte occupata, a Baſilio paſſus eſſe dicetur, exterminatuſque iniuſte? Pulſus eſt a non ſuis, qui aliena occupauerat, & a non iuſte retentis, reſtitutus Paſtor germanus, decreto Synodi Romanæ, & poſtmodum Conſtantinopolitanæ rite coactæ, non abnuente Baſilio. Cauſæ iuſtitia, & æquitas adeo patens, hominem parricidam, & omnibus flagitijs inquinatiſſimum compulit, vt in Ignatium tentata, patrataque iniuſtiſſime ſecundum ius, faſque ſanaret, & excitaret iacentem. Opus glorioſum & laude dignum probri accuſat, & pro ſceleſto reputat Montacutius, quaſi in maleſico atque facinoroſo per totum vitæ curriculum nunquam ſignificatio virtutis, vel minima apparere apta nata ſit. Quid ſi Bardæ, & Michaëlis cædem, vt ſibi caueret, procurauit? Quid ſi non coniectura tantum, ſed argumentis pluſquam locupletiſſimis ſibi cædem a Barda, & Michaële commoliri cognoſceret? Quid ſi tantam Bardæ, & Michaëlis in vaſtanda Republica, & rebus Eccleſiaſticis affligendis firmam, & ſtabilem permanſionem de medio tollere mente verſaret? Cui nota non ſunt Bardæ flagitia? Spectata, & cognita Michaëlis huiuſce momentorum omnium crapulæ, & temulentia, & in ipſa temulentia innoxiorum ciuium neces, quos poſtmodum egeſto vino cæſos eſſe lamentabatur. Fruſtra hic aggererem, quæ ille in venerandos Eccleſiæ ritus, & Sacroſancta myſteria, in homines ſacris infulis decoros, ac ſplendidos opprobria? Quid plura? deiectionem dignitatis, & mortem minitatus fuerat Baſilio. Vin certiora? Baſilicianum ſibi palpantem ob curſum ab eo ſolerter rectum Imperialibus ocreis ſibi detractis induit, & obteſtatus Deum infit Baſilio, *melius*

lius

lius illi, quam Basilio congruere. Nunquid enim, vt te constitui, alium pariter Imperatorem, creandi mihi potestas non est? Et Eudociæ, quæ super his tristabatur, respondit; *Ne super his contristeris, Basilicianum ad Imperium promouere mihi animus est*. Leo Grammaticus; Ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς μετ' ὀργῆς τῷ Βασιλείῳ, ὡς ὑπὲρ σὲ κάλλιον αὐτῷ πρέπουσι. μὴ γὰρ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, ὥς σε βασιλέα ἐποίησα, καὶ ἄλλον ποιῆσαι. καὶ ὠργίζετο κατὰ Βασιλείου θυμούμενος. Et Eudociæ; μὴ λυποῦ περὶ τούτου. καὶ γὰρ καὶ τὸν Βασιλικιανὸν βασιλέα θέλω ποιῆσαι. Vltra hæc persuasit aulico cuidam, vt in venatione tanquam feram impetiturus, Basilium hasta transfigeret. Sed ictus futile prouenit. Quid tu fecisses tum Montacuti? Expectasses ne irati atque impotentis, & quod peius est, temulenti animi, & sibi non consistentis mentis impetum? Exposuisses ne suppliciorum exactori corpus dilaniandum? Indignatus est Basilij generosus animus, & periculum sibi certo impendens, quod aliorum exemplo didicerat, cauens, cum aliter non quiret, cæde minitantis repulit, & noxiam subterfugit. Sed poterat fuga impetum aggressoris declinare. Communis Doctorum sententia est. Tu loqueris de ignoto, aut infimæ sortis homuncione, qui fugiendo exiguam honoris sui iacturam passurus est. Esto etiam de Religiosis, & Clericis, quorum laus apud Pontificios non in vsu armorum, sed virtutum charitatis, humilitatis, & patientiæ consistit. At hic noster Basilius miles, Imperator, etiam si fuga posset declinare periculum, non tenebatur, quia nimis ignominiosum erat: incertus adhuc, an minitãtis Imperatoris ad similia facinora procliuissimi iram effugere potuisset. Nanque optime callebat, & experimento didicerat, Regum, atque Imperatorum longas esse manus. Herodotus in Vrania. καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆος ἐστί, καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. *Etenim potentia Regum supra hominem est, & manus prælonga*. I tu modo in scholis, & disputa perfidiam hanc esse, &

con-

conclama homine nobili indignam. Quare non doces, qua ratione absque Imperatoris nece fauces mortis, & hiatus potuisset effugere, vt Basilio meritissimo iure, & parricidij, & perfidiæ, & ingrati animi crimen impo-nas. Sed is, tantusque Basilius tot criminum reus, *tantum non est Baronio canonizatus*. A Baronio certe canonizatus non est. Qui enim potuit a Baronio canonizari, cui huius rei nulla facultas erat? Sed nimis effusus est in Basilij laudes Baronius. Hoc vero ex tuo cerebro est. Nanque vti bene facta laudat, ita etiam, cum opus est, criminosa culpat facinora, & reprehendit. Minima ne tibi videntur, quæ in Basilio exagitat Baronius? Deceptum a Photio, & Santabareno ingenti Ecclesiæ damno, subscribere Pseudosynodo Photianæ, in Romanos Pontifices inuehi, & alia, quæ passim in Annalibus occurrunt.

Omnium bipedum ingratissimus, Dominum suum, & patronum Michaëlem Imperatorem occidit. Quis negaret, grauiter dormitasse; dum hæc scriberet, Montacutium? Basilius *occidit Michaëlem Imperatorem suum patronum*. Ergo est ingratissimus omnium bipedum, quia occidit Dominum suum, & patronum. Sed non occidit Dominum suum, & patronum, ergo nullo modo erit ingratissimus, & multo minus omnium bipedum. Et non occidisse Dominum, & Patronum, do tibi testem Montacutium, cuius testimonium, & iudicium si probabitur, nemo puto ibit inficias. Notat in Epistolam ad Basilium Imperatorem, ad illa verba; λέοντα τὸν δυσσεβῆ. *Intelligit Armenium nominatum, recte autem ait, multos eius meminisse. Nam post annos* VII. *successorem habuit Michaëlem τὸν ζαυλὸν, qui post annos Imperij sui 26. ab isto Basilio impurissimo, & impijssimo trucidatur*. Tu scribis, vt vides, Michaelem ζαυλὸν post annum Imperij sui 26. ab isto Basilio impurissimo, & impijssimo trucidatum fuisse. Sed Michael ζαυλὸς a nullo alio,

alio, nec ab isto impijssimo trucidatus fuit. Cedrenus; ὁ Μιχαὴλ δὲ ἐπὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἔτη ἐννέα τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγκρατὴς, δυσεντερείᾳ ἁλοὺς ἀρρωστήματι καταστρέφει τὸν βίον. *Michaël vero cum imperaßet annos nouem, menses octo, ex dyssenteria mortuus est.* Leo Grammaticus; Μιχαὴλ ἐκ δυσουρίας, καὶ τῆς τῶν νεφρῶν ἀλγηδόνος κακῶς ἀπηλλάγη τῆς ζωῆς. *Michaël vrinæ difficultate, renumque dolore in cruciatibus male finiuit vitam.* Et Zonaras, in Michaële, Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ, καὶ μῆνας ἐννέα ἀπολαύσας τῆς βασιλείας, φρενίτιδι νόσῳ, καὶ ἐπισχέσει τῶν οὔρων, ἢ δυσεντερείᾳ, λέγεται γὰρ καὶ ἄμφω, κατέστρεψε τὴν ζωὴν τῷ υἱῷ Θεοφίλῳ τὴν βασιλείαν καταλιπών. *Michaël porro Imperator cum octo annos, & nouem menses imperasset, phrenitide, & retentione vrinæ, siue intestinorum dolore, nam vtrumque fertur, obijt, imperio filio Theophilo relicto.* Et tandem Methodius Monachus Tractatu de Schismate; τοῦτον, Leonem Isauricum, διεδέξατο Μιχαὴλ ὁ τραυλὸς, καὶ ὁ τούτου υἱὸς Θεόφιλος. ἐν ὅλοις δὲ εἴκοσι καὶ ἓξ ἔτεσιν, οἷς οἱ ῥηθέντες ἤδη αἱρετικοὶ τυραννήσαντες ἀναγεγράφονται, οὐδεὶς σχεδὸν διαμεμένηκεν ἀρχιερεὺς ὀρθόδοξος. μετὰ δὲ τὸν θάνατον Θεοφίλου τὸν ἁγιώτατον Μεθόδιον Πατριάρχην, ἡ μεγάλη Θεοδώρα ἀπεκατέστησεν. *Huic Isaurico succedit Michaël Balbus, & filius illius Theophilus annis integris viginti sex, quibus iam dicti Hæretici tyrannidem exercuerunt, nullus fere extitit Pontifex Orthodoxus. Vita porro functo Theophilo sanctissimum Methodium magna Theodora Patriarcham creauit.* Non occidit ergo Michaelem Balbum Basilius, ideoque ineptit Montacutius, cum omnium bipedum ingratissimum compellat, quod dominum suum, & patronum occiderit. Quem etiam si voluisset occidere, non poterat, cum nondum Byzantium peruenisset. Et quis æquo animo ferret tantam Montacutij ἀνιστορησίαν, cum vel pueri sciant, post Michaelem hunc Balbum imperium tenuisse Theophilum Balbi filium, cui Michaël iste, de quo sermo est, & dicitur occisus a Basilio, imperium tenuit. Sed occidit Mi-

chaë-

chaëlem, a quo in Imperium euectus est. Errat ergo alterò tanto peius, qui occisum a Basilio Balbum scribit, & erga Balbum ingratissimũ fuisse criminatur, a quo nullo affectus beneficio fuerat. Et quando iam in his sumus, vnde nam habes, Michaëlem hunc Balbum anno imperij sui vigesimo sexto a Basilio fuisse trucidatum? Regnauit ille annos octo, & menses nouẽ, vt discere poteras ex Leone Grammatico, Zonara, Cedreno, Glyca, Suida, & alijs. Tu nihilominus annos filij Theophili illi ex tua largitate impertiris, qui cum non sufficerent, ex annis quoque Michaëlis a Basilio cæsi annos mutuatus, numerum illum tuum annorum viginti sex cómples. An dici potest obtusius? Et multo stultiora sunt, quæ repetis Notis in 18. Epistolam; *Michaëlem intelligit eius nominis tertium Balbum, siue ψαυλὸν nominatum Constantinopolitanum Imperatorem, hominem nullius rei, quem miris immerentem laudibus euehit Photius, plane Æthiopem dealbans; ille, de quo narrantur illę calamitates, Bardas erat Cæsar, iussu huius Michaëlis interemptus sub prætextu affectati imperij, & structarum in vitam Imperatoris insidiarum; falso omnino, & immerito. Quo patrato homicidio viam sibi ad ruinam muniuit Baldus ille, & Bardus Imperator: statim enim a Basilio interimitur, quem humili, & sordido loco natum ad amplissimos honores euexerat, qui Bardam curabat e medio tollendum.* Quæ tu confundens omnia repetis Epist. 117. & 118. *Hac & sequenti Epistola, quæ nonnihil intumescit, prosequitur morem procedendi in* VIII. *Synodo, vt appellat Baronius per Basilium Imperatorem contra Photium συγκροτηθεῖσαν, in qua depositus erat, & quod regicidam nequissimum Domini sui, & patroni Michaëlis tertij interfectorem a communione propulsarat.*

Photium optime de se meritum Patriarcham pellit, quod non admitteret ad Eucharistiam. Esto fuerit Photius de Basilio optime meritus. Quis vnquam dixit, promerita eam vim in bono viro obtinere, vt qui dederit, etiam si perdita

nequitia homo ſit, & impermiſſa, atque iniuſta efflagitet, in eorum comparatione, eſſe illius cupiditati ſuffragandum? Amicus cum vitijs ferendus eſt, prouerbio dicitur, ſed cum detrimentum alteri non adiungunt, ſed cum ordini Eccleſiaſtico exitium non afferunt, & religioni non officiunt, quæ potiſſimum in Photij vitijs eminebant. Ordine ſiquidem Eccleſiaſtico perturbato Paſtorem populorum legitimum debita gubernatione exterminat, iuſque Eccleſiaſticum violando, & ab obedientia Romani Pontificis ſeſe auellit. *Pellit quod non admitteret ad Euchariſtiam.* Hoc dicit Zonaras. Fateor. Sed quanti Zonaræ teſtimonium faciendum eſt in hoc negotio? Schiſmaticus auctorem Schiſmatis a culpa, vti poteſt, vindicat. *Nempe quia Græcus.* Non quia Græcus excluditur a Baronio, ſed quia Græcus Schiſmaticus. Et Zonaram fuiſſe Schiſmaticum tu ſolus neſcis? Teſtantur hoc eius Poëmata aculeatiſſima de proceſſione Spiritus ſancti, & alia monumenta aduerſus Latinos compoſita, quæ Genebrardus cum conuerteret, criminationes illas miſſas fecit. Et Zonaram fuiſſe Schiſmaticum, & Schiſmatis cauſa omnia magnopere voluiſſe, quando cætera defuiſſent, ex eodem ipſo loco, in quo de expulſu Photij tractat, id ipſum erudiri poteras, ſi vel minima animi inductione, verba percurriſſes; agit ſiquidem de promotione Photij, eam contra Canones fuiſſe, cum vero Paſtore pulſo ipſe cathedram violenter occupaſſet: & hoc a nullo Schiſmatico in dubium vertitur. Cauſa igitur illius eiectionis e throno legitima erat, iniuſta occupatio alieni. Quare ergo de hac æque, ac ſi dubia eſſet ſermonem habet, additque illud, τάχα ὡς τάχα παρανόμως τοῦ Ἰγνατίου? Quid inter cauſam, & occaſionem interſit, diſces ex doctiſſimo Polybio. Eijciendi itaque Photium cauſam in occaſionem Schiſmaticus conuertit. *Ridicule. Nam quid Schiſma, ſi tamen erat Schiſmaticus, ad Baſilij, & Michaëlis,*

& Bar-

& Bardæ causam ? Et tu perridicule argutaris, cum non intelligis, quid Schisma faciat ad similium causam. Si Photius culpa vacat, & Bardas, & Michaël iniuste trucidati sunt, auctor Schismatis Photius, & qui eum ad Patriarchatum promouerunt, a reprehensione absunt, & Schisma exortum in Ecclesia tum non erit damnationi obnoxium, & Pontificiorum querelæ in inane cadent. Hinc quoque ridicule concludis; *Si valeret hoc argumentum, sequeretur quidquid scriptum a Zonara, aut quocunque historico Græco post Schisma, vt vocant, Græcorum mera esse mendacia, nemo enim non Schismaticus foret illo casu.* Et dubitas tu, quidquid scribunt Schismatici Græci pro tutandis suis erroribus, Romanæ Ecclesiæ obtrectantes, pura puta mendacia esse? Quæ ad gratiam dicunt, vt ab inimicorum ore extorta apertis vlnis excipiuntur. Neque propterea Græci omnes, quod tu videris instare, Schismatici erunt, in quibus licet Catholici sint, vt etiam in alijs nationibus fit, multa inueniri mendacia, & absurda non negauerim: Neque enim omnia scire potest quilibet: *Nemo enim non Schismaticus foret illo casu.* Quasi vero omnia, quæ scribunt Græci, repudientur. Quot sunt in Zonara, Eusebio, alijs Scriptoribus tum Schismaticis, tum Hæreticis, quæ perlibenter suscipimus, & tenemus? Tu vero, quod laudem meretur, in Baronio oscitanter nimis calumniaris. Baronius etiam inimicorum in ipsam Romanam Ecclesiam dicteria, in quæ casu incidit, etiam si pergrata non sint, ne fallat Lectorem, in Annales suos inserit, & responsione sua amolitur. Lauda fidem hominis integerrimi. Lauda zelum viri pijssimi, qui veritatem antiquitatis modis omnibus in lucem educit. Si Photianæ eiectionis modus tibi fuisset certo autore pro explorato, profecto mutasses sententiam. Synodo siquidem generali, aduocatis etiam missis Pontificijs id fecisse Basilium vidimus supra ex Leone Grammatico, quæ con-

firmat Constantinus Imperator in vita Basilij Macedonis. Μὴ βουλόμενος δὲ μηδὲ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ δοκεῖν ἀμελεῖν, πάντως γὰρ ὡς ἐν τῷ κοσμικῷ περιεχόμεναι σκάφει ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τοῦ κρατοῦντος, καὶ αὗται τυγχάνουσιν, ἐκείνου δὲ καὶ μᾶλλον ἅτε θεοφιλοῦς, καὶ πολλὴν περὶ τὰ θεῖα κεκτημένου εὐλάβειαν. ἐπεὶ γοῦν καὶ ταύτας οἷον ἔτι ἐν σάλῳ τινὶ καὶ ταράχῳ τυγχανούσας ἑώρα διὰ τὸ τῆς κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ προεξάρξαντος καὶ ταύτας μεταλαχεῖν, καὶ ἐξωθεῖσθαι μὲν τῆς οἰκείας καθέδρας καὶ ποίμνης τὸν ἐννόμως τούτων κατάρχοντα, ἀντεισαχθῆναι δὲ ἕτερον, οὐδὲ τούτων ἠμέλησε, ἀλλὰ διὰ κοινῆς Συνόδου καὶ συνηλύσεως τῶν ἁπανταχόθεν ἀρχιερέων Θεοῦ τῶν ἐκκλησιῶν τὸν σάλον κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἔστησεν, τήν τε πρὸ τούτου τὴν ἑβδόμην ἁγίαν Σύνοδον ἐπικυρώσας, καὶ περιλειπεῖς τῶν εἰκονομάχων αἱρετικῶν τῷ ἀναθέματι δούς, καὶ τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς παραχών, τὸν δὲ ἀντεισαχθέντα σχολάζειν κελεύσας, ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μεταστήσῃ ὁ Κύριος. *Et ne videretur Ecclesiarum Dei curam negligere; omnino siquidem veluti in mundi naui contentæ, prouidentiæ imperantis subsunt, illiusque potissimum, qui Dei amans impense rebus diuinis diligentem cultum tribuit, illarum veluti in salo tempestatem, ac fluctibus iactatarum, quod noxam communem ab antecessore contraxerant; deturbato de proprio throno, & grege, qui legitime præerat, alio suffecto, tranquillandarum studium nunquam deposuit, sed publica Synodo locis ex omnibus Dei præsulum, vtut potuit, congregata procellam deuitauit, & septimam quæ præcesserat, Sanctam Synodum constabiliens, reliquos adhuc ex Iconomachis Hæreticos anathemate ferit, legitimum Ecclesiæ sponsum, & liberis patrem restituit; intrusum denique vacare a munere iussit, donec alium ad se Dominus aduocasset.* Quod nec ipse negauit Zonaras, vti Schismaticus, quæ de legatis a Pontifice Romano missis, vt coacta Synodus vniuersalis sibi nomen vindicaret; alij narrant, reticens; Ὁ ῥηθεὶς οὖν διὰ τοῦτο Σύνοδον συνήθροισε, καὶ τὸν Φώτιον τῆς ἐκκλησίας ἐξώθησεν, ὡς τάχα παρανόμως τοῦ Ἰγνατίου καταπαυθέντος τοῦ θρόνου τοῦ ἀρχιερατικοῦ παρὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, καὶ αὐτοῦ μὴ κανονικῶς

ἐκείνου

ἐκείνου ζῶντος τοῦ θώκου τοῦ θείου ἐπιβατεύσαντος. *Ob quam repulsam iratus, indicto Concilio Photium Ecclesia expulit, quasi D. Ignatius contra leges a Barda Cæsare Sede pontificia deiectus esset, & ille non rite diuinum thronum, & eo superstite occupasset.* Nec Cedrenus in Basilio; Ἐπὶ ῥιφθῶ δὲ ἐποιήσατο καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἐκβαλὼν μετὰ τῆς ἀρχιερωσύνης μετὰ συνόδου συναθροισθείσης τὸν ἐπιπηδήσαντα τῇ ἀρχῇ Φώτιον. *Res etiam Ecclesiasticas correxit, Pontificem exturbans autoritate ad hoc congregati Concilij Photium, qui in ea se ingesserat, vacare iussit.* Conclude tu, non solum Basilium, sed Synodum quoque illam Constantinopoli coactam Vniuersalem, & ex tot sanctissimis Præsulibus congregatam, & Græcis, & Pontificijs, quæ anathemate Iconomachos ferijt, & legitimum Ecclesiæ sponsum, & liberis Patrem, Canonum præscripto restituit, intrusum denique vacare a munere iussit, donec Ignatium ad se Dominus aduocaret, impurissimam atque impijssimam fuisse. Id non dubito dices, quia Iconomachos confixit, & Photium tuum e solio deturbauit, cum eam tu & impurissimus, & impijssimus *Latrocinalem* prælicenter voces: & ex te fingas, pronunciesque, eam *a Græcis ipsis neque approbatam neque agnitam*, quod falsissimum esse supra, & alibi demonstrauimus. *Iste*, nempe Zonaras, *sexcentis Paphlagonibus præferendus, vel ipso Baronio Photij hoste fatente ad annum Christi* 867. *Sect.* 101. Sic ratiocinatur Montacutius, & rem conatur dexter agere; sed sine iudicio, & modo. Baronius vtitur testimonio Zonaræ, non probans, imo excipiens, & redarguens; ergo fatetur, sexcentis Paghlagonibus præferendum esse Zonaram. Ego dico Montacutium transubstantiationem negare, improbareque: ergo fateor Montacutium præferendum esse Innocentio III. & Concilio Lateranensi IIII. & sexcentis alijs, qui in transubstantiationem subscripsere. *Sexcentis Paphlagonibus.* In quem etiam alibi non minus iniquus es. *Illa autem, quæ hic com-*

memo-

memorantur, ob eam causam in Theophanem admissa sunt, quod Photium nollet accusare de impostura, quam ex Niceta omnium mendaciorum rapsodo commemorat Baronius ad annum 878. *Sect.* 38. Vnus est Zonaras, vnus Paphlago. Paphlago rebus interfuit: Zonaras longum post tempus, & post confirmatum Schisma historiam scripsit, cuius erit fides ambigua? Sed quidquid sit, gesta Photij, & artes ad occupandum solium, disijciendum Ignatium, & postmodum tempore Basilij iustam ipsius e throno eiectionem, & iustam Ignatij restitutionem narrant omnes fere Græci antiqui, & recentiores, etiam Schismatici, Nicetas Paphlago, Constantinus Porphyrogenneta, Leo Grammaticus, Basilius Imperator, Leo Imperator, Stylianus Neocæsariensis, Michaël Syncellus, Auctor vitæ Michaëlis Imperatoris, Georgius Hamartolus, Georgius Cedrenus, Constantinus Manasses, Ephræmius Byzantius, Christophorus Patritius Mitylenensis, Dorotheus Monembasiensis, Matthæus Cigala, ipse etiam Zonaras, si recte consideretur, quorum omnium testimonia alibi religiosissime producta sunt. Et tu mihi sexcentis Paphlagonibus præferendum esse Zonaram, quæ fieri non poterant, narrantem, clamas? Vti itaque tu tot alijs præferendum esse dicis, quia congestas in vnum Photium culpas extenuat, ita Anastasium Bibliothecharium, quod illius scelera vrget, teruntij non facis; sed putide, & indecore, ne quid peius dicam. *Amici nomen meritus non est, ille fungus Bibliothecarius Photij hostis infensus, is est autem, cuius opus cacata charta, bardum, ridiculum extat de vitis Pontificum Romanorum*. Esto, sit bardus, & ridiculus Bibliothecarius: quæ reiectas ex intimis visceribus in eum reliqua, authoritate, quam præfers, indigna sunt, & humana verecundia. Cum possim plurima addere, prætereo: illa Christi, si tamen eloquia Christi vera esse credis, non negabis. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui,*

cum

cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono theſauro profert bona: malus homo de malo theſauro profert mala. Rubebam, mihi crede, adnotare, ſed cum tu verecundatus non es, ea ſcribere, ne verecundare, etiam ſi non placent, ad menſam quoque tuam apponere. Notis in Epiſtolam 49. ſcribis; *Photius pulſo Ignatio legitime eligebatur Patriarcha.* Quis vnquam audijt, quando pellitur, & vi ſubigitur, opprimiturque paſtor legitimus, ſuperinductum legitime eligi? Hæc ne eſt iuſtitia apud te Montacuti? Sic ſeruatur æquum apud Reformatos? Sed eſto Baſilius hic ſcelerum omnium maculis notiſſimus. Idque diſcere poteras ex tuo Photio Epiſt. 65. Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδ' ὁ τέλειος ἀπὸ ῥύπου καθαρὸς, καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδ' ὁ κάκιστος παντελῶς ἀμέτοχος ἀρετῆς, δόγμα παλαιὸν, καὶ μέχρι νῦν ταῖς ἁπάντων καὶ ψήφοις, καὶ πράξεσι φυλαττόμενον. *Nemo mortalium ne quidem perfectus a maculis purus, & ſordibus: nullus homo ne quidem peſſimus, quin alicuius virtutis particeps ſit. Antiquum dogma eſt etiamnum ſingulorum calculis, & actionibus cuſtoditum.* Et ante Photium M. Varro in lege Mœnia; *Vti in bona ſegete neque nullum eſt ſpicum nequam: neque in mala non aliquod bonum.* Photius id didicit ex Patribus, certum fixumque eſſe, eum, qui vere ſtat, vere cadere; & eum qui vere cecidit, vere iterum reſurgere, atque adeo vere ſtare poſſe. Damaſcenus lib. 1. Parall. *Vt quiſquam hæreticus fiat, niſi prius, vel in verbis, vel in actionibus rationes vitæ ſuæ male compararit.* Et Auguſtinus Tractatu 45. in Ioannem; *Quam multi modo luxuriantur, caſti futuri? Quam multi blaſphemant Chriſtum, credituri in Chriſtum. Quam multi ſe inebriant, futuri ſobrij? Quam multi rapiunt res alienas, donaturi ſuas?* &c. *Item, quam multi intus laudant, blaſphematuri, caſti ſunt, fornicaturi? ſobrij ſunt, ſe vino poſtea ſepulturi? ſtant, caſuri?* Et quamuis Cantacuzenus Hiſtor. lib. 4. cap. 15. ſcripſerit; Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν ὀρθοῦ βίου μετὰ τῆς πίστεως ἐχόμενον ναυαγῆσαί ποτε περὶ τὴν πίστιν παρὰ Θεοῦ ἐπικουρίας ἔρημον

γενόμενον. *Non enim est, non, inquam, est vitæ integritatem, cum vera fide sectantem, aliquando circa fidem, diuino auxilio destitutum, naufragari*. Et ante eum Cyprianus de Veritate Ecclesiæ; *Nemo existimet, bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes paleæ tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur*, Qui videntur innuere, eum, qui semel veram fidem adeptus est, vt notat doctissime Iacobus Pontanus, vitæque & morum honestati, & probitati studet, non posse a fide excidere, quod dogma Caluini, & Caluinistarum est, recte consideranti testimonia adducta in eum sensum accipienda sunt. Deum non destituere quenquam auxilio necessario, ad hoc vt fidem, & charitatem conseruet, dummodo ille fide, & charitate præditus sit. Si vero amittit, culpa, & negligentia sua amittit, non defectu, & penuria cœlestis subsidij ad conseruationem gratiæ necessarij. Ideoque dicunt, vt qui in hæresim, aut aliam infidelitatis speciem labitur, prius sceleratam, vitijsque contaminatam vitam duxisse. Sic etiam contra, qui homo nequissimus est, adiuuante diuino auxilio, optimus euadet. Quod & Basilio euenisse inficiandum non est, nisi ab improbissimo. Quod *antiquum dogma, & ab Ecclesia approbatum* vocat Photius. Ineptissime ergo argutaretur Montacutius. Basilius aliquando fuit homicida, ingratus, flagitiosissimus. Ergo semper is ipse fuit: neque vnquam ad bonam frugem reuersus est, & semper in eodem genere culpæ perstitit: & etiam cum eiecit inuasorem Photium, & restituit Ignatium, nouo impietatis scelere se contaminauit. Sequeris Epist. 3. ad Tarasium fratrem; *Miror autem, & indignor, Baronium sic vbique insultare miserijs hominis certe doctissimi, & nisi quod erat a Romana Ecclesia animo alienior, Nicolai iniurijs irritatus, inculpabilis* Hic & alibi sæpius deploras, & non sine voce lamentabili, a Baronio Photium iniu-

iniurijs laceſſiri. Sed primum illud probandum erat, Baronium inſultare miſerijs Photio. Nunquam Photio male ludificatus eſt vir prudentiſſimus, & benegniſſimus. Aliud eſt in alienis miſerijs, & alienas ærumnas ridentem traducere, aliud facinora alterius, & ſupplicia pro illis data malefactori narrare. Baronius recenſet ſcelera Photij, & pœnas pro illis depenſas. Tu factum immutans, miſerijs hominis inſultare ſcribis. Annon hæc calumnia eſt, Photianis pœnis afficienda? An parum tibi videtur, ſubiectum alieno imperio aduerſus Dominum ſuum cornua vertere, & conuertere calamum, enſemque in eum, quo adiutore omnia factus es? Etiam poſtquam irritatus eſt Photius Nicolai iniurijs, ad eundem ſcribens, ſui in thronum promotionem vti violentiſſimam, fatalem, & neceſſariam excuſat, petit veniam, & obſequia promittit, & ad id vſque inculpabilis eſt. Si contrarium egerit, culpabilis. Te ipſum huiuſce rei teſtem aduoco, cui fidem non negabis, qui ſic vis Notis in Epiſtolam ſecundam, de ieiunio Sabbati; *Ab hoc Græcorum ritu receſſerant Occidentales Eccleſiæ, quas ideo violentiſſimis conuitijs proſcindit Photius, vt Baronio cæteriſque ignoſcendum ſit, ſi a lege talionis tanquam ἀφ' ἁμάξης* illum *περιπηλακίζουσιν. Photius Romanis Sacerdotibus celibatum vouentibus fornicationes, adulteria, συνεισάκτους concubinas obijcit, filios a furtiuo concubitu, quorum patres nemo nouit expoſitos, vel enectos δευμύτερον, ſed veraciter plerunq; ingerit*. Indignatio ergo tua in Baronium indignior atq; iniquior dici poteſt, cum propter crimen, quod quandoq; criminaris alio, atque alio loco extenuas.

Præterea, perperam indignaris, Baronium *ſic vbique inſultare miſerijs hominis longe doctiſſimi*. Tu non exprimis quænam ſint illæ miſeriæ, quibus inſultat Baronius, quas numerare debueras, vt te a criminatione falſa contra Baronium eximeres. Quod cum tu ipſe non egeris, ego peragam non alio teſte quam ipſo Photio in Epi-

 ſto-

ſtolis, quas ipſe vocibus inſtat, & aſſiduas iacit ore querelas. Viuere ipſum vitam morte acerbiorem, in captiuitatem eſſe adductum, rebus omnibus, cognatis, amicis, ſolida & neceſſaria ſeruitute, alijſque prorſus priuatum. Audiatur. Ἡμεῖς δὲ βίον βιῶ μὲν θανάτου πικρότερον. ᾐχμαλωτίσμεθα. πάντων ἐστερήθημεν, συγγενῶν, ὑπηρετῶν, συνήθων, πάσης ἁπλῶς ἀνθρωπίνης θεραπείας. *Aſt ego viuo vitam quauis morte acerbiorem, in captiuitatem adductus, rebus omnibus exuor cognatis, familia, amicis, omni omnimodo humana miniſterio.* Ibidem; Ἀλλ' ὅτι ἐστερήθημεν καὶ βίβλων, καινὸν τοῦτο καὶ παράδοξον, καὶ νέα καθ' ἡμῶν ἐπινενοημένη τιμωρία. *At nos etiam libris priuati ſumus, & hoc certe nouum & paradoxum recens in me excogitatum ſupplicium.* Ibidem; Λέων ὁ δυσσεβὴς Νικηφόρον ἐλαύνων τοῦ θρόνου οὐκ ἐλιμοκτόνησεν, ὡς ἡμεῖς λιμαγχονούμεθα. *Leo Imperator impius Nicephorum de Throno eijciens, non confecit inedia, quemadmodum nos fame enecamur.* Ibidem; Καθ' ἡμῶν δὲ, οἴμοι, πάντα καινὰ, καὶ τραγῳδίας ἐπέκεινα, αἰχμάλωτοι, πάντων ἔρημοι φίλων, ἔρημοι συγγενῶν, ὑπηρετουμένων, ἔρημοι ψαλλόντων, μοναζόντων, ἀντὶ δὲ φίλων, ἀντὶ μοναζόντων, ἀντὶ ψαλλόντων, ἀντὶ πάντων ἁπλῶς, στρατιωτῶν κουστωδίας, καὶ στρατιωτικοῖς λόχοις ἐκδιδόμεθα. *At contra me, hei mihi, omnia noua, omnem tragœdiam exuperantia vſurpantur. Captiuus, ab omnibus deſeror amicis, ab affinibus: famulis priuor, pſallentibus, monachiſmum colentibus; militum cuſtodiæ, militaribus turmis trador.* Et tu in Notis; *Patet autem ex hac Epiſtola, quam acerbam, barbaram, & pluſquam tragicam carnificinam paſſus fuerat Photius per Baſilium illum Macedonem.* Sed hæc omnia falſa eſſe & compoſita mendacia ad extorquendam ſibi apud ſciolos commiſerationem vel vnus Conſtantinus Porphyrogenneta Imperator in vita Baſilij Macedonis Imperatoris euincet, qui poſt eiectum Photium, & reſtitutum Ignatium ſcribit; Οὐμὴν οὐδὲ περὶ τοῦτο διέλιπε φιλοφρονούμενος αὐτὸν, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παντοδαπὴν σοφίαν τε καὶ ἀρετήν. ἀλλὰ μὴν εἰ τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν τοῦ δι-

δικαίῳ θέλων ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῆς εἰς παραμυθίαν οὐδὲν ἐνέλειπε παρεχόμενος, ὅθεν κἀν τοῖς βασιλείοις διατριβὴν αὐτῷ. δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παιδευτὴν καὶ διδάσκαλον. *Photium antea quoque continuo peramanter complectebatur ob eius omnigenam ſapientiam & virtutem, honoribuſque nunquam intermiſſis afficiebat. Quem licet e cathedra deturbauiſſet, nihil iuſtitiæ præferens, nullo tamen loco deerat, neque ad conſolandum, neque ad leuandum illius fortunam incommodam, propptereaque ſedem in Regia aſſignauerat, & liberorum ſuorum declarauerat inſtitutorem, atque Magiſtrum.* Baſilius nullo loco deerat ad leuandam Photij fortunam incommodam, & quod magis eſt, & in aula moram aſſignauerat, & eum liberorum ſuorum Magiſtrum creauerat. Et eſtne iſta captiuitas, affinium, & amicorum, & miniſterij humani, & librorum, & eduliorum, & cantantium, & Monachorum priuatio, & acerba, barbara, & pluſquam tragica carnificina? Quis ſimili difficultate temporum preſsus, inter tot calamitatum anguſtias optare poterat ſecurius, auſpicatius? Tu tamen infers Epiſt. 3. *Photio autem cur non fidem habeamus ſuam cauſam narranti, quam conuitijs aduerſariorum?* Inſulſe admodum. Ideo fidem non habeo, quia ſuam cauſam tuendo, ſuo libitu quid geſſerit, & quid paſſus fuerit, exponit. Non credo graſſatori, alieni throni occupatori, & vitæ alienæ inſidiatori res a ſe geſtas narranti. Quis de parricidio delato, ſi de vi lege tenetur, rem vti geſta eſt, apud iudicem narranti credet? Natura inſtruimur crimen patratum, vti fieri poteſt, mitigare, & pœnas pro illo perſoluendas ingeminare ferreque in maius, & iudicem, cui intereſt, miſericordia commotum reddere in nos benigniorem. Sed Conſtantinus, vt Baſilium extra culpam poneret, hæc commentus eſt. Quid uetat hoc etiam aſſeuerare de Photio? Photius ſuam cauſam agit, & liberare ſe culpa nititur, ideoque neceſſario ad talem ſcribendi modum adigitur.

Conſtantinus ſui iuris homo, & nulli cauſæ mancipatus poterat, quæ non ſibi arridebant, abſque iniuria prætetire: quis de mendacij nomine ſuſpectior eſt? Dices tu, nec dubio; Conſtantinus. Ego vero dico; Photius, cui vſitatum eſt, ſimilia contexere, vt alibi fuſe probauimus. Sed morem etiam tibi gero. Fides habeatur Photio ſuam cauſam narranti. Quid porro ipſe Photius ad eundem Baſilium Epiſtola 3. Νῦν δὲ εἰς τοῦτο τὰ τῆς ἡμετέρας ἐλπίδων περιέστηκεν, ὅτι κἂν ὀψὲ τοῦ καιροῦ, ὅμως εὐχαριστίαν τῇ σῇ προσάγομεν βασιλείᾳ. ἐπὶ τίνι καὶ διατί; ὅτι τὰς τῶν ληστῶν, καὶ κακούργων τιμωρίας, αἷς ἐναθλοῦντες ἡμεῖς κατεδαπανώμεθα, εἰς τὸ μετριώτερον σχηματίζειν ἐπεχείρησας. *At nostra iam tandem huc ſpes deuenerat, vt licet ſero, nihilominus tuo imperio gratias habeamus. Quorſum autem & in quo, inquies? Quod malorum & ſceleratorum hominum ſupplicia, cum quibus vſque ad abſumptionem conflictabamur, ad temperatiorem modum conuertere aggreſſus es*. Ceſſat ergo acerba, barbara, & pluſquam tragica carnificina tui Photij. Tu ſi contrarium ſuſtinere nitaris, caue, ne religionem, & hominem exuas.

Sed cum nunc de Photio agitur, damnum, quo illum afficis in rem domeſticam, ex praua voculæ intelligentia, quamuis ille indignus ſit, qui ſubleuetur, ipſe contra Montacutium leuabo. Photius Epiſtola ad Nicolaum Pontificem vocat Taraſium Patriarcham Πατρόθειον. οὐδὲ τούτων οὐδέτερον, οὐδεὶς ἂν ἐν εὐθύναις λογίζεσθαι τολμᾷ, οὐδ' εἰ πάντα θρασὺς εἴη, οὐδὲ Ταράσιον τὸν ἡμέτερον πατρόθειον, οὐδὲ Νικηφόρον, καὶ τοῦ γένους καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν τρόπων ἀξίως διαδόχους. Et Epiſtola Encyclica de ſeptima ſynodo Generali, καὶ τούτων ἁπάντων συνεληλυθότων, ἅμα τῷ ἡμετέρῳ πατροθείῳ ἁγιωτάτῳ καὶ τρισμακαριστῷ Ταρασίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη Σύνοδος συνεκροτήθη. Tu vertis; *Iſti omnes conuenere vna cum diuino noſtro Patre ſanctiſſimo & beatiſſimo viro Taraſio aderant, Conſtantinopolis Archiepiſcopo, magnum hoc & vniuerſale Concilium congregabatur*, &c. Iſta in-

interpretatione, Montacuti, Photium tuum cognatione amplissima mutilas, cum illi patruum sanctissimum, & doctrina, & moribus, & dignitate celeberrimum adimis, Tarasium nempe, quem ait sibi patruum fuisse, & patris fratrem, vocula enim illa πατρόθειος designat, quod alij dissolute dixerunt, ἀπὸ πατρὸς θεῖον, vti & πρὸς μητρὸς θεῖον dixere. Parco exemplis, ne tibi nimium molestus sim oculatissimo Grammatistæ.

EXERCITATIO XIX.

Multo minus habere sal in chronologicis Creyghtonum. In Græcia esse Episcopos Latinos, qui animarum curam gerant, iurisdictioni Pontificiæ obnoxios: Apameas in quibus præsidet Spondanus, esse in Galliis, non in loco Patriarchæ subiecto. Quæ certitudo reponenda est in synodis ex Creyghtono? Seculares non se intromittunt in rebus Ecclesiasticis, quod rebus in Ecclesia gestis comprobatur.

Pag. 38. *VT magnopere mirer Abbreuiatorem Baronij Spondanum anno 705. num. 2. Græcorum artes incredibiles, vt loquitur, criminari, quibus nisi sunt sibi subijcere Romanam Ecclesiam, quod aliquot Græci pro primis Ecclesiæ nascentis temporibus ad Pontificatum aspirauerint, Ioannes sextus, septimusque, & Zacharias quorum vitas Anastasius plurimis ornat elogijs.* Neque in his sanior est Creyghtonus. Iurgatur cum Spondano abbreuiatore Baronij: & litem inter Baronium & Spondanum concitare contendit. Spondanus, si bona fide verba Baronij compendio expressit, laudem meretur; si mala, tum lis est intentanda Spondana. Verumtamen quod tibi solemne est, etiam innoxijs iniuste dicis. *Quod aliquot Græci pro primis nascentis Ecclesiæ temporibus ad Pontificatum aspirauerint.* Si Ioannis sexti, & Ioannis septimi, & Zachariæ tempora prima sunt nascentis Ecclesiæ,

clesiæ, vt in reliquis alijs ita & in rebus chronologicis Creyghtonus instructissimus est, qui annum septingentesimum ad prima tempora Ecclesiæ nascentis refert, cum in exortu illius multo plures occurrerent Græci, Anacletus, Euaristus, Telesphorus, Hyginus, Eleutherius, Anterus & alij; *At ille non sine miraculo asserit fuisse, vt ijdem creati Apostolicæ sedis Pontifices spiritum hæreditarent Apostolicum*. Et vere asserit. Neque enim mentitur Christus, qui Petro promisit, cum eo esse in æternum. Sed id non admittit Creyghtonus, qui infallibilitatem Petro, & successoribus concessam ad humanam diligentiam traijcit, quæ *suffragijs cauet, ne Papam admittat, quem rebus suis ineptum scit*. Supra negauerat diuinam in rebus humanis moderandis prouidentiam, nunc ex spiritualibus & Ecclesiasticis dirigendis ac conseruandis exterminat. Quasi vero Deus desit Ecclesiæ suæ. Vt enim promissis suis stet, quæ constant sibi perpetuo, nec immutantur, ita afflatu diuino mentem rerum futurarum prouidam efficit, & cælesti instinctu concitat, vt suffragio Papam eligant, quem Ecclesiæ catholicæ accomodatissimum futurum dignoscunt, cum eo etiam ipse futurus in omne æuum. Sicque electus diuino spiritu tactus, ita se voluntati Dei conformat, vt abnegatis omnibus, quæ ante suam electionem firmiter etiam deputabat, id vnum præ oculis habeat, ad quod afflatu illo diuino concitatur, illudque determinet. Reformati non verentur singulis hominibus, etiam ex vili plebecula peculiarem spiritum assignare, quo fidem vnusquisque suam extra fallaciam dirigere valeat: non dum intelligo, quare id negent, in capite moderante nauigium vniuersalis Ecclesiæ, cui Christus vsque ad finem seculi sese adfuturum promiserat. Sed Creyghtonus adeo indurato corde est, atque obstinata voluntate, vt promissionibus Christi, quia ad vnum Romanum Pontificem spectant, fidem non adhibeat, &

quod

quod nullum eſt, illius promiſſum ad ſingulos quoque per vim tranſportet, illiſque ſubigat, & tribuat infallibilitatem. *Quod exemplo Ioannis ſeptimi comprobat, qui ſibi miſſos a Iuſtiniano Canones Synodi ſextæ conuocato Epiſcoporum Concilio recuſauit confirmare: etiam ſi Anaſtaſius, e quo Spondanus hæc mutuauit, de Concilio per Papam conuocato ne gry quidem.* Tacuit Anaſtaſius Concilium, ergo congregatum non eſt. Multa quæ re ipſa fuere, ſi ex taciturnitate Anaſtaſij improbanda ſunt, multa ex hiſtoria Pontificia detruncanda fuerint & reijcienda. Dicit Anaſtaſius Sacra ſua rogaſſe Concilium Imperatorem; *Sacram, per quam denominatum Pontificem coniurauit, & adhortatus eſt, vt Apoſtolicæ Eccleſiæ Concilium aggregaret, & quæque ei viſa eſſent, ſtabiliret, & aduerſa renuendo excluderet, ſed hic humana fragilitate timidus, hos nequaquam tomos emendans per ſupradictos Metropolitas direxit ad Principem.* Non erat ergo neceſſe, vt id repeteret. Et plane etiam ſi non rogaſſet Imperator, dicendum eſt, conſuetudini Romanæ Eccleſiæ inſiſtentem Ioannem conuocaſſe Concilium, in quo Canonibus examinatis, cum vidiſſet multa ibi aſſerta eſſe contra Romanam Eccleſiam, dubitans, ſi in illis corrigendis, expungendiſque manum admouiſſet, ne quid ſibi ſiniſtri a non ita ſedati animi Imperatore ſuccederet, ſatius eſſe duxit, ita vti erant intactos remittere, quam illis corrigendis, vel quos non faciebant ad ſtomachum expungendis, in iram Imperatoris incurrere. Quare nec proba ſtabiliuit, nec aduerſa excluſit, humana fragilitate timidus. Sed eſto. Remiſerit Ioannes Canones Imperatori nullo coacto Concilio, quia de Concilio conuocato nec gry quidem Anaſtaſius, & Papa timidus tomos, vti acceperat, remiſerit, ideo ne illi Canones confirmati dicentur? Et ſimilem congregandorum Conciliorum vſum in Eccleſia Romana in negotijs arduis tu quoque, dum mentis compos es, inſinuas: ſcribis enim ſupra, Nico-

laum

laum calumnijs Photij oppreſſum & tantum non perterritum, *ad Præſules ſub Caroli Calui regno conſtitutis Epiſtolam emiſiſſe, quos hortatur, vt Concilijs habitis, & diligenti rerum peruestigatione, quid ſentirent ipſum condoceſacerent, & harum criminationum atrocitati, ſalubri aliquo remedio ſubuenirent. Certe ſi meminiſſet Spondanus ſe Epiſcopum Apamiarum, quæ Patriarchali iuridictioni olim paruere, æquiorem de Græcis opinionem aluiſſet.* Quaſi vero qui paret iuriſdictioni Patriarchali, religione obſtrictus ſit, ſpreta veritate ad aſſentatricem comitatem conuerti, & mendacio fallere Lectorem ſuum. Sed dic ſodes, vnde nam ſcis, Spondanum Apamienſem Epiſcopum Patriarchali iuriſdictioni obnoxium eſſe? Sunt Epiſcopi in Græciæ partibus & alibi, qui cum titulo curam etiam animarum fidelium ritus Latini ſuſtinent. Mittuntur hi a Pontifice, vt conſuetudines, & ritum Latinum doceant, & ſuſtineant, & a ſuperſeminantibus zizania defendant. Et hi non alium quam Romanum agnoſcunt. Id ſi ſciſſes Spondanum Apameæ Epiſcopum, neque Patriarchali iuriſdictioni parere, neque æquiorem Græcis pro tua æquitate exoptaſſes. Et tamen id diſcere poteras ex tuo Syropulo ſect. 10. cap. 14. in qua Græci Epiſcopi rogant Pontificem, vt, cum iam vnio finem habuerat, ex ſuis Diœceſibus Latinos Epiſcopos ſubtrahant. Τινὲς δὲ τῶν ἀρχιερέων καὶ μάλιστα οἱ ἔχοντες λατινεπισκόπους ἐντὸς τῶν ἑαυτῶν Μητροπόλεων ἐπετίθεντο καὶ παρεκάλουν τὸν βασιλέα, ἵν' ἐπιμεληθῇ, καὶ ἐκβάλῃ τοὺς λατινεπισκόπους ἐκ τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν· οἱ δὲ ἦσαν ὁ Μονεμβασίας, ὁ Ῥόδου, ὁ Μιτυλήνης, καὶ ἕτεροι. *Nonnulli Meoropolitani, & præcipue, qui intra ſuas Diœceſes, & vrbes Metropoliticas habebant Latinos Epiſcopos, Imperatorem obſecrabant, & implorabant, vt curam in ſe reciperet, eijceretque ex ſuis Eccleſijs, Latinos Epiſcopos.* Reſponſum Pontificis fuse refert Syropulus ibidem. Erant ergo Latini Epiſcopi in Græcia, qui auctoritatem Patriarchalem defugientes, iuriſdictioni Romani Pontificis ſuberant; multo magis,

gis, qui in iurisdictione Pontificia vitam agebant, titulo tenus Episcopi, vt erat Spondanus per te; quare non erat illi opus recordatione renouare, cui olim Patriarchali iurisdictione Apameæ paruerint. Sed tu male curris & extra viam; & ex Gallia ictu oculi in alienas prouincias saltitas more tuo per summam inscitiam: & qui iurisdictioni Pontificiæ paret, eum Patriarchæ submittis. Apamiæ, in quibus Spondanus Episcopus sedet, non sunt neque in Bythinia, neque in Phrygia, neque in Syria, neque vllo alio in loco, in quo se Patriarchalis iurisdictio extendat; sed est in Gallia, quæ Ciuitas vulgo dicitur *Pamiers*, estque in prima Narbonesi sub Archiepiscopo Tolosano. Hinc tibi spongia corrigendus est hic Spondani Patriarchali iurisdictioni subiectus Episcopatus.

Tum contra eundem argutaris; *Et videat Venerabilis Dominus Episcopus Apamensis, si sextam Synodum Ioannes Papa septimus repudiauerit, septimam Carolus Magnus Imperator, tres octauas Ecclesiæ Orientis, & Occidentis digladiationibus inuicem bacchatæ abrogarint, quam fidei certitudinem in reliquis Conciliorum voluminibus reponamus.* Eam ipsam, quam tu supra dixeras esse reponendam; *Si nulli Canones Ecclesiastici vigerent, quibus hæ buccæ superbificæ detumere cogerentur, iampridem omnis relligio in fumum, & vniuersi fabrica, in primordiale chaos resoluta vertisset. Concilia sunt solidi iudicij statiua, rectæ rationis promuralia, claustra diuinæ legis ac humanæ, quæ nullus vnquam ceruicosus sine supremi Numinis despectu, animæ suo periculo, ac sempiterna infamia transiliuit.* Quare compellatio ista tua Spondano opus non est. Non fugit ipsum quod constat omnibus Pontificijs; Concilia omnia ab Apostolica sede non confirmata reprobanda esse, & prorsus repudianda, nulloque in pretio habenda, nec vllam in illis certitudinem reponendam. Post Nicænum primum vniuersale triginta fere alia Cnncilia ab Heterodoxis celebrata sunt, quibus cum assensum non dederit Pontifex,

uilia habentur & nullius assis. Hinc concludimus, Canones hos, quos affers repudiatos a Ioanne, abrogandos esse, & condemnandos. Quis dubitauerit? Hi Canones confecti sunt in Trulli Palatio post quintam, & sextam Oecumenicas Synodos annis plurimis, nec ab illis Episcopis, qui dictas Oecumenicas suo interuentu adornauerunt, subscripti, quamuis postmodum sub sextæ Synodi nomine a nonnullis decantati sunt; attamen Quinisextæ πενθέκτης, alterius a Quinta, & Sexta primum euulgari meruerunt. Balsamon; Τῶν δύο οἰκουμενικῶν Συνόδων, τῆς πέμπτης δηλαδὴ τῆς γενομένης ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, καὶ τῆς ἕκτης τῆς γενομένης βασιλεύοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, μὴ ποιησάντων Κανόνας εἰς κατάστασιν τῶν ἐκκλησιῶν, γέγονεν αὕτη ἡ Σύνοδος εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δύο. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὐδὲ ἕκτη κυρίως κατονομάζεται, ἀλλὰ Πενθέκτη. ἀνεπλήρωσε γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης, καὶ τῆς ἕκτης Συνόδου. *Cum duæ uniuersales synodi, quinta scilicet, quæ fuit regnante Magno Iustiniano, & sexta, quæ fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint Canones ad Ecclesiarum constitutionem, hæc facta est ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta proprie nominatur, sed quinisexta; nam quod quintæ & sextæ Synodi deerat, repleuit.* Nos nihilominus deosculamur, & fidei certitudinem in alijs reponimus asseueratione Pontificia constabilitis. Et hæc presse dicimus: cum alibi fusius de hisce Canonibus, & quamnam fidem mereantur egerimus in libris de Consensione. *Septimam Carolus Magnus Imperator repudiauerit.* Esto Magnus sit iste Carolus Imperator tuus. Qua se auctoritate repudiandi Synodos suffulcitur? Quo iure se in Ecclesiastica intromittit? Qua prærogatiua in decernendis rebus fidei præfulget? Homo secularis, quamuis filius Ecclesiæ est, extra tamen adyta stat, hæretque, opertaneis sacris non pascit oculos; audit, non legit; instruitur, non docet; obedit, non imperat: inferior ordine, non eminet superiori

riori

riori. Et tu mihi aduocas Carolum Magnum, repudiantem ſeptimam Synodum, quam approbarunt Antiſtites Eccleſiæ Orientales atque Occidentales, & vnis animis vniuerſi orbis catholici, & Imperatores æque atque Carolus iſte tuus Magnus, & Reges? Pace tua dixerim; limitibus Imperij iuſultans iſte Carolus Magnus intempeſtiue & contra leges in Eccleſiam Catholicam inſultauit, vt illi Adrianus Pontifex demonſtrauit. Hocque ita eſſe fuſe alibi oſtendi. Quod neſcio quis Iuuenis ægre ferens atque indolens non potuit ſe continere, quin erga me declamarit; *Res ex primo Conſenſionis libro redditur manifeſta, in quo quibus non machinis, artificijs, ſchematibus, conatibus, inuentis illud Pontificale Palladium extruere, & firmare annititur? Quis non miretur ingenioſe excogitatas, & intortas rationes, quibus aſſerto ſuo fidem facere conatur? Fraudem tamen prodit, dum inter alia manifeſte nimis contra veterum ſcriptorum auctoritatem, & conſenſum poteſtatem Conciliorum cogendorum vni Papæ Romano transcribit, Principeſque vt extraneos ab ijs audaciſſime, cuius rei intolerabile ſpecimen exhibet in delineatione Concilij Nicæni.* Hæc in Allatium præferuidus iſte Iuuenis occinit; interim nihil affert opinioni ſuæ accomodum. Sic ſatisfacit ille machinis, artificijs, ſchematibus, conatibus, inuentis Allatij. Sic diluuntur argumenta Catholicorum ab Hæreticis. Audiat vero; in ipſo ſancti Concilij Chalcedonenſis initio ſedis Apoſtolicæ Legatus obiecit Dioſcoro, eum perſonam Iudicis arripuiſſe, quam non habebat, & auſum eſſe cogere Synodum ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, quod nunquam factum eſt, nec fieri licet: & hoc ſolo nomine, cum nihil haberet, quod reſponderet, ſurgens e conſeſſu tanquam reus ſedit in medio. Hoc dictum eſt in publica ſeſſione Concilij, in ore atque omnium oculis. Si iniuſta, ſi non propria Pontificiæ maieſtatis Legati propinant; quare Principes Imperij, Patriarchæ, quorum tantundem inter-

ter erat, ipſe Dioſcorus, de cuius cauſa diſceptabatur, reliqui Præſules Occidẽtales, atq; Orientales elingues redditi ſunt, & factũ approbant; & Dioſcorus occupatæ iuriſdictionis reus in medio ſedet? Stephanus Papa ad Baſilium Macedonem. Καὶ ταῦτα τοῦ εὐσεβοῦς σου κράτους ἐπίσταμαι· ὅτι βασιλικὴ χεὶρ οὐ δέχεται τὸ ἱερατικὸν, καὶ Ἀποστολικὸν ἡμῶν ἀξίωμα. καὶ γὰρ αὐτοῦ Χριστοῦ τὸ ἀρχικώτατον ἐπὶ γῆς ἐπιφέρεις ὁμοίωμα, τῶν ἐπὶ γῆς κοσμικῶν μόνον ὀφείλεις φροντίζειν, ὃ καὶ εὐχόμεθα ἐπὶ μηκίστους χρόνους κρατεῖν· καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκ Θεοῦ τὸ ἄρχειν τῶν βιωτικῶν ὑμῖν δέδοται, οὕτω καὶ ἡμῖν διὰ τοῦ κορυφαίου Πέτρου τὸ ἄρχειν τῶν πνευματικῶν. Et; ἡ γὰρ κατάστασις καὶ ἀρχιερωσύνη πασῶν τῶν ἐν κόσμῳ ἐκκλησιῶν παρὰ τοῦ κορυφαίου Πέτρου τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο, δι' οὗ καὶ ἡμεῖς ἀκεραιοτάτῃ διδασκαλίᾳ πάντας νουθετούμενοι καὶ διδασκόμενοι. Et; τίς ὁ κατὰ τοῦ ἀμωμήτου αὐτοῦ νυμφίου καὶ ἱερέως, καὶ κατὰ τῆς μητρὸς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν λέγειν τολμήσας; ἀπατᾶται ὁ νομίζων μαθητὴς εἶναι ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, καὶ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Et; τίς σε ἐπαίδευσε ἀρχιερέα οἰκουμενικὸν κωμῳδῆσαι, καὶ τὴν ἱερὰν τῶν Ῥωμαίων κακοφημῆσαι ἐκκλησίαν, ἣ μετὰ σεβασμιότητος ὀφείλεις ὑποτάττεσθαι; ἢ οὐ γινώσκεις, ὅτι πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν αὕτη κατάρχει; τίς σε τῶν ἀρχιερέων κριτὴν κατέστησε; ὧν ταῖς ἱεραῖς διδασκαλίαις κατηρτίσαι, παρ' ὧν εὐχαὶ περὶ σοῦ τῷ Θεῷ ἀναφέρονται. Et; πῶς κρίνεις τοὺς τῇ τοῦ Θεοῦ ψήφῳ μόνῃ ὑποκειμένους, καὶ λαβόντας μόνους ἐξουσίαν δεσμεῖν τε καὶ λύειν; Et; οὐκ ἔγνως ἐν τῇ πρώτῃ Συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, τί ὁ μακάριος Σίλβεστρος ὁ Πάπας ἐξεφώνησε προκαθημένος ἐκεῖσε καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, περὶ τοῦ μὴ ὑπό τινος κρίνεσθαι τὸν πρωτόθρονον; *Præſertim cum pia potentia norit regiam poteſtatem non eſſe capacem ſacerdotalis atque Apoſtolicæ noſtræ dignitatis. Quamuis enim ipſius Chriſti ſummam imperando ſimilitudinem in terris geras, tamen res tantum politicas & ciuiles curare debes, quod etiam, vt diutiſſime facias, optamus. Quemadmodum igitur vobis rerum temporalium principatus a Deo eſt traditus, ita nobis per Coryphæum Apoſtolorum Petrum rerum ſpiritalium principatus.* Et; *Omnium enim in orbe terrarum ordo, & Pontificatus Eccle-*

ſiarum

ſtarij a Principe Apoſtolorum Petro originem accepit, per quem & nos ſincera & incorrupta doctrina inſtruimus omnes, & docemus. Et; *Quis vero ille eſt, qui aduerſus intemeratum illius ſponſum & ſacerdotem, contraque matrem omnium Eccleſiarum auſus eſt verbum effutire? Errat, qui exiſtimat eſſe diſcipulum ſupra Magiſtrum, ſeruum ſupra Dominum.* Et; *Dic age, quis te ita ſeduxit, vt Oecumenicum Pontificem conuitijs, & ſcommatis laceſſeres, ſanctamque Eccleſiam Romanam maledictis lacerares, cui oportet, vt ſumma te cum veneratione ſubijcias? An non intelligis, hanc omnibus Eccleſijs praeeſſe? Quis te Pontificum iudicem conſtituit? quorum ſacris inſtitutis edoctus es, a quibus ad Deum pro te preces effunduntur.* Et; *Quomodo iudicas eos, qui vni Dei iudicio ſunt ſubiecti? Qui ſoli poteſtatem acceperunt ligandi atque ſoluendi.* Et; *An ignoras, quid in prima Synodo Nicena, præſidente ibi ſancto Conſtantino beatus Silueſter Papa de non iudicando ſupremo Throno pronunciauit?* Quod ſi in minutioribus quoque nullam ſibi facultatem de iure vindicat Imperator, quid de maioribus exiſtimandum eſt? Callem, quem terimus, non deſero. Exanimato Baſilio ſuccedit in paternas opes Leo Filius, & religionis zelo fretus, auctoratum a Baſilio Photium dimittit, conaturque in locum illius Stephanum fratrem Baſilij filium ſubrogare: conatus incidebat Photij ordinatio, qua ille ad Diaconatum euectus decreto Pontificum Diaconatu procidebant. Cogit Synodum vt arbitrio eius defectus ſuppleretur; Ἐν παρακλήσει δὲ μᾶλλον προσφωνῶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, ἵνα συνέλθητε τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ γένηται μία ποίμνη. ἐὰν δὲ ἀνδ τῶν Ῥωμαίων τῶν δεσμευσάντων Φώτιον, οὐ θέλετε συνελθεῖν τοῖς ἀδελφοῖς μου διὰ τὸ χειροτονηθῆναι διάκονον ὑπὸ Φωτίου, δεῦτε γράψωμεν καὶ ἀποστείλωμεν ὁμοῦ παράκλησιν εἰς τὴν Ῥώμην πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ οἰκονομήσει τὴν λύσιν τοῦ δεσμοῦ τῶν ὑπὸ Φωτίου χειροτονηθέντων. ἔγραψεν οὖν διὰ τοῦτο ἐπιστολὴν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ οἱ περὶ τὸν Μάπαν τὸν Μητροπολίτην Νεοκαισαρείας ἐποίησαν. *Quin potius veſtram pietatem oro obſecroque, vt cum*

fra-

fratre meo sentiatis, vnumque ouile fiat. Quod si absque Romanæ Ecclesiæ auctoritate, quæ Photium anathemate damnauit, cum fratre meo, vt qui a Photio Diaconus sit consecratus, communicare recusatis, agite, Romam scribamus, libellumque supplicem ad Papam mittamus, vt anathematis censura absoluat eos, qui a Photio sunt initiati. Scripsit igitur Imperator ad Papam, vnaque Mapa Neocæsareæ Metropolita cum socijs. Mirum est, quod Imperator, totque alij efficere non possunt, & plena Synodus, vnus Pontifex, si modo illi complacitum est, ad effectum adducet. Procumbendum igitur, post exemplum illud tuum Photianum, ad pedes illius est suppliciter, & maiorem in modum ab eo petendum est solo. Sed hæc Pontificis Romani sunt contendentis, decertantis, & sibi nimium contra ius, & æquum arrogantis, & quæ sua non erant, vsurpantis. Sed scribit ad Basilium, in cuius vnius potestate & moderatione omnia vertebantur, ad quem vniuersa deferebantur: si mendacio fallere non vis, omnia, sed politica & ciuilia: eorum si quidem est, vt ait Stephanus Papa, a Deo tradita rerum temporalium cura & principatus. Id si aliter se habebat, nonne ore impudente, atque inuerecundo Pontifex Basilio quod non erat obiecisset sibique quod suum non erat vsurpasset? Eratque ne Basilius ita rerum inscius atque inexpertus, vt ab alijs sua iniuste præsumpta proderet, & rem adeo iniquam & sibi noxiam tacitam præterisset. Sed nolo modo ex silentio ipsius argutari. Loquatur ille, vt opus commendet artificem ex sua Allocutione in fine octauæ Synodi Λαϊκῷ δὲ οἱῳδήποτε κατ' οὐδένα τρόπον ἐξεῖναι λέγω περὶ Ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων λόγον ἀνακινεῖν, ἢ ἀνθίστασθαι ὁλοκλήρῳ Ἐκκλησίᾳ ἢ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ. ταῦτα γὰρ ἀνιχνεύειν τε καὶ ζητεῖν Πατριαρχῶν ἔργον ἐστὶ, καὶ ἱερέων, καὶ διδασκάλων, εἷς τὸ λύειν τε καὶ δεσμεῖν ἐνδέδοται ἐκ Θεοῦ. ὁ γὰρ λαϊκὸς κἂν πάσης ἐστὶν εὐλαβείας καὶ σοφίας μεστὸς, ἀλλὰ λαϊκὸς, καὶ πρόβατον, οὐ ποιμήν. οὐδὲ

ἀξ-

ἀρχιερεὺς κἂν πᾶσαν ἐπιδείκνυται εὐλάβειαν; ἀλλὰ ποιμήν ἐστιν; ἐς ἂν ἐν ἀρχιερεῦσι τελῇ, καὶ οὐ χρὴ κατεξανίστασθαι τῶν ποιμένων τὰ πρόβατα. Hæc ſummatim ex Græcis Baſilij, ita reddita ab Anaſtaſio Bibliothecario in integra Allocutione. *Vobis autem laicis, nullo modo licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari. Hoc enim inueſtigare, & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & ſacerdotum eſt, qui regiminis officiū ſortiti ſunt, qui ſanctificandi; qui ligandi, & ſoluendi poteſtatem habent: qui Eccleſiaſticas, & cœleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel a ligamento ſolui egemus. Quantæcunque enim religionis, & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiam ſi vniuerſa virtute interius polleat; donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet, rurſusq; quantacunq; Epiſcopus ſit irreuerentia, & irreligioſitate plenus &. nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prædicauerit, paſtoris mentionis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis, paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea, quæ ſuper nos ſunt, quærendi & ambiendi? Oportet nos cum timore, & fide ſincera hos adire, & a facie eorum vereri; cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & huiuſmodi formam poſſideant: & nihil amplius, quam ea, quæ ſunt noſtri ordinis, requirere. Nunc autem videmus adeo multos malitia in inſaniam accendi, vt obliuiſcentes proprij ordinis, & quod pedes ſint minime cogitantes, legem ponere velint oculis, non vt natura ſe habet, ſed vt ipſi cupiunt; & ſinguli ad accuſandum quidem maiores exiſtunt ſemper promptiſſimi, ad corrigendum autem quidquam eorum, in quibus accuſantur, & criminantur, pigerrimi. Sed moneo & exhortor omnes; qui tales ſunt, vt maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices deſinentes attendant ſibi, & ſecundum diuinam voluntatē conuerſari contendant. Nam non quieſcit ſupernum iudicium, ſed contra diffidentes diuinus furor ſtillabit, & vltionem iuſtam opere cunctis oſtendet.* Adhuc minutiora conſiderentur. Patriarcha cerularius ſuis rebus contentus non

eſt, patriarchalibus inſignibus non conquieſcit, maiora expetit, & ſplendidioribus pigmentis ſuam appetit dignitatem condecorare, de communibus contritiſque calceis indignatus, Phœniceos contendit, quos in tanta excelſitate, quam ſibi videbatur ex ſubiectione Romani Pontificis exemiſſe, cũ impetrare non poſſet, ſupplex exorat Romanum, vt ſibi eos deportandi facultatem concederet, idque licet valeret rogando, non obtinet. Inde fit contumax, & præſumit, nec aſſequitur. Hinc illæ minæ. Hinc lacrymæ, & in integerrimam Romanam Eccleſiam calumniæ, & maledicta a Cerulario coniecta. Non inſimulo falſum facinus Cerulario. Dabo teſtes. Georgius Metochita Oratione Hiſtorica prima. Συμφάπτεται τῷ ἔργῳ διαφερόντως τηνικαῦτα τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον κατέχων Μιχαὴλ, τὸ ἐπίκλην ὁ Κηρουλάριος, πάλαι μὲν ὠδίνων τὸ ἀπὸ τοῦ Πάπα διαρραγῆναι, ὡς τὸ πρωτεῖον ἰδιαζόντως κληρώσαιτο, μὴ παραχωρούμενος τούτου καθόσον ἠφίετο. συνηδούσῃ καὶ ἑνώσει τῇ πρὸς αὐτοῦ, καὶ τὸ ὁπωσοῦν ἀνακρίνεσθαι ἐν δεινῷ τιθέμενος, καὶ οὐ φορητόν. ἐπεὶ λόγοις καὶ λόγοις ματαίοις ἐν φαντασίᾳ γενέσθαι τοῦ κατ' ἐκεῖνον ἐλλαμπρυνέσθαι τοῖς ἐρυθροβαφέσιν ἀπήχθη, τότε δὲ τὴν ὠδῖνα λύσας, καὶ κυοφορήσας τὸ συλληφθὲν τοῦ καιροῦ μονονουχὶ ἐπιστάντος τοῦ εἰς φῶς τοῦ ὠδινωμένου παρεισφορήσεως, ἡνίκα ἡ κατὰ τοῦ Πάπα Βασίλειος ἀγανάκτησις ἔνθεν κορυφωθεῖσα καταφέρεται ῥύμῃ πολλῇ τῆς ἑνωτικῆς ἀλληλουχίας ἑκατέρων ἐκκλησιῶν, κἀκ τινων συμπτωμάτων κοσμικωτέρων τὰς ἀρχὰς λαβοῦσα τῶν αἰτιῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ τέλεον διΐστᾳ, καὶ εἰς τέλεον συνεχοῦς διάλυσιν. *Opus ante alios ſtudioſe aggreditur, qui tum Patriarchalem thronum regebat Michaël, cognomento Cerularius, iampridem ſeſe a Papa diſterminare inhians, vt primatum ſibi ſoli vindicaret, quod illi non concedebatur, dum illi eſſet cum Pontifice Romano arctiſſima conſuetudo, & mutua beneuolentia: & quocunque modo ab eo in iudiciũ vocari ægre ferens & plane intoleranter. Quando ille rationibus ſed inanibus imaginatione conceperat æque atque Pontifex phœniceis calceis exornari, tum dolore direptus*

ptus, & quod mente conprehenderat sustinens, vsq; dum tempus instaret opportunum illius, quod conceperat, in lucem procreationis, cum & regia indignatio immenso adauctu grandescens impetu magno in vtriusq; Ecclesiæ vnionem & mutuam cohærentiam deferretur, & ex quibusdam euentibus magis secularibus occasionem nacta res Ecclesiasticas penitus exterminauit, & ad vnum omnibus perniciem attulit. Et Auctor Dialogi de Processione Spiritus Sancti sub Maximi Margunij nomine edito; Ἀλλὰ ἡμεῖς τὸν Κηρυλάριον Μιχαὴλ ὕστερον ἐντὰ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Μονομάχου φαμὲν ἐξῶσαι τὸν Πάπαν τῆς ἀναφορᾶς τῶν διπτύχων, διὰ τὸ ἱμείρεσθαι αὐτὸν ἐμβαλεῖν τὰ κοκκοβαφῆ πέδιλα, καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τοῦ Πάπα τῆς Ῥώμης, ὡς αὐτοῦ μόνου ἔχοντος ἐξουσίαν ἐγκαλλωπίζεσθαι τούτοις, καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις τῶν Πατριαρχῶν ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν. *Sed nos Michaëlem Cerularium posteriorem sub imperio Monomachi dicimus, Papam ex commemoratione Diptychorum deleuisse, quod ambiret indui coccineis calceis, & Romanus Pontifex impediret, cum ille solus haberet facultatem illis se exornandi, nec fas esset alijs Patriarchis hoc facere*. Licet hoc factum a Græco excusetur, quod aliter Christus statuat, & ab hisce deterreat. Nihilominus multa ab hominibus aliter atque Christus præcepit, effici conspicimus? & de Cerulario procacissimo homine hisce peiora affirmanda esse videntur: cum etiam Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus, sub Ioanne Cantacuzeno, ambiens, non atramento, sed colore cyaneo nomẽ suum in Diplomatibus subscribere, quemadmodum tradit Nicephorus Gregoras, nec compos factus, Græcorum imperio, Ecclesiæque Constantinopolitanæ malam rem, multasque ærumnas dedit. Hinc obseruandum est ad tempora Cerularij Patriarchas Constantinopolitanos, ita se submisse moderateque erga Romanam Ecclesiam gessisse, vt nec de mutandis quidem calceorum coloribus, absque Romani Pontificis consensu ex se sancirent. Si in minimis tantam supremæ potestatis auctoritatem agnoscebant, quid in

mediocribus & maximis acturi fuissent? Laudabilis profecto religio, prudens moderatio, opportuna reuerentia. Iam vero addam & testem postremum, qui indignum factum, Imperatorem nempe sese immiscere rebus Ecclesiasticis, & eas pro arbitrio perfungi, nominat, & plane vituperatione annexa reprehendit. Audi; Ἐγὼ δὲ πάντα τὰ τοῦ θαυμαστοῦ βασιλέως θαυμάζων, ἓν τοῦτο καὶ μόνον ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω. ἀνάξιον γὰρ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς συντετριμμένης ἐκείνου καρδίας ἡγοῦμαι, τὸ δουλείᾳ ὑποβαλεῖν τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ; καὶ δ' ἐξ ἐκείνου οὕτως, καὶ τοὺς ἑξῆς αὐτὴν διαδέχεσθαι. τῶν γὰρ ἀρχιερέων ψηφισάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου Κύριν Ἰωσὴφ, καὶ εἰς Πατριάρχην προβάλλεται. *Ego huius augustissimi Imperatoris omnia admirans, illud tamen vnicum laudibus extollere non queo. Indignum etenim virtutis, & sapientiæ, & contriti illius cordis existimo, Ecclesiam Christi seruituti mancipasse, sic, vt ipse & omnes illius posteri in sese admiserint. Præsules itaque cum suis suffragijs, vt moris est, tres elegissent, præsente etiam Mediense, Imperator Ephesi Præsulem Dominum Iosephum eligit, & Patriarcham renuntiat.* Hoc tu factum Imperatoris Episcoporum proditionem nuncupas, Episcoporum scilicet, *qui partes Imperatoris amplexi, immunitates Ecclesiæ eidem prodere satagebant.* Bene sese res habet. Tamen hoc testimonium tibi ineluctabile est. Frustra nunc effugia quæsiueris. *Magnus Ecclesiarcha Sgyropulus inter purpuratos Patres, sacri senatus eximius Patritius, & Concilij Patriarchalis sublime decus: quem mira segacissimi ingenij dexteritate, in abditissima mysteria penetrantem Deus ipse designaße videtur, vt ex vniuersis, quotquot Synodum Florentinam adierint, septingentis Patribus, solus eiusdem Historia posterorum secula locupletaret, tam sancto patriæ relligionis, & veritatis studio, vt ei fidem omnem deeße neceßum sit, qui suis integerrimis narrationibus detractum iuerit. Cum nihil sibi grandius in alto pectore insederit, quam simplici rerum gestarum propalata serie, mortales a mendacio-*

rum

rum in uolucris absoluere, & quæ ipse viderit, quæ fecerit, memoriæ temporum fideliter commendare. Hæc tua sunt de tanto viro. Hic indignum factu existimat, Imperatorem se in res sacras intromittere. Tu proditores vocas, qui Imperatoris partes amplexi, similem illi facultatem concedunt. Nunc expedi sodes, quæ Syropulus de Ioanne sibi iurisdictionem Ecclesiasticam vindicante declamat, veranè sunt, an falsa? Si vera sunt. Ergo tu male sanus es, & mendacij profligatissimi reus, qui Caroli Magni Imperatoris abolentis septimam Synodum, vti bene factum admittis, & contraria tuo Sgyropulo deblateras: si falsa; fidem tibi omnem deesse fatendum est, qui integerrimis illius narrationibus detractum is. Elige quod commodum est: neque iuuat, neque prodest. Vtcunque dixeris, semper mendax, & nulla fide es. Et firmum remanet, res Ecclesiasticas fori Ecclesiastici esse, non secularis. Et si Carolus abrogauit Synodum, chorum saltauit, & ab officio Imperatoris decessit, & deinceps tu ex culmo spicam collige; illa abrogatio nulla fuit. Et eo etiam renitente, Ecclesiæ tum Orientalis, tum Occidentalis, Synodum ab illo inique abrogatam, & iure quoque optimo amplexatæ, cultum imaginum venerantur, & Imaginum osores, vti execrandos, ac detestabiles a communione fidelium excludunt. Sed de auctoritate Imperatoris in Concilijs, & creandis Patriarchis, & rebus Ecclesiasticis alias commodius. *Tres octauas Ecclesiæ Orientis, & Occidentis digladiationibus inuicem bacchatæ abrogarint*. De his tribus Synodis Photianis, prima, qua eijcitur Ignatius, intruditur Photius; secunda, qua exploditur Photius, restituitur Ignatius; tertia, qua defuncto Ignatio Photius immittitur, deque earum auctoritate & firmitate supra satis multa diximus, quibus perspicuum fit, delirare Creyghtonum; dum asserit, tres octauas ab Ec-

clesijs Orientis & Occidentis digladiationibus inuicem bacchatis abrogatas fuisse.

EXERCITATIO XX.

Annæ Comnenæ de præeminentia in Ecclesia ridicula assertio. Patriarchæ Romani Pontificis obedientia se eximere conati sunt: sed nunquam super illum dominium sibi vindicare præsumpserunt; & frustra ab Imperatoribus miseris modis afflictati impetrassent. Etiam seculo vnico post Photium in Græcia literis & eruditione plerosque inclaruisse. Creyghtonum vel non legere, vel non intelligere lectos Auctores euincitur. Dissidium inter Cerularium & Leonem Pontificem Romanum, & alterutrius ab alterutro excommunicatio contra Creyghtonum veritatis trutina exeminata. Photij ineptissimum præconium. Matthæi Hieromonachi perridicula dicta in Pontificios refelluntur. Nullum Concilium Oecumenicum esse sine approbatione Romani Pontificis. Concilium Barense vere coactum Scriptorum testimonijs probatur.

Pag. 38. *GRæci nunquam eo uecordiæ aut improbitatis degenerarunt, vt aliorum loca iniuste vsurpata peruerterent, aut sua ab alijs corrumpi paterentur, ad bellum prouocati, &c.* Non excurram longius. Græci sunt suorum consuetudinum tenacissimi, antiquitatis plusquam dici potest studiosissimi, opinionibus, quas sibi semel animo fixerunt, addictissimi: non tamen ita a mente consilioque deducti sunt, vt sibi in Ecclesiam Romanã præeminentiam, licet id, & forsam plus æquo ambirent, vindicandam præsumerent. Hinc ridicula est Annæ Comnenæ assertio, Histor. lib. 1. de Romano Pontifice; Καὶ ταῦτα πρώτου ἀρχιερέως, καὶ ταῦτα προκαθημένου τῆς οἰκουμένης ἁπάσης γενομένου, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσί τε καὶ οἴονται· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. μεταπεπτωκότων γὰρ τῶν σκή-

πτρων

πτρων ἐκεῖθεν, ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμεδαπὴν τε, καὶ ἡμετέραν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ ἅμα πάσης τῆς τάξεως, μεταπέπτωκε, καὶ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλκηδόνι Σύνοδος εἰς ὑψηλὴν προτιστὴν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐτάξατο. *Atque adeo summus Pontifex, & in orbem terrarum vniuersum præsidens fecit. Nam id sibi Latini tribuunt & vindicant. Quod proprium eorum arrogantiæ est. Translatis enim de veteri Roma sceptris in nostram hanc vrbem, senatu quoque, atque ordinibus, indeque huc traductis, Pontificatus quoque primaria dignitas transuecta est. Et ab Imperatoribus, qui hic regnarunt throno Constantinopolitano adiudicata est, & præcipue a sacra Chalcedonensi Synodo supremo in fastigio Constantinopolitanam Ecclesiam stare iussit, cui Diœceses omnes, quæ sunt per orbem terrarum vniuersum illi subiectas esse statuit.* Vocaui ridiculam assertionem. Et vere est. Quis enim non videt leuicula assertionis momenta? Translatum est regnum, ergo translatus est quoque Pontificatus. Græcorum Imperium translatum est ad Turcas. Ergo translatus est & Patriarchatus Constantinopolitanus. Si translatus esset Pontificatus, conuenientius dici poterat, translatum quoque esse Imperium, cum superius trahat inferius, & maior sit imperio Pontificatus. Et quis vnquam somniauit dignitatē Pontificiam & præeminentiam dono Imperatorum manasse? Quæ diuina eloquia, quæ potestas simile quid concessit Imperatoribus? Et si concessit, quare potius Orientali, quam Occidentali? Et quare non & Regibus, inter quos nonnullis & opes maiores, & effusior potestas, & rerum idonearum facultas promptior affulgent ad sua conseruanda, & ea etiam, quæ sunt alterius, occupanda? *Sed id habuit decreto Synodi Chalcedonensis*. Factum bene, quod adhuc Synodus superest. Non puto Canonem Annam lectitasse, feminam li-

literis & eruditione instructissimam: si legisset, non asseruisset similia. Ibi enim Constantinopolitanus secundus post Romanum constituitur. Sed secundum esse non significat ὑποβιβασμὸν τῆς τιμῆς, *honoris submissionem*. Hæc sunt Schismaticorum commenta. Si ante Chalcedonensem Synodum, & post Patriarcha facto ipso submittebatur Romano, quis de tali potestate ac præeminentia priuauit Romanum? Certe non Chalcedonensis, quæ dicit se, τοῖς τῶν ἁγίων ὅροις ἕπεσθαι, *Sanctorum Patrum decreta sequi*. Ergo quidquid Patres de Romano sensere, sentit & ipsa. Sed vt intelligi debeat hic Canon, quemadmodum & Constantinopolitanus, diximus alibi.

Si dicas, Græcos omnes eorum conatus in id direxisse, vt se a Pontificio dominatu eximerent, sibique solis viuerent; non repugnanter concessero. Sed Pontifices suorum iurium conseruatores passi non sunt, vt quæ sua essent, cæteri diriperent. Quare cum Græci non possent, neque viribus neque armis, verbo & lingua tutari sua prospexere, & lacessiti ad pugnam scripto sua defendere, aliena oppugnare conati sunt. Qua enim vi Patriarchæ Constantinopolitani imperio, potestatique, ne dicam seruitio Imperatorum subiecti, quorum arbitrio promouebantur, eijciebantur, & immutabantur, in simile fastigium ascendere contendissent, quibus satis fuisset a persecutionibus eorundem, vel aliorum minimum conquiescere? Contra vero Romanus iustitiæ suæ innixus, quod alias in Græcia obtinuerat, & absque vlla controuersia ab antiquis temporibus, & ex ipso fidei Christianæ exordio, a Christo sibi delatum possederat, pugnacissime defendens, ictus Patriarcharum quoscunque elusit: & licet alio atque alio turbine dimotus, labascere nonnunquam visus sit, non multo post ope diuina succurrente, e periculo emersit, & continuata serie ad hæc vsque tempora perdurat, & cum hac mundi machina perennat.

Pag.

Pag.39. *Itaque exacto tantum vnico post Photium seculo, eodemque bonarum artium supra modum infœcundo, in quo nulla eloquentiæ vestigia, nulla politioris literaturæ apparuere.* Ait Creyghtonus, necesse est ita esse. Nihil vltra cogitari potest. Quia post Photium nullum nouit ipse, in quo eloquentiæ vestigia, vel politioris literaturæ specimen apparuerint; nullus est, qui insigniter doctus fuerit. Cerebro suo dimetitur omnia. Quid quæris, summa est. Natare non didicit; ergo mare non est. Hoccine seculum, quo vix natæ literæ restinctæ sunt? & tam cito studia Bardæ & aliorum in reducendis literis, & puriore eloquentia in pristinum statum euanuere? Sic arridet Creyghtono. Et tamen seculum suis scriptionibus, scriptisque varijs illustrarunt Leo sapiens, Constantinus Porphyrogenneta, Constantinus alter Romani frater, Basilius junior, Nicephorus Phocas Imperatores; Alexius, Nicolaus Mysticus, Ioannes Xiphilinus Patriarchæ; Nicetas Dauid Paphlago; Nicetas Nicænus Sceuophylax, Michaël Psellus, Michael Porphyrogenneta, Ioannes Cameniota, Ignatius Diaconus, & inter eos præcellentissimus Simeon Metaphrastes, & alij, quos modo non recolo. Sed horum nulla in Romanam Ecclesiam scripta extant. Hoc vero, & libenter quidem concedo; quod a creato Stephano Patriarcha Leonis fratre ad Cerularium, Græca atque Latina Ecclesia concordiam inter sese, & pacem conciliatam tuerentur. Tu taciturnitatem in ignorantiam, atque infantiam vertis. Iam video te animi affectu ad stolidissima quæque abreptum, & vt vim argumenti effugias, Imperatorum illas, siue Patriarcharum Constitutiones in extremis ponere; sed compescet inscitiam Freherus Præfatione Iuris GræcoRomani Leuinclanij, qui te & ingenio & doctrina, mirum quantum superat; *Quod si quis sepos ito animi affectu res suis momentis æstimare velit, næ ille credo has Byzantinas leges tam Philosophico & vere Platonico stilo,*

lo,

lo, & suasorio magis genere, quam illo imperatiuo scriptas, quæque a iuris ciuilis sapientissime constitutis fontibus quasi deriuantur, & eiusdem vestigijs insistunt, vescis illis nostrorum Longorbardicis, Francicis, Gothicis, Alemanicis, Boioaricis, atque adeo Carolinis longe præferet; quæ præterquam quod verbis asperæ, etiam re ipsa longius a summa illa æquitate recedunt, &c.

Pag. 39. *Mox vt decimum explicuit quinquaginta tres annos supra mille Leo Papa Nonus Vnionis Ecclesiarum cupidus Legatos Constantinopolim amandauit Humbertum, & Fredericum Cardinales, Petrumq; Episcopum Amalfitanum pro Ecclesiastica pace inter Latinos & Græcos concilianda.* Quid isti Legati Constantinopoli egerint, fuse alibi diximus, *Permotus maxime a duabus Marci Cerularj Patriarchæ Constantinopolitani Epistolis, vna ad Tranensem Episcopum data, altera ad Petrum Antiochiæ Patriarcham, quæ hoc peculiare continebat, vt ait ad annum 1054. num. 4. Spondanus, Ecclesias Antiochiæ, Alexandriæ, & Hierosolymorum retinuisse eo tempore communionem Romanæ Ecclesiæ, nomenque Pontificis Maximi ex Diptychis recitasse; quod falsissimum comprobatur, ex Coriolani summa, vt vnum summulistā alio submoueam, qui ad vigesimum nonum Canonem Oecumenicæ quartæ adnotauit, non modo Alexandrinos, sed vniuersam Ægyptum a Dioscoro ad Clementis octaui tempora, & an: 1594. Apostolicæ sedis communionem nunquam expectiuisse. Si Romanæ Ecclesiæ firmitatem fortioribus argumentis non stabiliunt Latini, aut Constantinopolitanæ leuitatem diluunt, vt loquitur ille, vitam turpiter fefellit ridica, vt est in prouerbio.* Et hæc quoque læuis ominibus dictas, quid Michaël scripserit Cerularius, quid Antiochenus rescripserit, minime discernens. Quare antequam pronunties, Auctorum scripta considerate non lectitas, & lectitata vicissim non committis, vt inde veritatis compos saltem semel per annum aliquid afferre ex vsu temporis videaris? *Permotus maxime a duabus Marci Cerularij Epistolis.* Non obtundam te eadem re sæpius. Iam supra notaueram, Michaëlem

lem Cerularium Patriarcham, neque enim Marci Ephesij tui memoria, quam corde confixam geris, effluere ex animo tuo potuit, *Marcum* fecisti. Pag. 39. *Altera ad Tranensem Episcopum data, altera ad Petrum Antiochenum, &c. vt ait ad annum* 1054. *Spondanus*. Vbi presto sunt Epistolæ Michaëlis, quid tibi Spondanum aduocas? Habes fontem & limpidum, & cœnosos riuulos consectaris? Michaël Cerularius, vt ipsi Schismatici tradunt, post Sergium consanguineum Photij sub Constantino Monomacho, quem tu pro ea, qua es in Græcos Imperatores, & potissimum Ecclesiæ Romanæ coniunctos beneuolentia, *gladiatorem & tyrannum* facis, Romani Pontificis nomen, quod ex Filio quoque processionem Spiritus assereret, erasit e diptychis. Epiphanius Patriarcha de origine dissidij inter Græcos, & Latinos; Μετὰ δὲ τὸν Σέργιον τὸν δηλωθέντα Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἀπὸ τῶν διπτύχων ἐκβαλόντα Χριστοφόρον τὸν Πάπαν Ῥώμης διὰ τὸ ἐκ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πανάγιον Πνεῦμα λέγειν αὐτὸν ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀπολογίᾳ τοῦ ἁγίου Συμβόλου, γέγονε Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, ὃς καὶ ἀναθεμάτισε τοὺς λατίνους ἀναφανδὸν ὡς αἱρετικούς. *Post iam dictum Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, qui Chrystophorum Papam Romanum a diptychis eiecerat, quod diceret, ex Filio quoque procedere sanctissimum Spiritum, in professione quam ad ipsum direxerat, sancti symboli, creatus est Patriarcha Constantinopolitanus Michaël Cerularius. qui palam Latinos vti hæreticos anathemate perstrinxit*. Sed quantum in Chronologia hac delirent Schismatici, satis superque demonstraui in opere meo de consensione vtriusq; Ecclesiæ lib. 2. cap. 8. Sed siue Sergius, siue Cerularius id egerit, parum refert. Hoc certum est, Cerularium pro tutanda hac sua contra Romanos Pontifices causa, inter Romanorum errores processionem Spiritus etiam ex Filio adnexisse, ob quam nomen Romanorum Pontificum e Diphychis a sexta

Synodo erasum fuisse datis literis ad Petrum Antiochenum, & alios Patriarchas calumniarum & mendaciorum plenis significauit. Sed enatum tum inter Ecclesias dissidium, quidquid illud fuerit, non fuisse neque propter additionem, ex Ioannis Vecci Patriarchæ Constantinopolitani secundo Apologetico bene me probasse existimo, cum non dum Reformati contra illa ad hunc diem mutire ausi sint. Sicuti & singulari tractatu in vindicijs Synodi Ephesinæ aduersus Nilum Cabasilam, neutrum damnatum fuisse. Adde, Petrum Antiochenum eadem ipsa Epistola ad Cerularium affirmare, ante quadraginta annos, cum moraretur ipse Constantinopoli, in Patriarchio recitari solitum fuisse e Diptychis, contra atque Cerularius scripserat, a sexta Synodo ablatum fuisse e Diptychis. Inde plane tua fatuitas castiganda est, dum Summulistam Summulista submouere conaris, Coriolano nempe Spondanum. Quasi vero Coriolanus nobis σύγχρονος, & sexcentis minimum annis melius tenuerit, quod tempore Cerularij Constantinopoli, & Antiochiæ agebatur, Petro Antiocheno, qui ijs ipsis temporibus vitam ducebat, & cuius testimonium oculatum, & auctoritas maxima apud Catholicos fuit, in hoc potissimum Græcorum negotio. Et de duobus alijs Patriarchis Alexandrino & Hierosolymitano non audet affirmare.

Pag. 39, *Profecti enim Constantinopolim Constantino Monomacho, seu gladiatore, flagitiosissimo tyranno, in partes pellecto, Græcos omnium antiquarum hæresum reos accusant, & damnant. Nicetam Studitensem Monachum recantare cogunt, & scripta comburere. Patriarcham molesta Latinorum iurgia vitantem, & ad Latina sacra Ecclesias interdicentem telo Ecclesiastico feriunt. Episcopum Achridanum cum Patriarcha sentientem deponunt, atque ea præstant, quæ nullibi sedium Patriarchalium forte tentassent.* Miseram prouectioris ætatis conditionem! O saxea &

adamantina Græcorum cum Cerulario, & Achrideno sentientium ingenia, quæ post tot annos vindicias sibi secundum libertatem non dederunt, & ne quid sua præeminentia & dignitas a Romana Ecclesia imminueretur, impedire potuerunt. Sed, vt vides, etiam Cerularius & Achridenus exemplo Photij didicere, istos Salmoneas plurimi pendere, qui tonitrua excitant ad stragem, non ad crepitum, & fulgur discurrens multa territare animalia, & sæpenumero cadere bidental. Legati Pontificij Cerularium, & Achridenum, cum verbis non emollirentur, nec bonis monitis locum darent, eo modo accepere Constantinopoli, Imperatore, & Senatorij, atq; Ecclesiastici ordinis primatibus, & ciuibus, etiam aduentitijs præsentibus, videntibus, nec hiscere audentibus, quo contumaces & refractarij accipi solent. In propria Diœcesi Patriarcha Constantinopolitanus, & illius assèclæ discussa causa deponuntur, excluduntur a communione Ecclesiæ, patria pelluntur. Studita Monachus ad comburenda scripta, quæ ille contra Ecclesiæ Romanæ consuetudines euulgauerat, compellitur & deurit. Et tu præeminentiam Romani in Constantinopolitanum sub Cerulario, & Constantino Monomacho, quem improba, & maligna interpretatione ob agnitam pontificiam auctoritatem *gladiatorem* nominas, & *flagitiosissimum tyrannum*, conuellere tentas? Vitauit Patriarcha *iurgia*, sic vocas Christiana monita; & ad Latina sacra Ecclesias interdixit: nec defuere socij criminum, qui se, & Patriarcham defenderent, & tamen nutibus Romanorum & pœnis multati etiam nolentes obediunt. Et similia, quæ tu in dubium vertis insulse, in alias sedes Patriarchales alio atque alio tempore tentarunt, & exegerunt, non veterum iniuriarum memores, sed vnionis procurandæ gratia, & pacis, vt Christi præceptum

adimpleretur; *Pacem meam de vobis. Pacem meam relinquo vobis*. Quod ſummi iuris auctoritatem ſignis omne luce clarioribus doces, Pag.40. *In Patriarcham ſuo throno potientem, ſpectante Clero, & vniuerſo populo, obſtupeſcente mundo autoritatem euibrant, & excommunicandi ſententiam promulgant Humbertini, ſine vllo Græcorum conſeſſu, vel conſenſu Synodali priuato, vel publico*. Hinc nota, vbi Romanus decernit, non requiri neque nationum, neque Synodalem conſeſſum publicum, vel priuatum. *Humbertini*. Legatos Pontificios, quia inter eos Humbertus primus erat, per contemptum Creyghtonus *Humbertinos* vocat. Quaſi in Humbertinorum poteſtate ſitum eſſet contra Conſtantinopolitanum Patriarcham excommunicationis ſententiam promulgare. An neſcis poteſtatem paris in parem, multo minus in maiorem, nullam eſſe? Sed promulgarunt auctoritate ſibi a Pontifice in minorem concredita. Romanus committit iudicium de Patriarcha Humberto, eiuſque Socio Friderico, eodemque momento, quam ille in Patriarcham exercere poterat facultatem impertitur condemnandi & puniendi, ſi reus actus non reſipiſcat. Humbertus cauſa examinata, & criminis manifeſto modo prehenſum reum pronunciat, & contumacem excommunicatione configit. Idque exequitur Humbertus. Tu porro decus Pontificij iudicij ad delegatum trahis, & mimico dente male & per iocum Pontificiæ poteſtati irrides. *Græcos omnium antiquarum hæreſeon reos accuſant & damnant*. Aſinum ſub frœno currere doces. Dum odia & ſimultates inter Græcos, & Latinos proſerere conaris, tuum in Catholicis odium acerrimum oſtendis. Humbertini damnant Cerularium, Achridenum, Conſtantinum Michaëlis Sacellarium, & omnes ſequaces eorum in præfatis erroribus, & præſumptionibus, & tu nonnullorum multam in omnes Græcos, quaſi vero omnes Græci ad errores Cerularij accederent, profundis, & eodem

dem tempore tot inſontes atque innoxios, qui vno ore cum Pontificijs conſentiebant, & a vero contra mendacium ſtabant, improbe infamas, atque in crimen vocas. Idque aſſeruit, in ſua Cerularij excommunicatione idemmet Humbertus. Καὶ γὰρ ὅσοι πρὸς τοὺς κίονας τοῦ κράτους, καὶ τοὺς αὐτοῦ τετιμημένους, καὶ τοὺς πολίτας σοφοὺς χριστιανικώτατος, καὶ ὀρθοδοξότατός ἐστιν ἡ πόλις. *Nam quod pertinent ad columnas Imperij, viroſque ab eodem cohoneſtatos, & ciues ſapientes, maxime omnium Chriſtiana & orthodoxa vrbs eſt.* Namque Imperator ipſe Conſtantinopolitanus, reliquique Byzantini proceres, & multitudo, ſummum tum temporis Pontifici honorem deferebant: vnum ſi Cerularium, & alios non adeo multos excipias, in crimine ſocios.

Pag.40. *Hæc geſta ſunt contra Patriarchas Photium & Cerularium pares fatis, & Romanorum deteſtatione, ſed meritorum magnitudine impares. Nam æqualem Photio nulla ætas dedit, nulla dabit.* Quare non addidiſti, pares hæreſi, pares contumacia, pares inſolentia, pares ambitione, pares artibus: ideoque non mirum, ſi pares pœnas ſcelerum perſoluerunt? *Æqualem Photio nulla ætas dedit, nulla dabit.* Non nego, Photium in artibus ciuilibus, & doctrinis humanis fuiſſe verſatiſſimum, ſed vitijs etiã fuiſſe inſtructiſſimum vitæ illius continuus aſtus, & de improuiſo obortæ procellæ compenſant. *Æqualem Photio nulla ætas dedit.* Valeant igitur quicunque a primordio mundi ad Chriſti natales vel pietate, vel ſcientia, vel bonis moribus per ora virum volitant, & illuſtri laude celebrantur, omniumque ſermone, Ariſtoteles, Plato, Demoſthenes, Cicero, Liuius, Saluſtius. Valeant poſt Chriſtum natum Athanaſius, Baſilius, Nazianzenus, Leo Pontifex, Auguſtinus, Ambroſius. Vnus Photius cunctis enitet. Papæ prodigium! etiam ne ſanctitate? Non negabit Creyghtonus

nus, & propenso animo concedet, vt plus ipse dicat de suo Photio, quam Christus de Ioanne Baptista, *Non surrexit maior Ioanne Baptista*. Si vera Christi verba sunt, falsus est Creyghtonus, cum aliqua ætas non æqualem, sed maiorem Photio dederit: si falsa, iam rem loquitur Creyghtonus. Age sis, dicito Creyghtone, si tuum Photium defendere aues; *Non surrexit maior Photio*. Et vtcunque sit, mentiatur potius Christus, quam Creyghtonus, vt Photius omnibus maior sit. Itane? itane Creyghtone? *Æqualem Photio nulla ætas dedit, nulla dabit*. Ergo tuus iste Sgyropulus Photio inferior est. Sin minus, æquipara quæ supra dixeras de Syropulo, qui indignus erit, qui illi calceos detrahat. Et tamen de illo a te audio; Pag. 9: *Et quamquam autoris nostri*, nempe Sgyropuli, *stilus ad immortalium oratorum pulchritudinem non assurgit, nemo tamen ab eorum temporibus inter omnes Græcos, qui ad posteriora mundi secula lucubrationes protulere puriore scriptione scripsit, quam noster Sguropulus, & si cum Byzantinis confertur Niceta, aut Gregora, qui nostrum aliquot æuis anteuerterunt, Deus bone quantum discriminis! Isti adeo lutulento lacu restagnant circumductis in anfractuosam obscuritatem periodis, & noster tam limpida scaturigine defluit, vt Græca eloquentia in ijs primum suffocata mori videretur, in nostro ad primæuum decus, maiestatemque reuiuiscere. Noster non solum nuper exortos in Græcia Oratores ad certamen prouocat, sed vetustissimos in omni gente, quotquot Athenis, quotquot Romæ floruere, & absque æmula contentione indubiam palmam omnibus præripit. Qui enim in Hyperide, Demosthene, Cicerone, aut quouis alio prensi Dictatore, præter sententias mellifluas arte conditas, & verba venuste manantia expectat, se ipsum ludificat*. Non amas tanquam osurus, sed mentis concitatione extra legem epularis, nec seruas modum in perturbationibus, ideoque omnia apud te etiam contra fas summa sunt. Prudentia est, quandoque natare circa terram. Et tu supra dixeras, *consultissimum in omnia secula, & salu-*

bre-

berrimum manasse illud monitum senis Coi μηδὲν ἐπὶ τὸ ἄκρον: & *standum esse prudenti viro intra metas modestiæ, nec quicquam ad extremitatem protrahendum. Qui altius, quam par est, se euehit, rupes apprehendit confragosas, in quibus nec tuto possit consistere, nec vltra progredi, nec cum securitate retro vestigia referre.* Cum altius quam par est, te euehis, caue ne cadas a confragosis istis rupibus quas tuto non tenes. *Æqualem Photio nulla ætas dedit, nulla dabit.* Nunc Creyghtonus futura prænuntiat: nullam ætatem æqualem Photio daturam. Sed qua mente prospexerit, dicant sui similes; qui Spiritum sanctum sibi astantem in intestinis intimis tenent. Certe eodem iudice vel Photius Deus est, ad cuius numeros nihil addi potest, vel Dei potentia exinanita, quæ vllo vnquam tempore futuro æqualem Photio dare non poterit, tanto minus eo maiorem. Et est ne stupiditas hæc, an insania? Tanta in Photio eminentia, neque ex scriptis illius, quæ multa extant, neque ex aliorum narratione, neque ex actionibus illius, quibus homo dignoscitur, quæ tamen illum improbissimum, & omnium, quos vnquam sol vidit, scelestissimum euincunt fuisse, præsentiri, aut præuideri potuit. Nec inuitus, vt gratiam Creyghtoni ineam, illi concedam, in fraudibus, in dolis consuendis, in alienis occupandis, in serendis dissidijs, in lacerandis innoxijs, in pijs hominibus trucidandis, in perfidissimis ad gradus Ecclesiasticos promouendis, ac demum in Ecclesia deturbanda, & iustitia conculcanda illi æqualem nullam ætatem dedisse, nullam daturam. Sed non miror, Creyghtonum ita addici Photio, sibique Deum illum assumere, & venerari, & præferre reliquis omnibus, cum videam nonnullos eodem pacto Diabolum illiusque asseclas colere, & inter Deos collocare. Quanto moderatius de suo Luthero Vvolgangus Seuerus scripsit.

Iapeti de gente prior, maiorque Luthero

Ne-

Nemo fuit: sed nec credo futurus erit.

Pag.40. *Verumtamen si illi a commentando calamos inhibuissent, nulla in hunc diem istius Synodi superfuisset memoria. Nam quorsum Papa Concilium in eum Italiæ sinum conuocaret, aut quid illic Græci peterent, aut quibus aucti mercimonijs ad suos remearet, nemo literis prodidit. Barensis Synodi omnia silentio obruuntur præter testimonia Eadmeri, & Malmesburij.* Certum est ad memoriam rerum retinendam scriptis opus esse. Ideoque Barensis Concilij memoria superest; quia commentando Eadmerus, & Malmesburius calamos non inhibuere. Indica tu modum certiorem, cui duorum testimoniorum fides cassa videtur, Christi verbo constabilita; *In duobus vel tribus testibus stat omne verbum.* Ni tu prærogatiuam datam a Christo duobus testibus reijcias. Sed ex arena funiculum nectis, si putas, te probasse Synodum illam celebratam non fuisse, quia Synodi illius omnia obruta sunt. Etenim id si sequeretur, quot Synodi coactæ non erunt, quia eorum omnia non sunt præ manibus? Detur, perierint acta, an necessario etiam memoria Synodi venit intercidenda? gladio tuo te iugulas. Eadmeri & Malmesburij commentarijs illius memoria ad nostra tempora perennauit. Proba tu eam celebratam non fuisse, quod tui muneris erat. Coniectura de rogatu Hidelberti Cenomanensium Episcopi ad extorquendum libellum sancti Anselmi de processione Spiritus sancti nihil te iuuat. Et si testis tertius accesserit, credes? Ita, si Christi eloquio fidem adhibes: effectus rem monstrabit. Sit ergo testis tertius Guillelmus Gemeticensis scriptor non multo post dictum Concilium lib. 6. Histor. Normannorum cap. 9. Anselmus Cantuariensis scripsit varios libros, inter eos duodecimus est, *qui & vltimus illi Tractatus fuit, de Processione Spiritus sancti. Confutauerat enim Græcos in Barensi Concilio, negantes Spiritum sanctum a Filio procedere, vnde sumpta materia, rogatu Hidelberti Ce-*

Cenomanorum Episcopi hunc librum composuit. Quid si addam quartum Hidelbertum ipsum id idem asserentem, cuius rogatu de ea controuersia disputationem susceperat Anselmus? *Appulsorum relationibus didici, vos in Concilio Barensi sermonem habuisse de Spiritu sancto, quem calumniosa Græcorum versutia a Filio minime procedere fabulatur. Quod igitur aduersus hanc illorum dementiam in præfato promulgastis Concilio, succincto tractatu deprecor annotari.* Et cum satisfecisset Anselmus, idem Hidelbertus addidit in gratiarum actione inter Epistolas dicti Anselmi lib.3. Epist.53. *Beatum sane pectus, quod reuerendus conuentus reuerendum sibi penetrale consecrauit.* Neque prætereundus est Anonymus Manuscriptus in Biblioth. Viennensi Societatis Iesu; *Interfuit etiam Concilio Barensi, vbi contra Græcos disputans de processione Spiritus sancti, & eos confutans, de eadem materia librum fecit.* Et tu sanior factus Notis in cap.7. sect.2. *Hæc magis Vrbanum secundum attinerent, qui concilium Barense celebrauit anno* 1097. *in quo noster Anselmus tunc exul Angliæ, vt nos hodie fidei, ac religionis ergo, Græcis multa obstrepentibus de Spiritus sancti processione grauiter restitit, & immortalem ex illo Theatro gloriam reportauit, vt ab ipso Papa Romano alterius orbis Papa diceretur, quemadmodum duo Monachi testatum reliquerunt, Malmesburiensis lib.* 1. *de gestis Pontificum Anglorum, & Eadmerus Nouorum* 2. *pag* 49. *qui tunc ad scabellum Archiepiscopi decumbebat, cum ille se ad disputandi palæstram hortante Vrbano Papa accingeret.* Testes a se reiectos, vt acta Concilij Barensis elideret, in Præfatione ad Lectorem, in Notis vsurpat ad illa comprobanda. Et dicemus perpetuam & constantem esse voluntatem Creyghtoni? Neque qui Barense Concilium probant, coniectura id assequuntur ex Libello ab Anselmo scripto rogatu Hildeberti, de processione Spiritus sancti, sed certo tenent, cum definite id exprimat Hildebertus, vt supra vidimus. Et quamuis congregati Concilij Barensis non habeatur geometrica demonstratio, non

inficiaberis, non leuem esse coniectionem, quæ ex historia sumi potest. Anonymus non ita recens Auctor scribens de Azymis contra Latinos, Tractatus incipit, εἰ ἔστι σύνεσις, φησὶ Σολομὼν, ἀποκρίθητι, narrat sua ætate missos inter alios Basilium Abbatem Ordinis S. Benedicti, & Episcopum Barensem, vt de vnione cum Romana Ecclesia ageret, propositis articulis examinādis, quibus ipse respondet; Ἵν' οὖν μὴ κενοὶ συνέσεως καὶ τῆς προσηκούσης ἀπολογίας ὀφθῶμεν, Ῥωμαίοις ἄρτι πρὸς ἡμᾶς ἐπιδεδημηκόσιν διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πατρὸς καὶ ἀδελφοῦ Βασιλείου τοῦ προεστηκότος τῶν κατὰ τὸν ἅγιον ἐκεῖσε Βενέδικτον Μοναστηρίων, καὶ διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου Βάρεως προτεινομένην ἡμῖν τινῶν κεφαλαίων ζήτησιν, τῶν εἰς τὴν Ἐκκλησιαστικὴν Ἱεραρχίαν τηρουμένων, φημὶ δὴ τῶν Ἀζύμων, τῆς τοῦ Σαββάτου νηστείας, τοῦ γάμου τῶν ἱερέων, καὶ τῆς ἐν τῷ καιρῷ τῆς πανσέπτου νηστείας τηρουμένης πρὸς αὐτῶν τελείας καθεκάστην μυσταγωγίας, οὕτω πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὴν ἄνωθεν χορηγίαν τοῦ Πνεύματος τὸν λόγον ποιούμεθα. *Ne ergo vacui prudentia, & addecente responsione deprehendamur, Romanis modo, qui ad nos peruenerunt, per pijssimum Patrem & Fratrem Basilium Monasteriorum omnium sacrorum, quæ sub regula S. Benedicti militant, nec non Dei amicissimum Barensem Episcopum oblata nobis sunt ad inquirendum nonnulla Capita, quæ in eorum Ecclesiastico ordine obseruantur, nempe Azymorum, ieiunij sabbati, sacerdotum cælibatus, & ieiunij tempore per quam maxime colendi sacrificij, integri, perfectique singulis diebus, dum missam celebrant. Sic ad illos secundum nobis concessam gratiam Spiritus sermonem instituimus.* Sed hoc non probat Concilium coactum fuisse. Iam dixi. Nihilominus, cum Episcopo Barensi legatio illa ad Græcos commissa est, verisimile videtur, scriptum Græcis traditum e Concilio Barij coacto vel ante, vel post ad Græcos sibi conciliandos missum fuisse. Sed siue dictum Concilium celebratum sit, siue non, argumentum tuum, illam Synodum non esse celebratam, quod nulla in hunc diem illius supersit memoria, & Papa in eum Italiæ si-

num

num Concilium conuocauit, qui esset Græcis accommodatissimus, & valde proximus, & accessu facillimus: & quamuis mercimonia, quibus illi aucti fuerint, qui Concilium ponunt, non prodiderint, non ideo tamen sequitur, Concilium non esse celebratum. Namque si hæc ratio valet ad destruendum, quot, non solum Concilium hoc, sed alia quoque reapse facta subuerterentur? Tandemque adde Epistolam Gregorij Papæ, quam nobis exhibet Codex 361. Heidelbergensis; Γρηγόριος Πάπας Ῥώμης δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀδελφῷ ἡμῶν Ἀρχιεπισκόπῳ Βάρεως χαιρετισμὸν καὶ Ἀποστολικὴν εὐλογίαν. Τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ σοῦ Γραικοὺς ἀρτίως ἐνώπιον ἡμῶν ἐπὶ τῇ ἐρεύνῃ τοῦ τύπου τοῦ βαπτίσματος ἀσπασίως τε, καὶ προσεκτικῶς ἐνωτίσθημεν. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀναμονὴ τῆς τελειοτέρας ἐξετάσεως τὴν ἀκριβῆ διάσκεψιν παρεκτείναι δίδωσι τοῦ ζητήματος, ἀπολύομεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ πρὸς τὰ ἴδια, ἀνεχόμενοι αὐτοὺς ἐν τοῖς ἤθεσιν αὐτῶν. καὶ βουλόμεθα τούτους ἐν τῷ ἀναμεταξὺ μὴ παρά τινος ἐνοχλεῖσθαι. *Gregorius Papa Romanus, seruus seruorum Dei religiosissimo fratri nostro Archiepiscopo Barensi salutem & Apostolicam benedictionem. Mißos à te Græcos nunc recens ad nostri præsentiam super dispositione formæ Baptismatis animo libenti attentoque audiuimus. Sed cũ expectatio perfectioris examinis accuratum quæstionis spectamen in longiora tempora protraheret, dimissimus eos in pace ad propria, tolerantes eos in proprijs eorum ritibus. Volumusque eosdem interea a nullo molestari.*

EXERCITATIO XXI.

Rem & notionem subiectam Transubstantiationis nomini ante Innocentium in Ecclesia tum Græca, tum Latina fuiße. Significationi verborum, non verbis attendendum eße ex Patribus. Transubstantionis nomen etiam ante Concilium, licet in sacris eloquijs non reperitur, ad quæ dum effugitur, præcipua fidei Christianæ dogmata tollenda veniunt, quod non probatur nec ab ipsis

Hæreticis, & præcipuè Lutero. Aliud esse Missam, aliud Canonem Missæ. In quibus differat Missa Græcorum a Missa Latinorum.

Pag.41. NEc magis luculenta apparent, quæ ad annum 1215. proximi centenarij referuntur sub Innocentio tertio in Lateranensi quarto, quando panis Eucharistici transelementatio primum orsa est in Ecclesiam introduci. Neque hic contentus addis in Notis ad Caput octauum Sectionis Decimæ ex verbis Syropuli narrantis, quare Imperator noluisset inseri in definitionem Concilij, ijsdem verbis consecrare Græcos, & Latinos; *Verebatur enim*, inquit, *ne cum Constantinopolim rediysset, perfidiæ præstolaretur, asserere volentibus, Imperatorem euertisse ritum Missæ celebrandæ, quam & Magnus Basilius, & diuinus Chrysostomus nobis tradiderunt a Iacobo fratre Domini acceptum*. Hic stultissime argutatur Simiolus iste, repente e terra natus Theologus; *Ergo diuersus est Canon tam D. Basilij, quam D. Chrysostomi a Canone Romano, vt noster hic auctor, & omnes viri cordati sentiunt, diuersum etiam Græcorum sacramentum a Pontificio, vel in duobus ex hoc loco patebit. Primo Græci de Transubstantiatione nunquam cogitarunt, nec per insomnia quidem, operati semper sacramentum in pane vulgari, ac fermentato: nec ipsi Pontificij altius rem intellexerunt, ante Idololatricum ἄζυμον. Hostia sine fermento primitus Transubstantiationem peperit, & illa hostiam stabiliuit: Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Hæc est nuda simplexque veritas, licet Bellarminus in contrarium voluat, vt olim Gigantes Pelion in ossam, rationes & argumenta vltra cacumina montium in Luna. Secundo non a verbis Dominicis cuiuscunque ore prolatis vis consecrandi pendet; aliter Pastores ouium possent esse Pastores animarum, sed a sacerdote solo cum oratione supplice & votis pronunciante: sacerdos ministrat, sacerdos consecrat; nullus sacerdos, nullum Sacramentum. Notabilis locus.* Eia age, vrge & crescentem tumidis infla

ser-

ſermonibus vtrē. Quis vel ad clitellas natus, vel pecus ſtolidū crederet, ita loqui? Sed condonandum Creyghtono; ex more atque ingenio ſuo, dum ſemper garrit, ſemper delirat, & in ea ſtatim præceps deijcitur, quæ in alijs, ſi ſanus eſſet, reprehenderet, quæ viro Theologo, vt vt ille falſa perſuaſione nomen ſibi arrogat, nec commemorare quidem inter Bacchum & Venerem fas fuerit. Ni has velimus dicere vafri hominis artes & verſutias eſſe. Quis perſuaſum haberet, in hoc verborum mare, tantum eſſe flumen, & ſenticetum errorum? Vt verum fatear, λέξεων μὲν ποταμὸς, νοὸς δὲ οὐδὲ σταλαγμὸς. Idque Lector vt videas, ſingula expendantur. *Panis Euchariſtici tranſelementatio ſub Innocentio III. primum orſa eſt in Eccleſiam introduci.* Si Tranſubſtantiationis nomini notionē ſubiectam intelligeres, ante Innocentij tempora in Eccleſia tum Latina, tum Græca alio atque alio illi reſpondente nomine fuiſſe plane comperiſſes. Non dormio, neque ineptias ſomnio. Tranſubſtantiatio eſt, vt Græci, & Pontificij, & alij cordati viri ſentiunt, ex vna materia, eſſentia, ſiue ſubſtantia in aliam tranſitus, mutatio, conuerſio, & quam tu dicis, tranſelementatio, ex rebus nempe, & elementis, quibus conſtituitur, in alia diuerſi generis traſmutatio, migratio, transformatio. Neque enim attendendum eſt, quod delecti ad omne facinus homines ad illam euertendam comminiſcuntur. Videamus ergo, quid ante Innocentium III. cordati fere omnes de re tranſubſtantiationis, atque ſignificatu tradiderunt, neglectis nouatoribus rerum ſacrarum inimicis apertis. Petrus de Riga in Aurora.

Verborum virtus agit, vt tranſumptio fiat,
Panis cum vino fit caro fitque cruor.
Dum Dominus profert hæc verba duo ſacra, panis
Fit corpus, vinum ſanguis ad illa duo.

Petrus Cluniacenſis Epiſtola contra Petrobruſianos; *Vide*

de igitur quisquis in sacramento Ecclesiæ panem in Christi carnem, vinum in eius mutari sanguinem, aut non credis, aut dubitas: quia vel de voluntate eius, vel de potentia, vel de vtroque diffidis. Nulla enim alia res te vel ad non credendum, vel ad dubitandum impellit. Aut enim voluit, & non potuit; aut potuit, & non voluit, aut neque voluit, neque potuit. Sed quod voluerit, si Euangelio credis, dubitare non potes. Nam in sui memoriam hoc fieri non præciperet, si hoc fieri noluisset. Quod vero potuerit, si Prophetæ credis, certum tenebis. Nam si omnia quæcunque voluit, fecit, vtique & hoc quia voluit, fecit. Voluit ergo, & potuit, vt panis in carnem suam, & vinum conuertatur in sanguinem. Et quia voluit, & potuit, idcirco & fecit. Si enim Deus est omnipotens, & Christus est Deus, sequitur quia ad conuertendum panem in corpus suum, & vinum in sanguinem suum omnimode sicut & ad vniuersa potens est. Petrus Lombardus 4. distinct. 11. *Post consecrationem ergo non est ibi substantia panis, vel vini, licet species remaneant. Est enim species panis & vini, sicut & sapor,* &c. *Sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi, & sanguinem: quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi.* Hugo Victorinus de Sacramentis part. 8. cap. 7. *Videtur species panis, & vini, & substantia panis & vini non creditur, creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi, & tamen species non demitur.* Et cap. 9. *Per verba sanctificationis vera panis, & vera vini substantia in verum corpus, & verum sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis & vini remanente, & substantia in substantiam transeunte, conuersio autem ipsa non secundum vnionem, sed secundum transitionem credenda est. Quoniam nequaquam essentia essentiæ in augmentum accedit, vt per id, quod accedit, vnum fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus, vt de pane corpus Christi esse accipiat, nec post nouum corpus subito factum est de mutata essentia, sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam. Nec ipsam substantiam panis & vini in nihilum redactam, quia desijt esse, quod fuit: sed mutatam potius, quia cœpit*

esse:

esse aliud, quod non fuit; & ipsum quod cœpit esse, ex eo esse non accepit, quia panis fuit, sed ipsa eius esse accepit, quando desijt esse, quod fuit. Rupertus Tuitiensis de S. Spiritus operibus lib. 3. *Panem communem accepit Christus, sed benedicendo longe in aliud transmutauit. Item vini substantiam accepit,* &c. *Item vini substantiam accepit, sed itidem gratias agendo, vel benedicendo, sic in aliud vertit, vt diceret veritas, quæ non mentitur; Hic est sanguis,* &c. Zacharias Chrysopolitanus lib. 4. Concordiæ Euangelicæ. *Tria distingui oportet, quæ & sancti Doctores asserunt, & Ecclesia firmiter tenet. Vnum est quod panis & vinum per consecrationem vertitur in verum corpus, & sanguinem Christi.* Iuo Carnotensis sermone de conuenientia veteris, & noui Testamenti, *Offertur principaliter a ministris panis & vinum in Christi corpus sacerdotali benedictione commutanda.* Anselmus Laudensis in cap. 11. prioris ad Corinthios. *Sciendum est prolatione verborum illorum, hoc est corpus meum* &c. *Mysterium consummatur, & panis in corpus Christi conuertitur.* Bruno Carthusianus in eandem Epistolam; *In his verbis, quibus Christus gratias agit Patri, dicitur substantia panis, & vini apposita in altari transire in veram carnem & verum sanguinem Christi.* Hugo Lingonensis Epist. ad Berengarium; *Sicut non capis, quomodo verbum caro factum est, sic non potes iterum capere, quomodo panis iste mutetur in carnem, & vinum in sanguinem transformetur, nisi te docuerit omnipotentiæ fides.* Adelmanus Brixiensis Epistola ad Berengarium; *Et qui tanta virtute aquam vertit in vinum, non efficacius poterat, si quid tamen de Deo efficacius dici potest, sonante vocaliter eadem virtute vinum ipsum in sanguinem suum transferre?* Fulbertus Carnotensis Epist. ad Adeodatum; *Si Deum omnia posse credis, & hoc consequitur vt credas, nec humanis disputationibus discernere curiosius insistes: si creaturas, quas de nihilo potuit creare, has ipsas multo magis valeat in excellentioris naturæ dignitatem conuertere, & in sui corporis substantiam transfundere.* Paschasius Corbeiensis, de corpore & sanguine Domini cap. 19.

Sub-

Substantia panis & vini in Christi carnem & sanguinem efficaciter interius commutatur. Ita vt deinceps post consecrationem iam vera Christi caro, & sanguis veraciter credatur. Remigius Antisiodorensis ad Psalmum 21. *Qui mortalia corpora nostra imperij sui potentia faciet immortalia, panis & vini naturam transferre possibile est.* Et vt etiam ad antiquiores recurramus. Aymo in passionem Christi secundum Marcum, *Merito idem panis in carnem Domini mutatur, & idem vinum in sanguinem Domini transfertur, non per figuram, neque per vmbram, sed per veritatem.* Alcuinus de diuinis officijs cap. 39. *Et ille quidem panis, & illud vinum per se irrationabile est, sed orat sacerdos, vt ille rationabiliter tractatus, & ab omnipotente Deo consecratus rationabilis fiat, transeundo in corpus Filij eius,* &c. Beda in librum Boëtij de Trinitate; *Panis fit corpus Christi: transit enim substantia panis in corpus Christi, non forma, sed potius hæ subsistunt in aëre, vel sine substantia.* Isidorus Hispalensis lib. 1. Offic. cap. 18. *Panis, & vinum sunt visibilia, sanctificata tamen per Spiritum sanctum in Sacramentum diuini corporis transeunt.* Eucherius Lugdunensis Homil. 5. de Paschate; *Nam inuisibilis sacerdos visibiliter creaturas in substantias corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit. Nec dubitet quisquam primarias creaturas nutu potentiæ præsentia maiestatis in Dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio cœlestis misericordiæ corpus Christi effectum,* &c. Hæc Patres, & Doctores Pontificij ante tertium Innocentium sentiebant, quos tu videre debebas, nisi professionem mentiri vis: & tamen tu rerum diuinorum nescius argutaris, a primis Ecclesiæ temporibus ad illa tempora neque nota, neque vulgata fuisse, quæ iam erãt communi calculo constabilita. *Transumptio fit. Conuersio in sacramentum carnis & sanguinis. Panis in Christi carnem, vinum in eius mutatur sanguinem. Post consecrationem non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant. Ministerio sacerdotum substantia panis fit caro, & substantia vini sanguis Christi. Per*

ver-

verba sanctificationis vera panis, & vera vini substantia, in verum corpus & verum sanguinem Christi conuertitur, substantia in substantiam transeunte. Panem communem longe in aliud Christus transmutauit; vini substantiam in aliud vertit. Panis, & vinum per consecrationem vertuntur in verum corpus, & sanguinem Christi. Sacerdotali benedictione commutantur. Verbis Christi substantia panis & vini transit in veram carnem, & verum sanguinem Christi. Panis & vinum mutatur, & transformatur in corpus, & sanguinem Christi. Christus sonans vocaliter vinum ipsum in sanguinem suum transfert. In sui corporis substantiam transfundit. In sui corporis & sanguinis naturam transfert. Et tu tantus Theologus audes dicere, *panis Eucharistici transelementationem in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio primum orsam esse in Ecclesiam introduci?* Nonne vides iam dudum ante eam agnitam, & a Doctoribus fidelibus diuulgatam firmitatem in ipsa obtinuisse, vt fere nemo fuerit, qui cum de Eucharistia sermo incidisset, eam scriptis non tradiderit? I tu modo Grammatista, & puerorum in schola formator eam planitius describe, & dilucidius alijs atque alijs verbis, idem tamen notantibus, explica, si potes. Rem tenes, & sententiam habes, & tu de nomine quæstionem moues, & insipidissime argutaris. Quale est hoc argumentū, Panis Eucharistici transelementatio sub Innocentio tertio cæpit introduci. Ergo transelementatio in Ecclesia non fuit? Conclude etiam B. Virgini Deiparæ nomen stabilitum est in Synodo Ephesina, in Nicæna prima consubstantialitas Filij cū Patre, in Constantinopolitana prima Diuinitas spiritus declarata. Ergo cōsubstātialitas Filij ante Nicænam, diuinitas Spiritus ante Constantinop. & Dei humana generatio ante Ephesinam in Ecclesia non erant, sed tum orsa sunt in Ecclesiam introduci. Aliud est, ni Theologus stramineus es, in Ecclesia esse, & in Ecclesia apud plerosque constare; aliud consensu publico Patrum sententiam comprobari, & rei

decretæ ſtatutæque, cum vetus nomen in promptu non eſt, peculiare nomen etiam de nouo excogitatum atque compoſitum apponi, & certa fide tenendum alijs proponere. Ante Lateranenſe eadem res alijs,atque alijs nominibus euulgabatur, Concilium penſim atque enucleate re conſiderata,cum aptiſſime Tranſubſtantiationis nomine exprimi reperiſſet, decreuit eo nomine explicandam eſſe, non dogma nouum introducens, ſed antiquum nouo nomine, vt id etiam concedam, exprimens; licet tu nomen inuertens Tranſelementationis nomen imponas, quod licet rei,de qua agitur,accommodatiſſimum ſit,non id tamen eſt, quod tum orſum, vt tu dicis, ſit in Eccleſiam introduci, cum multo antea in re tanta exprimenda in vſu fuerit, vt infra videbimus. Quod grauius audiendum eſt in Richardo Montacutio de vita Ieſu Chriſti, *Nullus veterum de modo vel hiſcere voluit ante tertium Innocentium in Laterano præſidentem: nemo hoc credere cogebatur: at poſt Innocentium, niſi illum metuiſſent in Eccleſia loquentem, illius ſucceſſores* καταναγκάζοντας *non credidiſſent.* Dicebat Epictetus, referente Gellio, φιλόσοφοι ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. *Philoſophi factis procul, verbis tenus.* Quod ego aptius ſimilibus Theologis applicauerim, qui aquam cribro hauriunt.

Sed nomen nouum *Tranſubſtantiationis*, Creyghtono panica ſunt, & ſepulchrorum terriculamenta; res ipſa pilæ luſio. Audiunt tonitrua Reformati; vident ſtragem, & ſtrepitu territantur; vident cadens bidental, & fulgur diſcurrens, & nemini officiens obſeruant. Synodorum, & Doctorum Eccleſiæ conſtans,& perpetuum fuit decretum,& ad noſtra hæc tempora continuatum, *cum dictiones eandem pietatis ſententiam innuunt, de dictionibus non eſſe diſputandum.* Dionyſius Areopagita; Ἄλογον καὶ σκαιὸν πάνυ τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι. καὶ τοῦτο μὴ τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον ἐστι. ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς τοὺς

ἀκο-

ἀκοαῖς εἰσδεχομένων. ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν διὰ τοῦ δὶς δύο σημαίνειν, ἢ τὸ εὐθύγραμμα διὰ τῶν ὀρθογράμμων, ἢ τὴν μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοῖς πολλοῖς τοῦ λόγου μέρεσι ταυτὸ σημαινόντων. *A ratione alienum, & absurdum est, non vim ipsam orationis attendere, sed verba: namque est hoc proprium eorum, qui res diuinas intelligere cupiunt, sed sonos exiles aucupantur, eosdemque extrinsecus admittunt. Quasi non liceat quatuor per bis duo significare, aut directas lineas per rectas lineas, aut maternam per patriam, aut aliud quodlibet per id, quod in pluribus orationis partibus æquiualet.* Athanasius Tomo ad Antiochenos; Συμβουλεύετε καὶ ἐκείνοις τοῖς ὀρθῶς ἑρμηνεύουσί τε καὶ φρονοῦσι, μηδὲν πλέον ἀλλήλους ἀνακρίνειν, μηδὲ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, μήτε ταῖς τοιαύταις λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν. οἱ γὰρ μὴ οὕτως διανοούμενοι, ἀλλὰ μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λεξειδίοις φιλονεικοῦντες, καὶ παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γραφέντα ζητοῦντες, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦντές εἰσιν, ἢ ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολερὰν τῷ πλησίον ὡς φθονοῦντες τῇ εἰρήνῃ, καὶ ἀγαπῶντες τὰ σχίσματα. *Consuletis illis, qui recte interpretantur, & recte sentiunt, ne vlterior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, neque verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus vtilitatem, sed sensus cogitationesque pietatis exhibere. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiose rixantur, & aliud quippiam præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt, hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbidam subuersionem propinant vt inimici, & discordiarum, schismatumque æmulatores.* Et; Τὸ μὲν ἀσεβεῖν πανταχῶς κεκώλυται, κἂν ποικίλοις ὀνόμασι, καὶ πιθανοῖς σοφίσμασι περιβάλλειν αὐτό τις ἐπιχειρεῖ. τὸ δὲ εὐσεβεῖν ὅσιον παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, κἂν ξενιζούσαις λέξεσί τισι χρῆται, ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσεβὲς ἔχει τὸ φρόνημα, καὶ δι' αὐτῶν ὃ νενόηκεν, εὐσεβῶς βούλεται σημαίνειν. *Impietas quidem modis omnibus abrogatur, licet eam varijs verbis, & probabilibus argutiolis circumuestire quis tentet. Pietatem autem colere iustum omnes confitentur etsi, peregrinis quibusdam vocibus vtantur*

dummodo dicens piam sententiam teneat, illisque quod in animo habet, pie enunciet. Gregorius Nazianzenus; Αἰσχρὸν μὲν, αἰσχρὸν καὶ ἱκανῶς ἄλογον κατὰ τὴν ψυχὴν ἐῤῥωμένους μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας. αἴσχιον δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας αὐτοὺς, μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα. *Turpe est, turpe est, & perabsurdum, dum animo valemus, longos sermones texere, circa vocis sonum, & occulere thesaurum, quasi alijs eum inuidentes: turpius autem est eodem vitio teneri, quod nobis obijcimus, atque cum anxiam vestram de minutis rebus contentionem damnamus, literarum tamen minutias anxie vrgere:* Et; Δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ δώσομεν ἡμεῖς τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν. ὁμολογήσατε τὴν φύσιν ἐν ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον, καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν. *Vim diuinitatis, ac potentiam nobis date, & nos vicissim diuinitatis vocem vobis concedemus. Naturam alijs vocibus, quibus plus tribuitis, confiteamini: ac vos vt infirmos curabimus.* Et de Magno Basilio; Αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν εἶναι ζημίαν ὑπαλλαττομένων μικρὸν τῶν λέξεων, καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις. οὐδὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτηρίαν μᾶλλον, ἢ πράγμασιν. *Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paululum immutarentur, modo alijs verbis eadem docerentur: neque enim salutem nostram in verbis potius, quam in rebus consistere.* Et orat. de Spiritu sancto; Τοσαύτης οὖν οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασι, πῶς οὕτως σὺ λίαν δουλεύεις τῷ γράμματι, καὶ γίνῃ μετὰ Ἰουδαϊκῆς σοφίας, καὶ συλλαβαῖς ἀκολουθεῖς, ἀφεὶς τὰ πράγματα; εἰ δὲ σοῦ καὶ δὶς πέντε λέγοντος, ἢ τὰ δὶς ἑπτὰ, τὰ δέκα συνῆγον, ἢ τεσσαρακαίδεκα ἐκ τῶν λεγομένων, ἢ ἐκ τοῦ, ζῶον λογικὸν θνητὸν, τὸν ἄνθρωπον· ἆρα ἄν σοι ληρεῖν ἐνομίσθην; καὶ πῶς τὰ σὰ λέγων; οὐ γὰρ τοῦ λέγοντος μᾶλλον οἱ λόγοι, ἢ τοῦ λέγειν συναναγκάζοντος. ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὰ λεγόμενα μᾶλλον ἐσκόπουν, ἢ τὰ νοούμενα. οὕτως οὐδὲ εἴ τι ἄλλο τῶν μὴ λεγομένων, ἢ μὴ σαφῶς ἐκ τῆς γραφῆς νοουμένων, εὕρισκον, ἔφυγον γὰρ τὴν ἐκφώνησιν, φοβούμενός σε τὸν συκοφάντην. *Cum ergo in nominibus, & rebus tantum discrimen reperiatur, quid causa*

est,

est, cur literæ tantopere seruias, Iudaicæq; sapientiæ te ipsum adiungas, relictisque rebus syllabas consecteris? Quod si te bis quinque aut bis septem dicente, decem, aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem, aut ex eo quod animal ratione præditum & mortale diceres, hominem esse concluderem, an tibi nugari viderer? Nequaquam profecto, quum tua dicerem. Neque enim hæc verba magis sunt eius, qui loquitur, quam illius, qui loquendi necessitatẽ affert. Quemadmodum igitur hic non ea magis quæ dicuntur, quam quæ intelliguntur, expenderem, etiam modo nec si quid aliud eorum, quæ vel nullo modo, vel certe non satis aperte dicuntur, exscriptum tamen intelligi, colligique reperirem, adeo in vocabulorum Sycophantam pertimescerem, vt ab enunciatione ipse refugerem. Ioannes Chrysostomus in cap. 2. prioris ad Corinth. Καὶ ποῦ γέγραπται ταῦτα; λέγεται γεγράφθαι, καὶ ὅτε μὴ διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων κείμενα ᾖ ἐπὶ τῶν ἱστοριῶν. ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ μὲν νόημα κείμενον ᾖ, μὴ ἐπ᾽ αὐτῶν δὲ τῶν ῥημάτων. *At vbi hæc scripta sunt? Dicitur scriptum esse aliquid, etiam tunc, quando non verbis sed rebus ipsis expressum fuerit in historijs: aut quando mens quidem est expressa, licet verbis non ijsdem.* Maximus Homologeta ad Pyrrhum Presbyterum; Οὐχ ἁπλῶς γὰρ φωνὰς ἀσήμους προφέρομεν, ἀλλ᾽ ἐννοίας ταῖς φωναῖς διασημαινόμεν, δι᾽ ἣν αἰτίαν φωνὰς μὲν πολλάκις παραχωροῦντας εὗρον τοὺς θεηγόρους πατέρας, ἐννοίας δὲ οὐδαμῶς. ὅτι μὴ ἐν συλλαβαῖς, ἀλλὰ νοήμασί τε καὶ πράγμασι τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὑπάρχει μυστήριον. *Neque enim voces nihil significantes simpliciter afferimus, sed sententias vocibus exprimimus. Quam ob causam voces sæpenumero Deiloquos Patres comperi concedentes, sententias nullo modo: quod non in syllabis, sed sententijs, & rebus salutis nostræ mysterium existit.* Theodorus Studita in Antirrhetico primo contra Iconomachos; Πολλὰ δή, ἃ οὐ γέγραπται λέξεσιν αὐταῖς, ἰσοδυναμεῖ δὲ τοῖς γεγραμμένοις τοῖς ἁγίοις πατράσι κεκήρυκται. καὶ γὰρ ὁμοούσιος ὢν τῷ πατρὶ ὁ υἱός, οὐκ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, ἀλλὰ παρὰ τῶν πατέρων ὕστερον τετράνωται, ὥσπερ καὶ θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ θεοτόκος ἡ κυριοτόκος. ἄλλα τε ἄλλα μακρὸν ἐστὶν ἀπαριθμεῖν, ὧν μὴ ὁμο-

λο-

λογουμένων ἐξήρτηται ἡ ἀληθινὴ λατρεία ἡμῶν, τότε δὲ ὁμολογηθέντων, ὁπηνίκα πρὸς καθαίρεσιν τῶν ἐπανισταμένων αἱρέσεων ἡ χρεία ἐκάλεσεν. *Multa equidem dictionibus ipsis scripta non sunt, & tamen illis, quæ a sanctis Patribus publicata sunt, ad amussim respondemt; Etenim consubstantialem esse Patri Filium, nullo in loco diuinitus inspiratæ scripturæ scriptum reperies, & nihilominus a Patribus palam enunciatum est, quemadmodum Deum eße Spiritum sanctum, & Deiparam Dominiparam. Multaque præterea alia, in quibus enumerandis prolixa nimis oratio opus eßet, quæ si negaueris, verum nostrum cultum eiurabis. Tum vero ea Ecclesia professa est, cum ad debellandas hæreses de nouo exortas necessitas compulit.* Hæc sunt documenta Ecclesiæ luminum: hæc monita, vocum differentias negligendas esse, cum sententiæ vnus consensus, inter Christi fideles intercedit. Quod nec negant Schismatici, & inter eos pessimus Gregorius Palamas, referuntur in Concilio Florentino sessione 6. Λέξεων ἐμοὶ λόγος ὀλίγος. οὐ γὰρ ἐν ῥήμασι μόνον, ἀλλ' ἐν πράγμασιν ἡ εὐσέβεια κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον. περὶ δογμάτων δὲ καὶ πραγμάτων ποιοῦμαι λόγον. κἄν τις ὅπη τῶν πραγμάτων συμφωνῇ πρὸς τὰς λέξεις, οὐ διαφέρομαι. *De vocibus parum curo: non enim in solis vocibus, sed in rebus consistit pietas iuxta Gregorium Theologum. Dogmata, & res mihi curæ sunt; et si quis in re conuenit, contra voces non pugno.* Et in concione publica, quæ inserta est, in Tomo Synodico pro eodem Palama sub Ioanne Cantacuzeno, & Callisto Patriarcha, Ἕτερόν ἐστιν ἡ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀντιλογία, καὶ ἕτερον ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία, καὶ ἐπὶ μὲν τῆς ἀντιλογίας, οὐκ ἀνάγκη περὶ τὰς λέξεις ἀκριβολογεῖσθαι τὸν ἀντιλέγοντα. ὡς καὶ ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. ἐπὶ δὲ τῆς ὁμολογίας ἀκρίβεια διὰ πάντων ζητεῖται. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐμαυτοῦ πρὸς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον ἀντιρρητικοῖς λόγοις συνέταξα, καὶ τὴν παρὰ τῶν ἁγίων ἐδεξάμην ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἵνα οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς ἡμετέροις ἐκ τῆς ὁμολογίας μανθάνοιεν τὸν τῆς ἀντιλογίας σκοπόν. *Aliud est pro pietate responsio aduersus illam*

cri-

criminantem, aliud fidei professio. In responsione non est necessaria vox in disquisitio respondenti, vt magnus tradit Basilius; in fidei vero responsione accurata circa omnia disquisitio requiritur. Propterea q; meis contra Barlaamum, & Acindynum Antirrheticis inserui, quam a sanctis Patribus fidei professionem accepi, vt scripta legentes ex ipsa fidei professione meæ responsionis propositum teneant. Et merito; Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα πίστις τῶν πραγμάτων ἐστὶ, dicebat Dio Chrysostomus orat. ad Nicomedienses, τὰ δὲ πράγματα καὶ τῶν ὀνομάτων. *Neque enim nomina rebus fidem afferunt, sed res nominibus.* Sed nullum in his Transubstantiationis nomen est. Et Bellarminus & alij, cum respondent, asserentibus nomen Transubstantiationis primum inuentum & excogitatum fuisse in Cōcilio Lateranensi, Anno 1215. sub Innocentio III. licet rem ipsam perspicue omnes veteres vsque ad Concilium Tridentinum mutationem substantiæ panis in substantiam corporis Christi transire demonstrare conentur, nullum tamen auctorem adsciscunt, qui nomen Transubstantiationis vsurpauerit. Quid hic audio Creyghtone? rem habes conspicuam, atq; indubitatam, substantiam transmutari panis in corpus Christi: & nomen in quæstionem & disceptationem morose vocas? Non id faciunt neque Græci neque Pontificij. Foras lumbrice, ne dicam, vbi pastum coruos. Non erit opus neque Bellarmino neq; alijs, cum rem, & vim nominis clauo trabali fixissent, in nomine diutius conquirendo operam perdere. Quid porro tu, si ante Concilium natum ostendatur? cedes ne aciem? Ildegardis Epist. de corpore & sanguine Christi ad Moguntinenses; *In eadem virtute altissimi, Dei oblatio panis cum vino & aqua in carnem & sanguinem Saluatoris, quam de Maria Virgine assumpsit, a verbo sacerdotis Transubstantialiter, quemadmodum lignum in ardentem carbonem per ardorem ignis, mutatur.* Petrus Blessensis in Anglia Archidiaconus, & Cantuariensis Archiepiscopi Cancellarius Epist. 40.

Ma-

Magna in sacramentis est eminentia, intelligentia, quorum fide potius expedienda est, quam adinuentione humana. Et vt gratia exempli videas abyssum profundissimum, & humano sensui imperceptibilem, pane & vino transubstantiatis, virtute verborum cœlestium in corpus & sanguinem Christi, accidentia, quæ ibi prius fuerant, sine subiecto remanent, & apparent. Et sermone 38. *Sacerdotes corpus Domini conficiunt, sumunt, sumendum alijs tribuunt. Eorum ministerio panis & vinum in carnem transubstantiatur.* Quid hisce respondebis? Multa; nugacia tamen censenda; si non probentur. Permulta alia ob prolixitatem missa facio. Sed scio. Audio, te similia nec vitiosa nuce empturum. Sed quando tu minor bos es, ex tui gregis boue principe addiscere poteris, hæc catholicæ Ecclesiæ consilia vera esse. Ioannes Caluinus lib. 1. cap. 13. §. 3. *Si verbum exoticum appellant, quod totidem syllabis compositum in scriptura ostendi non possit, iniquam sane legem nobis imponunt, qua damnatur omnis interpretatio, quæ scripturæ contextui non consarcinatur.* Et paucis annexis; *Sed quid vetat, quo minus, quæ captui nostro perplexa in scripturis, impeditaque sunt, ea verbis planioribus explicemus, quæ tamen religiose & fideliter ipsius scripturæ veritati seruiant, & parce modesteque, nec citra occasionem vsurpentur? Cuius rei non desunt satis multa exempla. Quid autem vbi Ecclesiam summa necessitate vrgeri ad vsurpandas Trinitatis, & Personarum voces comprobatum fuerit, si quis verborum nouitatem tum reprehendat, non ne merito iudicetur, lucem veritatis indigne ferre? Et qui tantum id reprehendat, veritatem planam ac dilucidam reddi.* Et mox §. 4. *Huiusmodi autem verborum nouitas, si ita appellanda est, tum potissimum vsu venit, dum aduersus calumniatores asserenda est veritas, qui tergiuersando ipsam eludunt. Quod hodie plus satis experimur, quibus plurimum est negotij in expugnandis puræ, sanæque doctrinæ hostibus, adeo obliquo & volubili flexu lubrici isti angues effugiunt, nisi fortiter premantur, & deprehensi vrgeantur. Sic veteres varijs prauorum dogmatum certaminibus exagitati, quid sen-*

sentirent conati sunt, exquisita perspicuitate edisserere, ne obliqua subterfugia impijs relinquerent, quibus verborum inuolucra errorum erant latebræ. Et Epistola 350. *Quoniam voces istæ Trinitatis, & Personarum plurimum Ecclesiæ Christi commodare intelligimus; ita vt vere Patris, Filij, & Spiritus sancti distinctio clarius exprimatur, ab his neque adeo non abhorremus, vt libenter eas amplexamur. siue ex alijs audiendæ, siue a nobis vsurpandæ sint.*

Quamuis in his sit vera temeritas atque impudentia, qui cum præsentem suam religionem vniuersam adeo recentem cernant, vtpote nō ante annum 1534. excusam, minime erubescunt, nouum appellare Transubstantiationis vocabulum, quod expressit Concilium Generale Lateranense, anno 1215. sub Innocentio tertio celebratum. Applica Creyghtone, Verbum Transubstantiationis, tum potissimum expresse, cum calumniatores aduersus veritatem Eucharistici corporis, & sanguinis Christi realem præsentiam denegabant, & puram sanamq; doctrinam hostes conuellebant, ad similes ludiones compescendos Concilium morem antiquorum secutum, veritatem declarans composuisse. Ni velis dicere hoc, quod modo licet Reformatis, non licuisse Concilio vniuersali, & Romanæ Ecclesiæ summo capiti, quasi Romana Ecclesia peioris conditionis sit, quam sint ipsi, qui tam abiecte, calumniose, atque inuerecunde de ea loquuntur adeo, vt etiam ab illius hostibus mimico dente carpantur.

At enim Transubstantiatio in verbo Dei non est. Multa alia non sunt. Id si admiseris, miseranda ac deploranda rerum Ecclesiasticarum, & traditionum ab ipsis Apostolis emanatarum, dogmatum quoq; integrorum, ita dictante Diabolo, vastatio in Ecclesiam irrepserit, hoc ad verbum diuinum effugio. Audi toleranter, & mirare. Duitæ in Polonia Petro Gouicezio duce, *De Spiritu nondum est reuelatum quid sit.* Ergo Spiritus Deus non est. Seruetiani in Transyluania; *Symbola Apostolicum, Nicænum, & Athana-*

stianum non consentiunt per omnia Verbo Dei: Ergo non sunt admittenda, nisi cum hac exceptione, quatenus Verbo Dei consentiunt: ergo non sunt tres personæ diuinitatis: Filius & Spiritus sanctus non sunt personæ, sed altissimi Patris virtutes. Et sic Augustinus, & omnes veteres, qui tres in diuinitate personas profitentur, Sophistæ sunt. Georgius Blandrata, & Franciscus Dauid; *Aliter scriptura loquitur*. Ergo Pater, Filius, & Spiritus sanctus non debent dici tres personæ, multoque minus vocandus est Deus trinus & vnus e tribus personis. Henricus Risuuich. *Nusquam scriptura testatur, Angelos esse creatos a Deo*. Ergo Angeli non sunt creati a Deo. Magdeburgenses; *Neque præceptum, neque exemplum extat in sacra scriptura de baptizandis prius exorcizatis, & adiuratis*. Ergo exorcismi Energumenorum & Catechumenorum improbandi. *De patrinis seu fideijussoribus, qui offerunt infantes siue adultos in Baptismum, nihil legitur in sacris Scripturis*. Ergo ad Baptismum Patrini, Compatres, susceptores, & fideijussores non adhibeantur. *De habitu Monachorum & tonsura nihil habetur in sacris literis*. Ergo superstitiosa sunt, nec consentanea obseruationi purioris Ecclesiæ. Ministri Ecclesiæ in Heluetia & Tiguri; *Quadragesimale ieiunium nulla habet ex literis Apostolicis testimonia*. Ergo licet illud habeat vetustatum, non potest, nec debet imponi fidelibus. Lucas Sternberger; *Nihil in scripturis sacris veteris ac noui Testamenti de spiritus diuinitate legitur, nec appellatur Deus, aut Dominus*. Ergo Deus non est, & potius vult redire in Cœnobium, quam credere in Spiritum sanctum. Franciscus Dauid; *Non extat in scriptura mandatum de inuocando Christo*. Ergo Christus nec inuocandus, nec adorandus est, nec fiducia in eo collocanda. Henricus Bullingerus; *Apostoli nunquam in scriptis præcipiunt orare, & offerre sacrificia pro defunctis*. Ergo orationes, & oblationes pro defunctis improbandæ. Ioannes Riccius; *De assumptione B. Mariæ Virginis nullus locus extat in sacra scri-*

ptu-

ptura. Ergo nullo modo affirmandum est, eam assumptam fuisse cum corpore. Sebastianus Francus; *Templorum, Festorum, sacrificiorum, &c. nullus in nouo testamento vsus est*. Ergo abolenda sunt. Erasmus Sarcerius; *Sine verbo Dei Scholasticorum figmentum est asserere, Hierarchias & prælaturas Angelorum, quæ in Angelos simpliciter, Archangelos, Thronos, Dominationes, &c.* Ergo asserenda non sunt. Christianus Francus; *Nullum extat in totis Biblijs de diuinitate Spiritus sancti apertum testimonium*. Ergo commentitia fictaque est doctrina, quæ docet illum esse Deum, quam communis totius sacræ scripturæ consensus refellit. Ioannes Sommerus Pirnensis; *Nusquam mandatum est a Deo Patre Spiritum sanctum esse Deum*. Ergo neque Deus inocandus, neque adorandus tanquam Deus. *Concilium Nicænum præter verbum Dei Ethnica somnia in symbolum inuexit*. Ergo nos nõ possumus illius auctoritati stare. Theodorus Beza; *Non dedit Dominus, vt ordine Ecclesiæ consueto infans baptizaretur*. Ergo infantes baptizandi, si vita excedant ante baptismum, saluantur, & sanctificati sunt. Vldaricus Zuinglius, *Fere omnes quotquot ab Apostolorum tempore de Baptismo scribere instituerunt, ex eorum numero nullum inuenire licet, qui non aquæ tribuerit, quod nec illa habet, nec eam habere Apostoli docuerunt*. Ergo externus Baptismus, qui aqua constat, ad peccatorum ablutionem nihil facit. Erasmus Roterodamus; *Secreta Confessio singulorum peccatorum non est iure diuino instituta, vel imperata*. Ergo confessio singulorum peccatorum necessaria non est. Philippus Melanchthon; *Euangelium non consulit, nec præcipit discedere a facultatibus, nisi eripiantur: nec præcipit, nec consulit res in commune conferre*. Ergo facultates suas relinquere propter Christum, & paupertas, quam vouent pro Christo Monachi, mala sunt. *Nusquam extat præceptum diuinum de enumeratione singulorum peccatorum*. Ergo nulla enumeratio delictorum necessaria est. *Sacramenti Ordinis non meminit scriptura*. Ergo sacramentum non est. Sacramenta, quorum non meminit scriptura, male a

Pontificijs inter ſacramenta referuntur, ſicuti eſt & ſacramentum Ordinis. Andreas Carlſtadius, *Deus in ſacris literis nuſquam imperauit, vt ſacramenti voce vteremur*. Ergo non licet in rebus diuinis nomina, quæ Deus non iuſſerit, vſurpare. Nicolaus Henningius; *Diaconatus, quem poſtea finxerunt Pontificij, nullam habet in verbo Dei firmitatem*. Ergo Diaconatus Ordo non eſt. Martinus Luterus; *Feſtum Natiuitatis Mariæ nullo ſcripturæ teſtimonio nititur*. Ergo omittendum eſt. *Matrimonium non ſolum ſine vlla ſcriptura pro Sacramento confertur*. Ergo matrimonium ſacramentum eſt, non diuinitus inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſiam inuectum, ignorantia tam rei, quam verbi adductis. *Satisfactionis pro peccatis in tota ſcriptura nullus eſt apex*. Ergo hoc vocabulum, ſatisfactio, tollendum eſt e medio, & pænæ pro peccatis, & Quadragenæ, & Septenæ & ſimilia. *Quod ad ipſam voti rationẽ attinet, neque præcipit, neque conſulit ſcriptura, vt quicquam deuoueatur*. Ergo nihil accedit pietati per votum. *Sine verbo Dei Purgatoriũ excogitatum eſt*. Ergo Purgatorium exitiale ſatanæ eſt commentum, quod Chriſti Crucem euacuat, quod contumeliam Dei miſericordiæ non ferendam irrogat, quod fidem noſtram labefacit, & euertit. Similia alia nugatoria, & ridicula commenta, & hiſce obſceniora hic inſerere pudet. Leo Imperator Iconomachus; *Adoratio Imaginum non eſt neque in Euangelijs, neque apud Apoſtolum clare, & ad verbum*. Ergo licet antiqua eſſet traditio adorandi Imagines, adorandæ non ſunt. Si hæc ratiocinandi Methodus ad probandum vel minimum valeret, & in queſtum verti poſſet, eumque vberrimum, iam video, Dei Eccleſiam antiquitate ſua venerandam, maieſtate auguſtam, auctoritate potentem, dominio locupletem, in poteſtate turbulentorum hominum, atque inſipientium factam, eorumque, qui rectum honeſtumque putant, quod apud honeſtiſſimos atque æquiſſimos viros minus commode audit, &

cuius

cuius pessima fama in vulgus est, & a quibus nihil fit, aut tentatur, quod videre possis sine dolore, imo quibus quo sceleratiores sunt, eo citius Deus suam gratiã infundit, vt ipsi sibi arrogant: conspicio, inquam, capite obtruncato, auribus admutilatis, naribus desecatis, labijs circumcisis, facie deformata, pulchritudinis insignibus deuenustatis, defuscatam næuis, & maculis, delassatam, & tenera beta languidiorem, truncum, & stipitem folijs, ramisque, cortice etiam denudatam languescere, & plane emori, nisi virtute diuina labens, ac prope cadens præfulciretur, atq; subleuaretur, firmitatemque sibi in perpetuum, vt verba Christi sonant, polliceretur, ipsorum etiam aduersariorum, votis ac calculis comprobata. De nouis nominibus in Ecclesiam necessitate vrgente introductis supra diximus ex Caluino, nunc ipse Lutherus, qui tantundem Verbum diuinum crepat & reboat, manum porrigat. Illius verba sunt de Verbo diuino; *Ego ad dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonum pono non antiquum consensum, non multitudinem hominum, sed vnius maiestatis æternum Verbum, Euangelium, quod ipsimet coguntur probare. Hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho, hic insulto Papistis, Thomistis, Henricistis, & omnibus portis inferi, nedum dictis hominum, quantumlibet sanctorum, aut consuetudini fallaci. Dei verbum est super omnia. Diuina maiestas mecum facit, vt nihil curem si mille Augustini, mille Tertulliani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent. Deus errare, & fallere non potest. Augustinus, & Cyprianus sicut omnes alij errare potuerunt, & errarunt. Dogmata mea stabunt, & Papa cadet.* Idem; *Neque alia doctrina in Ecclesia tradi, aut audiri debet, quam purum Dei verbum, hoc est, sacra scriptura. Doctores vel auditores alij cum sua doctrina, anathema sunto.* Et hæc rabie stimulatus & efferus: sed repressa improbitate, & fracto furore, ac petulantia, Epistola de Anabaptismo ad duos Parochos; *Quod pueri credant,*

nullo

nullo expreſſo ſacræ ſcripturæ teſtimonio, probare poſſumus, quæ expreſſe his aut ſimilibus verbis loquatur. Infantes baptizabitis, quia credunt. Si quis huiuſmodi ſententiam ad literam nos proferre cogeret, credendum nobis erit, & victos eſſe fatebimur: nuſquam enim legimus. Idem aduerſus cœleſtes Prophetas; *Anne mihi liceret Dominum meum Chriſtum nomine aliquo appellare; quod non extat in ſacris literis? Quid? quod ſi eum vocarem coronam cordis mei, cordis mei iubilum, meum rubinum, ſi non contra conſcientiam agerem, ac ſi oporteret me illum hoc, & non alio nomine vocare? Vbinam vero huiuſmodi nomina in ſacris literis reperiuntur? Item quod ſi de Baptiſmo, aut Cœna Domini ſermonem deberemus inſtituere, quomodo ageremus? Nullum in ſacris literis nomen eſt, quod vnum omnia ſacramenta & ſigna complectatur. Hic nobis tacendum eſſet, aut non iocoſe loquendum. Alioquin hi Prophetæ pro Apoſtatis nos reputarent. Item plures ſunt articuli fidei, multæ partes doctrinæ Chriſtianæ, multa capita in Biblijs, quid ageremus? Huiuſmodi nomina, articuli, partes, capita non habentur in Biblijs. Hic non amplius nobis liceret loqui de articulis fidei, de partibus doctrinæ, de capitibus Bibliæ. Imo quid agerent ipſi cæleſt.s Prophetæ? Profecto ipſa capitula nominatim ex Biblijs adducerent. Nonne tales Chriſti ſunt occiſores vel proprio iudicio, quod diuinis rebus nomina imponunt, quæ nuſquam in ſacris Bibliorum ſcriptis extant?*

Addis in Notis ad Caput 8. ſectionis decimæ, ex verbis Syropuli narrantis, quare Imperator noluerit, inſeri in Definitionem Concilij ijſdem verbis conſecrare Græcos, & Latinos, vt aſſeuerat Beſſario Cardinalis. *Verebatur enim Imperator, ne cum Conſtantinopolim redijſſet perfidiæ poſtularetur, quod eum ſacris operandi Canonem, quem Magnus Baſilius, & diuinus Chryſoſtomus nobis legaſſent, deriuatum ab ipſo fratre Domini Iacobo, iam Imperator Latinis proditum, euertiſſet.* Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδ᾽ ὅλως παρεδέχετο τοῦτο, δεδιὼς μήποτε εἰς τὴν Κωνσαντινούπολιν ἐπανελθὼν, δώσει αἰτίαν τοῖς βουλομένοις λέγειν, ὅτι ἀνέτρεψεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἱερουργίαν, ἣν ὅ, τε μέγας

Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος παρέδωκαν ἡμῖν, ἀπὸ τοῦ ἀδήλου φωνῆς Ἰακώβου παραλαβόντες. Quidquid ſit de Interpretatione: neque enim idem eſt αἱ ἑρμηνεῖαι. & *Latinis prodere*. Hinc tu colligis: *Ergo diuerſus eſt Canon tam D. Baſilij, quam diui Chryſoſtomi a Canone Romano, vt noſter hic Auctor, & omnes viri cordati ſentiunt: diuerſum etiam Græcorum ſacramentum a Pontificio, vel in duobus ex hoc loco patet. Primo Græci de Tranſubſtantiatione nunquam cogitarunt, ne per inſomnia quidem, operati ſemper ſacramentum in pane vulgari, ac fermentato. Nec ipſi Pontificij altius rem intellexerunt; ante idololatricum* ἄζυμον. *Hoſtia ſine fermento primitus Tranſubſtantiationem peperit & illa hoſtiam ſtabiliuit: mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Hæc eſt nuda ſimplexque veritas, licet Bellarminus in contrarim voluat, vt olim Gigantes Pelion in Oſſam, rationes & argumenta vltra cacumina montium in Luna*. Deflendam hominis inſcitiam? Quis crederet, in pauciſſimis lineis, tot mendorum atque errorum plauſtra? Ne mireris Lector. Peculiare hoc genium Creyghtoni eſt, dimetiri in digitis. Canonem cum integra Miſſa, quæ ἱερουργία eſt, confundit. Miſſa eſt tota illa orationum ſeries a Protheſi incipiens, & in dimiſſione populi finiens. Canon tantummodo pars Miſſæ, & preces anteriores, & poſteriores, quibus ſacramentum conficitur, τὰ ἅγια τελειοῦται, vſque ad orationem Dominicam. Quare Canon fuerit pars Miſſæ. Miſſa & ἱερουργία tota illa ſacrificandi actio, quæ præparat munera, ſanctificat, & diſtribuit: ideoque dicitur ἱερουργία, quaſi ſacrorum factio, ἀπὸ τοῦ τὰ ἱερὰ ἐνεργεῖν, quæ etiam a nonnullis ἱεροτελεστικὴ πραγματεία nominatur. Et hæc diuidebatur in duas, alteram, quæ dicebatur Catechumenorum, fidelibus & Catechumenis communis, cui intereſſe poterant vna ſimul omnes & fideles, & Catechumeni, & in qua Pſalmi, & ſacræ ſcripturæ ſectiones recitabantur, & precationes, & Litaniæ pro omnibus a ſacerdote fundebantur: alteram, in qua pulſis

Ca-

Catechumenis ſolis fidelibus videnda ſacra proponebantur. Quorum omnium plane in Miſſis Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi, & aliorum, ſi tibi animus fuerit, veſtigia intueri poteris: quemadmodum & in Iuſtiniani Nouella; 8. Ἐν οἷς Μοναστήριόν τε καθιδρύθη, καὶ ἱερὰ γέγονε λειτουργία, ὁποίαν εἰωθός ἐστιν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις γίνεσθαι τῶν τε θείων ἀναγινωσκομένων γραφῶν, τῆς τε ἱερᾶς καὶ ἀρρήτου μεταδιδομένης κοινωνίας, μοναχικήτε ἐκεῖσε γέγονεν οἴκησις. *In quibus locis Monaſterium extructum eſt, & ſacra Miſſa celebrata, qualis ſanctiſſimis Eccleſijs in vſu eſſe aſſolet, tum cum recitantur diuinæ ſcripturæ, tum cũ ſacra atque ineffabilis communio diſtribuitur, & Monachorum ibidem habitatio extiterit.* Namque Catechumeni a ſupplicationibus deuotiori & ſacratiori ritu peragendis abeſſe debent. Sed hæc puerilia ſunt, & tyronibus relinquenda. *Ergo diuerſus eſt Canon tam D. Baſilij, quam D. Chryſoſtomi, a Canone Romano, vt noſter hic Autor, & omnes viri cordati ſentiunt,* Quid hic agis, Greygtone? Tibi ſunt omnia tenebræ. Diſcutitur in Florentino de verbis conſecrationis, prorſus neceſſarijs ad conſecrandum. Conueniunt Græci cum Pontificijs, ita vt nulla reſidua ſit dubitatio. Poſcunt Pontificij, vt hoc quoque in definitionem Concilij inſeratur. Abnuit Imperator, veritus ne redux in Patriam vocaretur in iudicium, quod præuertiſſet Baſilij, & Chryſoſtomi Miſſas traditas a Iacobo fratre Domini. Cum enim ſupplicationes illæ poſt verba Chriſti in Liturgijs Græcorum recitarentur, quæ a Pontificiorum deerant, ſi in Definitione Concilij res fuiſſet expoſita, omnino declarandum fuiſſet, vel illas non eſſe neceſſarias, vel omnino delendas, vt ſic per omnia conformarentur. Imperatori ſatis fuerat, tam Græcorum, quam Latinorum ritum pro conſecratione accommodum eſſe, cum neuter in offenſionem alterius caderet: ideoq; voluntati Pontificiorum obnoxius eſt. Tu vero colligis ex his, aliam longe eſſe Baſilij, aliam Chryſoſto-

ſoſtomi, aliam Romanam Miſſam, ſiue Liturgiam, æque atque ſi inter diuerſæ factionis Reformatos diſputatio eſſet, an Baptiſmus conferat gratiam, vel aliquid ſimile, & poſtquam de eo conueniſſent vtriuſque iudicia, & ab altera parte peteretur, vt in Syngrapham conſtitutum referretur, & altera pars renueret, tu ſtatim colligeres, alium eſſe Baptiſmum Sacramentariorum, alium Luteranorum. Quid enim illud aliud, & aliud fuerit, cum quæſtio eſt de ſenſu & arbitratu bono vel malo? Et vt tibi morem geram, alia longe ſit Baſilij, alia Chryſoſtomi, alia Pontificiorum Miſſa, ſiue Liturgia. Non nego. Sed in ijs, quæ cerimonias, conſuetudines, & ritus ſpectant: in ijs vero, quæ ad ſacrificium faciunt, conſecrant munera, Creyghtonus ex ſuo male ſano cerebro colligit, cum cordati alij viri oppoſitum ſentiant; *Diuerſum etiam Græcorum Sacramentum a Pontificio.* Nunc a mente conſilioq; deductus, plane veſanis. Pontificium Sacramentum eſt, panis, & vinum aqua immixta, verbis conſecrationis in verum corpus, & verum ſanguinem tranſubſtantiata, & ſi mauis tranſelementata, vti reliqua Sacramenta gratiam conferens, conducenſque perquam maxime ad remiſſionem peccatorum, & vitam æternam conſequendam. Græcorum non aliud eſt. Haud in magno pono diſcrimine, quid antiquiores, quid recentiores cordati iſti tui viri, & pro hac eadem re plenis Synodis, & communi conſenſu Eccleſiæ condemnati ſenſerint. Rem vti modo in more poſita eſt, ex inſtituto Maiorum tum apud Græcos, tum apud Latinos narro.

EXERCITATIO XXII.

Græcos ſub ſpeciebus panis & vini verum eſſe corpus Chriſti & verum ſanguinem palam & firmiſſime profiteri, ex eorundem Ri-

tualibus libris, ſanctorum Patrum, & Doctorum illius Eccle-ſiæ, etiam Schiſmaticorum teſtimonijs. Tranſubſtantiationis nomen poſt inſtitutionem huius Sacramenti, tranſitum nempe ex ſubſtantia in ſubſtantiam ſemper apud Græcos de Sacramento altaris innoleuiſſe varijs dictionibus Μεταποιεῖσθαι, Μεταβάλλεσθαι, Μετασκευάζεσθαι, Συναλίσκεσθαι, Μεταρρυθμίζεσθαι, Ἀλλοιοῦσθαι, Μεταστοιχειοῦσθαι, *& ſimilibus.*

DE Tranſubſtantiatione quid apud Latinos cordati viri ſenſerint, eorum dictis ſupra peruicimus: ad Græcos oratio conuertenda eſt, qui vel plane inſipiunt, cum ore profiteantur, quod corde non credunt: vel ſi ſubleſti non ſunt, non aliud lingua exprimunt, aliud verſant in mente. Quod ſi id in vno, vel altero concederemus, certe ad eorum communitatem, ſi quis id tranſfundat, næ is homo pluſquam inſanas haberetur. Græci in ſuis Liturgijs, quas diebus ſingulis recitant, & in alijs Officijs, & potiſſimum dum præparantur, antequam Euchariſtiam abſumant, vti firmum, fixumque ſibi confirmant, dum panem illum, & vinum a ſacerdote ſibi porrectum ore accipiunt abſumendum, fatentur ſe manducare veram carnem Chriſti, & verum ſanguinem bibere. Ergo credunt, panem illum & vinum verum eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti; & eſſe corpus & ſanguinem, cum panis ex ſe non habeat; ſic enim omnis panis, & vinum eſſet corpus & ſanguis Chriſti, neceſſe eſt, vt illi pani & vino peregre accita ſint corpus & ſanguis, nec ab alio niſi ab illis conſecrationis verbis. Ergo verbis illis conſecrationis panis, & vinum tranſubſtantiatur, vel tranſelementatur aduentu Spiritus ſancti, in veram carnem, & verum ſanguinem, carnem, inquam, quam ipſi, comedere, & ſanguinem, quem ipſi bibere fatentur. Non eſt cur dicas, Liturgias, ſiue Miſſas eſſe cultum impium, idolatria plenum, & recentiorum pulchra reperta, ideo-

que

que nullius esse momenti, nec multum conferre ad probationem dogmatum. Mihi modo res non est cum Reformatis, cum Græcis negotium est. Annon ex eorum probatissimis scriptis, sententia eorum quænam sit, expiscanda est? Græci Liturgias suas acceptas referunt Basilio, Chrysostomo, Iacobo, eisque vti veritatis arcibus insident, & post diuina oracula secundas illis partes tribuunt, nec in illis mendacium, aut fucatas præstigias suspicantur inesse, sed summam rerum & dogmatum firmitatem. Ergo quidquid dicunt Græci illis suggerentibus, firmiter tenent, & credunt. Ergo etiam firmiter tenent, & credunt, sub panis, & vini speciebus veram Christi carnis, & sanguinis substantiam contineri. Hoc postmodum tam Græcorum Patrum antiquorum, quam recentiorum Catholicotum, & Schismaticorum testimonijs suffulcitur. Et extra Liturgias in Officio ante communionem edito cum Horologio Græco; Πιστεύω, ὅτι τοῦτο αὐτό ἐστι τὸ ἄχραντον σῶμα σου, καὶ τοῦτο αὐτό ἐστι τὸ τίμιον αἷμα σου, sub Chrysostomi nomine. *Credo hoc ipsum esse immaculatum tuum corpus, & hoc ipsum esse pretiosum sanguinem tuum*. Itidem Oratione ad Virginem, Εὐχαριστῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τὸν ἀνάξιον κοινωνὸν γενέσθαι τοῦ ἀχράντου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ υἱοῦ σου. *Gratias tibi ago, quod me indignum dignum fecisti, vt particeps fierem immaculati corporis, & pretiosi sanguinis filij tui*. Ignatius Martyr apud Theodoretum Dialogo 3. Simonianorum, & Saturnianorum hæresim notans scribit ad Smyrnenses, *Eucharistias, & oblationes non admittunt, quod non confitentur, Eucharistiam esse carnem Saluatoris, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitauit*. Et Epist. ad Romanos. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. ἄρτον τοῦ Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ ἐστι σὰρξ τοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαυίδ, καὶ Ἀβραάμ, καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ. *Non gaudeo nutrimento corruptionis, non voluptatibus vitæ huius. Panem*

Dei volo, panem cælestem, panem vitæ, quæ est caro Christi filij Dei, qui factus est posterioribus temporibus ex semine David & Abrahæ, & potum volo sanguinem illius. Dionysius Alexandrinus Epistola ad Sixtum Romanum Pontificem apud Eusebium Histor. Eccles. lib.7. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ, ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι. *Etenim eum qui Eucharistias audiuisset, qui Amen una pronunciasset, qui mente astitisset, qui manus ad sacrum illud alimentum suscipiendum porrexisset, qui illud recepisset, qui longo tempore corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi fuisset particeps, de integro renouare non audebam.* Athanasius Apologia secunda aduersus Arianos; Τοῦτο μόνον ἐστὶ τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προεστώτων, μόνον γὰρ ὑμῶν ἐστι προπίνειν τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, τῶν δὲ ἄλλων οὐδενός. ἀλλ᾿ ὅσον τὸ μυστικὸν ὁ θλαίων ἀσεβὴς, τοσοῦτον ἀσεβέστερος ὁ ἐνυβρίζων τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἐνυβρίζει γὰρ ὁ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν τοῦτο ποιῶν. *Idemque duntaxat penes eos habetur, qui Ecclesijs præsunt, solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius. Ceterum vt impius est, qui hunc mysticum calicem frangit; ita multo magis impius est, qui sanguini Christi contumeliam facit. Contumeliam autem facit, qui præter Ecclesiasticam constitutionem calice illo abutitur.* Gregorius Nazianzenus Orat. secunda de Paschate; Ἀλλ᾿ ἀνεπαισχύντως, καὶ ἀνενδοιάστως φάγε τὸ σῶμα, πίε τὸ αἷμα, εἰ τῆς ζωῆς ἐπιθυμητικῶς ἔχεις. *Quin potius sine pudore, ac sine dubitatione corpus ede, sanguinem bibe, si modo vitæ desiderio teneris.* Idem in Apologetico; Τίς ὁ πλάττων καθάπερ αὐθημερὸν τοὺς πηλίνους, τὸν τῆς ἀληθείας προστάτην, τὸν μετὰ Ἀγγέλων στησόμενον, καὶ μετὰ Ἀρχαγγέλων δοξάσοντα, καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον ἀναπέμψοντα τὰς θυσίας, καὶ Χριστῷ συνιερεύσοντα, τὸν ἀναπλάσσοντα τὸ πλάσμα, καὶ παραστήσοντα τὴν εἰκόνα, καὶ τῷ ἄνω κόσμῳ δημιουργήσοντα, καὶ

τὸ

τὸ μεῖζον εἰπεῖν θεὸν ἐσόμενον καὶ θεοποιήσοντα. *Quis est, qui veritatis propugnatorem, vnius diecula spatio, veluti eluto statuam fingit: illum inquam, qui cum Angelis stabit, cum Archangelis glorificabit, & ad supremum altare sacrificia transmittet, cum Christo sacerdotio fungetur, figmentum transmutabit, imaginem exhibebit, superno mundo opificium aget, & vt quod maius est dicam, Deus erit, Deumque efficiet* Nota hic, sacerdotem figmentum transmutare, in superno mundo creare, & vti Deum, Deum efficere. Macarius Ægyptius Homil. 4. Σωματοποιεῖ γὰρ ἑαυτὸν καὶ εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν ὁ κύριος, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὁ τρώγων τὸν ἄρτον τοῦτον ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἵνα ἀναπαύσῃ ἀνεκλαλήτως, καὶ ἐμπλήσῃ εὐφροσύνης πνευματικῆς τὴν ψυχήν. καὶ γάρ φησιν, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. *Se ipsum enim corporeum reddit Dominus in cibum & potum, sicut scriptum est in Euangelio; qui manducat panem hunc, viuet in æternum: vt recreet ineffabiliter, & lætitia spiritali repleat animam: inquit enim, ego sum panis vitæ.* Origenes contra Celsum lib. 8. Ἡμεῖς δὲ τῷ παντὸς δημιουργῷ εὐαρεστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους ἅγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μετ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. *Nos vero creatori rerum omnium morem gerentes, panes etiam, qui offeruntur, cum gratiarum actione & oratione, pro acceptis donis comedimus, qui quidem corpus fiunt sanctum quoddam, eos sanctificans, qui bono cum proposito ipsis vtantur.* Isidorus Pelusiota in Epistolis. Ὥσπερ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ὑποπεσὸν τοῖς ὀδοῦσι τοῦ ᾅδου φθορὰν μὲν θανάτου τηνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ θανάτου οὔ. οὕτω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τοῖς ὀδοῦσιν ὑποπίπτον τοῖς ἡμετέροις φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίσταται. διαφθορὰν δ' οὐ μένουσαν. ἀλλ' εὐθέως ἀπαρτιζόμενον τῇ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ οὐ δίδοται, πλὴν οὐ δίδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαραμένει ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς. *Quemadmodum corpus Domini, cum dentibus inferni subiacuisset, corruptionem mortis admisit, sed non mortis absolutam corruptionem: sic etiam nunc ipsum corpus Domini, dum nostris dentibus subijcitur, pari modo corruptionem su-*

subit, sed non absolutam: statim enim essentiæ animæ conglutinatum non deditur: & tantum abest vt dedatur, vt in futura secula vna cum iustorum animis inhæreat. Nilus Discipulus Ioannis Chrysostomi, Epist. ad Philippum Scholasticum; Ἐκ παπύρου καὶ κόλλης χάρτης κατασκευασθεὶς, χάρτης ψιλὸς καλεῖται. ἐπεὶ δὲ ὑπογραφὴν δέξηται βασιλέως, δῆλον ὡς Σάκρα ὀνομάζεται. οὕτως μοι νόει καὶ τὰ θεῖα μυστήρια· πρὸ μὲν τῆς ἐντεύξεως τοῦ ἱερέως, καὶ τῆς καθόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος ψιλὸν ἄρτον ὑπάρχειν καὶ οἶνον κοινὸν τὰ προκείμενα λέγομεν, μετὰ δὲ τὰς φοβερὰς ἐκείνας ἐπικλήσεις καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ζωοποιοῦ, καὶ προσκυνητοῦ, καὶ ἀγαθοῦ Πνεύματος, οὐκέτι ψιλὸν ἄρτον, καὶ κοινὸν οἶνον τὰ ἐπιτεθειμένα τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν εἶναι, ἀλλὰ σῶμα καὶ αἷμα τίμιον, καὶ ἄχραντον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τῶν ἁπάντων, καθαρίζον ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ τοὺς μεταλαμβάνοντας φόβῳ καὶ πόθῳ. *Ex papyro & glutine compacta charta, charta simplex dicitur. Vbi autem subscriptionem Imperatoris acceperit, manifestum est, eam Sacram nominari. Sic mihi intellige & diuina mysteria, ante enim precationem sacerdotis, & descensum sancti Spiritus merum simplicemque panem, ac vinum vulgare proposita dicimus. Post terribiles autem illas inuocationes, & aduentum viuifici, adorandi, & boni Spiritus, non iam simplicem penem & vulgare vinum oblationes impositas sacræ mensæ credimus, & confitemur esse verum corpus & sanguinem pretiosum, atque immaculatum Christi Dei omnium, purgantem ab omni inquinamento communicantes ijs cum timore, & desiderio multo.* Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus Refutatione secunda hæresis Iconomachorum; Διὸ κατὰ τὸν τῆς εἰκόνος λόγον, ὃν αὐτοὶ εἰσηγήσασθε ἐξ ἀνάγκης, ἢ συγκαταθύεσθε τὸν λόγον ὁμολογήσετε διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἢ διὰ τὸ ἀπερίγραπτον εἶναι κεχωρίσθαι τοῦ σώματος, καὶ οὐδὲν πλέον ἄρτου κοινοῦ καὶ οἴνου ἱερουργήσετε· ἢ μεταλήψεσθε. σωτηρίας δὲ ἢ ἁγιασμοῦ μετέχειν, οὐδὲ ὑπονοεῖν ἄξιον. ὁ δὲ πιστὸς οὐκ ἀποπλανᾶται. πιστεύει γὰρ, ὅτι σῶμα Χριστοῦ ἐστι τὸ παρὰ τοῖς ἀξίοις ἱερουργούμενον, καὶ ἐν χερσὶ συνέχων περιγεγραμμένον οἶδεν, ἐνδεικνύς τε

ἁγια-

ἁγιάζεται, καὶ ἁμαρτιῶν καθαίρεται, καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἐπιτεύξεως διὰ τούτων ἀσφαλῆ τὴν ἐλπίδα κέκτηται. Propterea secundum rationem imaginis, quam vos introducitis, necessario aut vna simul verbum sacrificari conceditis, propter vnam hypostasim, aut, quod incircumscriptum sit, diuisum esse a corpore, nec vltra aliud quam panem communem & vinum eße, quod sacrificatis, & participatis. Salutis vero, aut sanctificationis participes esse, nec vel mente cogitare dignum est. Sed fidelis non decipitur: Nanque credit corpus Christi esse, quod a dignis sanctificatur, & manibus tenens circumscriptum eße nouit, idque dum comederit, sanctitatis compos fit, & a peccatis expurgatur, & regnum cœleste se consecuturum per ea certam spem habet. Ioannes Chrysostomus Homil. 26. In Matthæum; Πόσοι νῦν λέγουσιν, ἐβουλόμην αὐτοῦ ἰδεῖν τὴν μορφὴν, τὸν τύπον, τὰ ἱμάτια, τὰ ὑποδήματα. ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις, Quot modo dicunt; Vellem formam & speciem eius, vellem calceamenta videre. Ipsum vides, ipsum tangis, ipsum comedis. In caput 10. Epistolæ prioris ad Corinthios. Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; Calicem benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio corporis Christi est? Et infra; Ὃ γὰρ λέγει τοῦτό ἐστιν. ὅτι τοῦτο τὸ ἐν ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν. Hoc est autem quod dicit: id quod est in calice, est id quod fluxit e latere, & illius sumus participes. Et homil. 3. ad Ephesios; Περὶ σώματος ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ τούτου οὐδὲν ἐκείνου διαφέροντος, οὐδὲ διεστῶτος. ὅσοι μετέχομεν τοῦ σώματος, ὅσοι τοῦ αἵματος ἀπογευόμεθα, ἐννοεῖτε, ὅτι ἐκείνου τοῦ ἄνω καθημένου, τοῦ προσκυνουμένου παρὰ Ἀγγέλων, τούτου ἀπογευόμεθα. &c. De corpore a nobis agitur, & hoc, quod ab eo nihil differt, nec distat. Quicunque corporis sumus participes, quicunque gustamus sanguinem, cogitemus, quod illius sanguinem gustamus, qui supra sedet, qui adoratur ab Angelis. &c. Idem sermone de Incredulitate Thomæ; Μακάριοι ὑμεῖς οἱ καθ' ἑκάστην πανήγυριν ὁρῶντες αὐτὸν, καὶ προσφέροντες τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς στόμασι καταπαζόμενοι καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίοντες, καὶ μὴ καταναλίσκοντες, ὃ ἐσθίετε. ἀλλ' ὦ μυστηρίων φρικτῶν

ὁ κα-

ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς δεξιαῖς εὑρίσκεται τῶν ἁμαρτωλῶν. *Beati vos, qui singulis celebritatibus videtis eum, & admouetis ad oculos, & ore exosculamini, & dentibus comeditis, & non consumitis, quod comeditis. Sed ò tremenda mysteria, qui sedet in dextera Patris, is reperitur in manibus peccatorum.* Homil. 11. ad populum Antiochenum; Εἰ γὰρ πορφυρίδα τὶς βασιλικὴν, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο χερσὶ δέξασθαι μεμιασμέναις, πῶς σῶμα δεσποτικὸν δεξόμεθα ἀκαθάρτῳ γινομένῃ γλώττῃ; ὁ μὲν γὰρ ὅρκος τοῦ πονηροῦ. ἡ δὲ θυσία τοῦ δεσπότου. *Si nemo nanque purpuram regalem manibus accipere inquinatis auderet, quomodo dominicum corpus lingua polluta suscipiemus? Iuramentum enim maligni, sacrificium vero Domini.* Theodorus Antidorum Episcopus in Expositione Missæ. Καί τοιγε οὐδὲ σῶμα καλοῖτο ἄν ποτε, τὸ μόνην κεφαλὴν ἔχον, ποδῶν δὲ καὶ χειρῶν καὶ τῶν ἄλλων μελῶν ἀπεστερημένον. ὅτι δὲ σῶμα τέλειον τὸ θυόμενον, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Licet neque corpus vnquam appellaretur, solo capite conspicuum, pedibus vero, & manibus, & reliquis membris truncum. Corpus vero, quod sacrificatur, perfectum esse discito ex ipso Christo dicente. Accipite, manducate, hoc est corpus meum.* Et infra; Καὶ εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου τελεῖται σώματος, ἀλλὰ κἂν μερίζεται ἀμέριστος διαμένει καὶ ἄτμητος ὑφ' ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει τεμνομένων. ὁ αὐτὸς ὅλος θεάνθρωπος μεριζόμενός τε καὶ εὑρισκόμενος. εἰ γὰρ καὶ φθορᾷ ὑπέστη καὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἡ σάρξ αὐτοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ, οὐκ οἶδε διαφθοράν. ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐπὶ σταυροῦ ὕψωσιν. *Et statim diuini corporis diuisio fit. Et licet diuidatur, indiuisus remanet & infractus, in vnaquaque diuisorum parte ipse totus Deus & homo diuisus reperitur. Licet enim corruptionem subierit & mortem, caro tamen ipsius in Inferno nullam corruptionem passa est. Eleuatio vero diuini corporis illius exaltationem in Cruce repræsentat.* Theodoretus Dialogo secundo. Ερ. μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις; Ὀρθόδ. Σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα Χριστοῦ. Ερ. καὶ πιστεύεις γε σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν, καὶ αἵματος; Ορθόδ. οὕτω πιστεύω. *Eran. Post sanctificationem autem quomodo*

do

do ea appellas? Orthod. Corpus Christi, & sanguinem Christi. Eran Et credis te fieri participem Christi Corporis, & sanguinis? Orthod Ita credo. Proclus Patriarcha Constantinopolitanus de Traditione Missæ; Διὰ τοιούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος προσεδόκουν, ὅπως τῇ αὐτοῦ θείᾳ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνῃ τε, καὶ ἀναδείξῃ, ὅπερ οὐκ ἔλαττον καὶ μέχρι τοῦ νῦν γίνεται, καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος γενήσεται. *Per has igitur preces Spiritus sancti aduentum expectabant, vt eius diuina præsentia propositum in sacrificium panem, & vinum aquæ permixtum, ipsum illud corpus, & sanguinem seruatoris nostri Iesu Christi efficiat. Qui quidem religiosus ritus obseruatur ad hoc vsque tempus, & ad finem vsque seculi florebit.* Cyrillus Hierosolimitanus Catech. prima Mystagog. Ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος τῆς Εὐχαριστίας πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτός. ἐπικλήσεως δὲ γενομένης ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ. *Panis, & vinum Eucharistiæ ante sacram inuocationem adorandæ Trinitatis, panis erat, & vinum simplex: peracta vero inuocatione panis quidem fit corpus Christi, vinum autem sanguis Christi.* Et Catechesi 3. Mystagog. Ὁ ἄρτος τῆς Εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐκέτι ἄρτος λιτός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ. *Panis Eucharistiæ post sancti Spiritus inuocationem non amplius est panis communis, sed est corpus Christi.* Petrus Siculus orat. contra Manichæos, siue Paulianos: Ἰδοὺ πρὸς τοῖς δυσὶ, τρίτον ἡμῖν προκείσθω κεφάλαιον περὶ τῆς φρικτῆς καὶ θείας τῶν ἁγίων μυστηρίων μυήσεως. ὅτι μέση τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως, καὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ αὕτη γέγονεν. ὅτι μὲν γὰρ φανερόν ἐστι τοῦτο, ὡς καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, τὸ δι' ὕδατος, καὶ Πνεύματος ἁγίου, ὃ πάντες χριστιανοὶ βαπτιζόμεθα, καὶ μὴ διαβληθῆναι παρ' αὐτῶν δυνάμενον, ὡς ἁπλουστάτην ἔχον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τὴν δήλωσιν, πᾶσι πρόδηλον. ὅμως καὶ ἐν τούτῳ πειρῶνται τοὺς ἁπλουστέρους ὑποκλέπτειν οἱ ἀνόσιοι λέγοντες, μὴ δεῖν λειτουργίαν τοιαύτην ἐπιτηδεύειν, μηδὲ τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος

καὶ αἵματος τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετέχειν, αἰτίαν ἐντέχνως μὴ ἐπιφέροντες διὰ τὸ τῶν Εὐαγγελικῶν, καὶ Ἀποστολικῶν μαρτυριῶν ἀποίκιλον γνώρισμα, λέγοντες δὲ μόνον, ὅτι συμβολικῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ κυρίου τό, λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων. ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀληθῶς ἄρτος καὶ οἶνος. τάχα καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ σόφισμα βασκαίνοντος αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ τῶν φωτισμῶν τῆς θείας ἐλλαμφθῆναι κοινωνίας. οὐδὲ γὰρ τοῦτο θεμιτὸν αὐτοῖς ὑπάρχει, μὴ τῷ θείῳ βαπτίσματι τελεωθεῖσι, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει βεβαιωθεῖσιν. ἡ γὰρ θεία κοινωνία τῶν τετελειωμένων καὶ πιστῶν ἐστι μετάληψις. τοῖς δὲ ἀτελέσι καὶ ἀσφραγίστοις καὶ ἀπίστοις πάμπαν ἀπρόσιτος ὑπάρχει καὶ ἀμέτοχος, διὰ τὸ ἐξ ἑκουσίου γνώμης τυφλώττειν αὐτοὺς περὶ τὴν ἀλήθειαν. πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, ὥς φησι τὸ ἱερὸν λόγιον, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα. ἡμεῖς τοίνυν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ εἶναι πιστεύομεν τὸ παντοδύναμον πρόσταγμα, ἐν μὲν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ κτισθέντος, εἰρηκότος· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ᾽ ὁμοιότητα, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν τῷ θείῳ ὑπείκουσα προστάγματι, πάντα τὰ φυτὰ ἀνελλιπῶς ἐτησίως ἐκφέρει. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ δείπνῳ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἄρτον ἀληθῶς, καὶ οἶνον δόντος καὶ λέξαντος, λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ νῦν καὶ εἰσέτι τὸ αὐτὸ διαφυλάττεται πρόσταγμα τῇ τῶν θείων ὑπηρετῶν ἱερουργίᾳ τελειούμενον. ὁρατῶς μὲν τοῦ ἄρτου προκειμένου. ἀοράτως δὲ τοῦ παναγίου ἐπιφοιτῶντος Πνεύματος, καὶ τὰ προτιθέμενα ἁγιάζοντος. καὶ οὐκ ἀντίτυπα, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ πανάγιον σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀποτελοῦντος. ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁγιαζόμεθα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταλαμβάνοντες. ἄγε δὴ καὶ τὰς περὶ τούτου ἱερὰς ῥήσεις, ὡς διάκεινται, ἐν ταῖς ἱεραῖς πτυχαῖς ὑπογράψωμεν, τῇ ἀπλάστῳ, καὶ ἀποικίλῳ τῆς φράσεως αὐτῶν πρὸς ἀξιοπιστίαν τοῦ παρόντος ζητήματος ἀρκούμενοι. τίς γὰρ ἀξιοπιστότερος τοῦ Θεοῦ; τίς δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον ἕτερος πλὴν τῶν αὐτοπτῶν αὐτοῦ καὶ ὑπηρετῶν, τῶν Εὐαγγελιστῶν λέγω καὶ Ἀποστόλων ὑπάρχει πιστότερος;

ἀν-

ὄντως οὐδείς. καὶ μάρτυς καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ τὰ θαύματα ἄληπτα παρὰ πᾶσιν ὑπάρχοντα, καὶ ἀνεπίληπτα, καὶ δεικνῦντα δούλους τοῦ Θεοῦ ἀληθινοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν, καὶ μάρτυρας. διὸ καὶ νῦν αὐτῶν λεγόντων ἀκούσωμεν. *Et iam præter hæc duo tertium a nobis caput proponatur, de tremenda diuinaque sacrorum mysteriorum initiatione, quod media inter Domini natiuitatem, illiusque crucifixionem extiterit. Hoc etenim notissimum testatumque esse, vti & sacrum Baptisma ex aqua & Spiritu sancto, quo Christiani omnes abluimur, & cui ab ipsis macula inferri non poterit, tanquam quod apertis verbis in sacris literis manifestum habetur: nihilominus etiam in hoc simplicioribus nituntur fucum facere, vere impij, dum asserunt, non opus esse simile ministerium exequi, neque sacri alimenti, pretiosi nempe corporis & sanguinis Domini, & Dei nostri participes fieri, nullam subdole causam afferentes, propter Euangelica, & Apostolica testimonia pure & sine inuolucris rem explanantia, sed tantum asserentes symbolice dictum a Domino, Accipite, manducate, & bibite ex eo omnes, verba sua indicante. Quandoquidem non erat vere panis, & vinum, forte etiam Dæmonis tergiuersatio fuit, illis inuidentis, ne lumine diuinæ communionis illustrarentur. Neque enim illis id fas est, nondum diuino Baptismo initiatis, & orthodoxa fide constabilitis. Nam diuina communio perfectorum, & fidelium est communio, imperfectos vero, & non signatos, & infideles modis omnibus arcet, neque illis sui copiam facit, quod nulla vi cogente erga veritatem obcæcati sunt. Omnis siquidem agens improba, vt sacrum eloquium asserit, odit lucem, propterea que non accedit ad lumen, ne opera illius deprehendantur. Nos igitur vnius eiusdemque Dei esse credimus omnipotens præceptum in mundi ab eodem conditi generatione, cum dixit, germinet terra herbam virentem, seminans semem secundum genus, & similitudinem, quæ nunc quoque diuino mandato obnoxia omnes plantas incessanter singulis annis producit. In sacra vero cœna sanctis Apostolis, vere panem & vinum tradidit, dixitque; Accipite, manducate, & bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, & multis effunditur in remissionem peccato-*

rum. Hoc facite in meam commemorationem. Et nunc, & futuro seculo hoc præceptum obseruatur, & diuinorum ministrorum sanctificatione perficitur, sub aspectu pane proposito, inuisibiliter vero sanctissimo adueniente Spiritu, & proposita sanctificante, & non sunt Antitypa, sed ipsum sanctissimum corpus & pretiosum sanguinem Domini nostri perficiente. Et quo nos quoque peccatores sanctificamur in remissionem peccatorum assumentes. Age vero, & diuina eloquia de hoc, vt iacent in sacris literis, subscribamus, simplici & minime fucata dictione ad maiorem præsenti quæstione fidem comparandam contenti. Quis enim ipso Deo fide dignior fuerit? Quis post illum alius præ illis, qui suis oculis ipsum inspexerunt, & seruierunt, Euangelistis, inquam, & Apostolis incorruptior ac integrior testis? Equidem nemo. Testimonio fuerint & sermo, & res gestæ eorum, & miracula apud omnes irreprehensibilia, & quæ nemo incesserit, de monstrantia, eos veros Dei seruos, & testes fuisse. Quare nunc eos audiamus. Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 133. Ὡς γὰρ ὁ Ἰωσὴφ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα σινδόνι ἐνειλήσας τῷ τάφῳ παρέπεμψεν, δι' οὗ ἅπαν τὸ γένος ἡμῶν τὴν ἀνάστασιν ἐκαρπώσατο, οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν, ἐκείνην ἡμῖν πηγάζον τὴν ἀφθαρσίαν, ἣν ὁ παρὰ Ἰωσὴφ μὲν κηδευθεὶς, ἐκ νεκρῶν δὲ ἀναστὰς Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ ἐχαρίσατο. *Vt enim Ioseph Domini corpus sindone inuolutum sepulturæ mandauit, per quod vniuersum mortalium genus resurrectionem percepit: eodem modo nos propositionis panem in sindone sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatem fontis in modum proferens, quam Saluator Iesus a Iosepho funere elatus, postea quam a morte ad vitam rediјt, largitus est.* Paulus Latrensis in constitutionibus Monasticis, quas recitat Anonymus in eius vita; Προσέρχεσθαι τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις, ὡς ἀληθῶς μεθέξοντας ζωοποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Accedere ad immaculata mysteria, vere viuificum corpus, & sanguinem Iesu Christi recepturos.*

Quid his respondes Creyghtone? Vti isti, ita & cæteri

teri Græci omnes cordati clamant, ſcriptiſque contendunt, ante conſecrationem vinum & panem, eſſe vinum & panem vtibilem, & communem, poſt conſecrationem aduenientis Spiritus virtute, eſſe verum corpus Chriſti, & verum ſanguinem, quæ oculis aſpiciuntur, manibus contrectantur, ore abſumuntur, per fauces in ſtomachum deſcendunt: & quia tu præuaricaris, negaſque ſacramentum veri corporis Chriſti & veri ſanguinis, Tranſubſtantiationis vocabulum, quod tempore Innocentij tertij in Eccleſiam introductum eſt, vti nouum reijcis: & rem ipſam ſub eo nomine Eccleſiæ ab ipſo ſui initio notiſſimam, & tot ſanctorum & cordatorum virorum ſcriptis teſtatam vocas in crimen, & cera miniata, vt dicitur, notas. Inferto tu contraria, tum demum colligito, & concludito. Non eſt cur latres: audio. Non ſum captus auribus. Quos attuliſti teſtes, beneuolo animo ad Pontificios conceſſere; ideo non mirum ſi eadem atque Pontificij diſſeminarunt. Stulta reſponſio. Ergo conclude, a Chriſto nato nullam vnquam fuiſſe Eccleſiam Catholicam, quando hæc iam tua recens & commentitia non erat. Vel ſi mauis, neque enim demoror te, conclude, Pontificijs probanda hæc eſſe ex hoſtibus, quod æque iniquum fuerit. Sed quando ex Pontificiorum aduerſarijs teſtificationes perquiris, arripe illas tibi, ſed ex infenſiſſimis, qui cum in leuioribus illam culparint, non eſt cur te in diuerſum trahant, ſi rem tanti momenti taciti præteriere. Id enim genus homines de Pontificijs cum quieſcunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. Theophylactus in cap. 6. Ioannis, *Ὥσπερ οὖν καὶ τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τῆς τοῦ κυρίου σαρκὸς οὐ νοεῖ, ἧς μὴ μεταλαμβανόμενοι ἀμέτοχοι ἔσονται τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὡς μὴ παραδεξάμενοι τὸν Ἰησοῦν τὸν ὄντα ζωὴν ἀληθινήν. οὐ γὰρ ψιλοῦ ἀνθρώπου σάρξ ἐστιν ἡ ἐσθιομένη, ἀλλὰ Θεοῦ, καὶ θεοποιεῖν δυναμένη ὡς ἀνακραθεῖσα θεότητι. Vt igitur non intelligit ſpiritalem*

vſum

vsum Dominicæ carnis, quam qui non participant, vita æterna priuabuntur, vt qui Christum non receperint, qui est vera vita. Non enim caro, quæ comeditur, est hominis nudi, sed Dei, quæ sumentem Deum efficere potest, cum sit admixta Deitati. Nicephorus Callistus Histor. Eccles. lib. 1. cap. 28. Εἶθ' αὖθις ἀναπεσόντα τὴν μυστικὴν παραδοῦναι θυσίαν τῶν καθ' ἡμᾶς φρικτῶν τε καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, ἐνζύμῳ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ἐξ ἀμπέλου γεγεννημένῳ. ἃ καὶ εὐλογήσας μετ' εὐχαριστίας καὶ ἁγιασμοῦ καὶ χάριτος μεταδιδοὺς, καὶ ὡς ἀληθῶς σῶμα ἑαυτοῦ ταῦτα εἶναι μετὰ πίστεως παρεγγυησάμενος μεταχεῖν ἐκείνους παρασκευάσαι, ἅτε δὴ τὰ κατὰ μηδὲν τῆς αὐτοῦ θείας σαρκὸς διαφέροντα. οὑτωσὶ δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς τοῖς πιστοῖς πράττειν εἰς μνείαν αὐτοῦ ἀκραιφνῆ παραδέδωκεν. *Cum vero rursum accubuißet, mysticum tradidiße sacrificium tremendorum simul & viuificorum nostrorum mysteriorum pane fermentato, & vino ex vite expresso. Eaque cum per gratiarum actionem & sanctificationem benedixisset, discipulis dedisse, & quum vere corpus, & sanguinem suum esse, quasi fide sua interposita confirmaßet, accipere & participare eos illa, quippe nulla re a diuina carne sua discrepantia iussisse; atque id ad eundem modum in futurum deinceps fidelibus faciendum ad sinceram euidentemque sui memoriam per manus tradidiße.* Ioannes Hierosolymitanus Tractatu de Azymo: Τοῦτο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν, ἐπεὶ καὶ σῶμα Χριστοῦ, τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται. τοῦτο τῶν φαύλων ἔργων δωρεῖται τὴν ἄφεσιν. τοῦτο τῆς αἰωνίου ζωῆς καθέστηκεν αἴτιον. τοῦτο τὴν καρδίαν ἡμῶν στηρίζει, μὴ ἐξολισθαίνειν ῥᾷον πρὸς τὰ κακὰ, εἰ μὴ ῥαθυμήσωμεν. *Hoc etiam apud nos est. Quandoquidem corpus Christi libertatem impertitur. Hoc prauorum operum remissionem elargitur. Hoc æternæ vitæ causa extitit. Hoc cor nostrum firmat, ne facilius labatur in mala, ni desidiæ atque inertiæ nos dederimus.* Nicolaus Cabasila de vita in Christo Orat. 1. Καὶ πλάττει μὲν αὐτοῖς ὀφθαλμὸν ἑαυτοῦ, φωτίζει δὲ ἑαυτῷ πάλιν. παρέχει δὲ ὁρᾷν ἑαυτόν, καὶ τροφεὺς ὢν καὶ τροφή ἐστι. καὶ αὐτὸς μὲν ἐστιν ὁ παρέχων τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, αὐτὸς δὲ ἐστιν ὃ παρέχει. *Et creat quidem cum ipsis oculis semetipsum: rursusque semetipso illuminat,*

ex-

exhibetque semetipsum aspiciendum, & licet altor sit, est & alimentum: & ipse quidem est, qui tradit panem vitæ, estque præterea ipse, quod exhibet: Idem ibidem Orat. 2. Σιτούμενοι δὲ τὸν ἱερώτατον ἄρτον, καὶ τοῦ θειοτάτου πίνοντες ποτηρίου, αὐτῆς μετέχομεν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τοῦ περὶ τῆς σωτηρίας προσειλημμένων. *Sanctissimum panem manducantes & diuinissimum calicem bibentes, ipsius carnis participes sumus, & ipsius sanguinis, quæ saluator assumpsit,* Idem ibidem: Ὁ δὲ τῆς ζωῆς ἄρτος, καὶ τὸ ποτήριον τῆς Εὐχαριστίας βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις ἀληθινή. *Vitæ vero panis, & Eucharistiæ calix comestio est, & verus potus.* Idem ibid. *Mensæ virtus carnem Christi & sanguinem illi, qui initiatur communia facit;* Ἡ δὲ τραπέζης δύναμις τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα κοινὰ ποιεῖ τοῦ τελουμένου. Idem ibidem Orat. 3. Τὰ θυσιαστήρια δὲ τὴν τοῦ σωτῆρος μιμεῖται χεῖρα καὶ τὸν ἄρτον ἀπὸ τῆς ἀληλιμμένης τραπέζης, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἀκηράτου χειρὸς ἐκείνης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ πίνομεν τὸ αἷμα τοῦ αὐτοῦ, καθάπερ οἷς πρώτοις ὁ δεσπότης τῆς ἱερᾶς ἐκοινώνησε τραπέζης τὴν φρίκης γέμουσαν φιλοτησίαν προπίνων. *Altaria autem saluatoris imitantur manus, & panem a mensa delibuta, velut ab incorrupta illa manu Christi, corpus accipimus, & sanguinem eius bibimus, velut illi, quos dominus primos tali commercio accepit, poculum prope tremendum propinans.* Idem Orat. 4. Καὶ γὰρ τοῦτο τὸ σῶμα τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐγένετο θησαυρός. καὶ πάσης μὲν ἦν ἄγευστον ἁμαρτίας. ἐπλήρωσε δὲ πᾶσαν δικαιοσύνην, ἐκήρυξε δὲ τοῖς ὁμοφυέσιν ἀγνοούμενον τὸν πατέρα, καὶ οἷς ἔλεγε, καὶ οἷς ἐπεδείκνυτο. τοῦτό ἐστι τὸ σφαγὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. καὶ ὃ τῇ σφαγῇ προσάγων ἐδειλία, καὶ ἠγωνία, καὶ ἱδρῶτι περιεῤῥεῖτο, καὶ προὐδόθη, καὶ συνελήφθη, καὶ κειτὴν ὑπέσχετο παρανόμων, καὶ ἐμαρτύρησε μὲν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἥ φησι Παῦλος. ἐδέχετο δὲ δίκην τῆς ὁμολογίας θάνατον, καὶ τοῦτον ἐπὶ σταυροῦ, καὶ μάστιγας μὲν ἐπὶ τῶν μεταφρένων, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἥλους, τῇ πλευρᾷ δὲ τὴν λόγχην ἐδέξατο, καὶ ἥλιος μαστιγούμενον, καὶ ὠδυνήθη προσηλούμενον. τοῦτο τὸ αἷμα τῶν πληγῶν ἐκπηδῆσαν τὸν ἥλιον ἔσβεσε, καὶ τὴν γῆν ἔσεισε,

καὶ

καὶ τὸν ἀέρα ἡγίασε, καὶ πάντα τὸν κόσμον ἀπέκλυσε τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας. *Hoc namque corpus plenitudine diuinitatis thesaurus fuit, & omnis peccati expers erat, omnem iustitiam implebat, generis consortibus Patrem, quem ignorabant, promulgauit, tum per ea quæ loquebatur, tum per ea quæ patiebatur. Immolatum est, nimirum in Cruce, & quæ immolationem præcedunt, pauidum, anxium fuit, sudore diffluxit, proditum, comprehensum est: iudicium iniquum subijt, sub Pontio Pilato passionem pertulit: bonam confessionem, vt Paulus inquit, pœnasque confessionis huius in Cruce moriens dedit. Et flagella tergo, manibus ac pedibus clauos, latere lanceam accepit. Flagris coopertum doluit, & confixum clauis cruciatum est. Hic sanguis e vulneribus erumpens solis lumen obscurauit, & terram concussit, & aërem sanctificauit, & mundum vniuersum peccati sordibus lauit.* Et infra; Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἐκεῖ ἡμᾶς ἀνελθόντας τῶν αὐτοῦ μεταχεῖν, αὐτὸς κατελθὼν εἰς ἡμᾶς τῶν ἡμετέρων μεταλαμβάνει, καὶ οὕτως ἀκριβῶς οἷς ἔλαβε συνεφύη. ὥστε δι' ὧν ἡμῖν, ἃ παρ' ἡμῶν παρέλαβεν, ἀποδίδωσιν, ἑαυτοῦ μεταδίδωσιν, καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος μετέχοντες ἀνθρωπείου, τὸν Θεὸν αὐτὸν ταῖς ψυχαῖς δεχόμεθα, καὶ σῶμα Θεοῦ καὶ αἷμα, καὶ ψυχὴν Θεοῦ καὶ νοῦν, καὶ θέλησιν οὐδὲν ἔλαττον, ἢ ἀνθρώπινα. *Quoniam enim nos ascendere, & bonorum eius participes fieri non valebamus, ipse ad nos descendit, adeoque perfecte ijs, quæ assumpsit, coaluit, vt per quæ nobis, quæ a nobis sumpsit, reddit; per ea seipsum communicat, & carne, sanguineque humano Deum ipsum animabus suscipiamus, & corpus, & sanguinem, & animam, & mentem, & voluntatem Dei, æque vt hominis.* Item ibidem; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν φυσικῶν τὸ νῦν αἷμα τῶν παίδων, οὐκέτι καὶ τῶν γεγεννηκότων ἐστίν. ἀλλ' ἦν ἐκείνων πρινὴ τῶν παίδων εἶναι, καὶ τοῦτο ποιεῖ τὸ γένος. ὅτι ὃ νῦν τούτων, ἐκείνων πρότερον ἦν. Τὸ δὲ τῆς τραπέζης ἔργον. τὸ αἷμα, ᾧ ζῶμεν, νῦν ἐστιν αἷμα Χριστοῦ, καὶ ἡ σάρξ, ἣν προσήγνυσιν ἡμῖν, τὸ μυστήριον σῶμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ, καὶ κοινά ἐστι τὰ μέλη, καὶ κοινὴ ἡ ζωή, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀληθὴς κοινωνία, ὅταν ἀμφοῖν τὸ αὐτὸ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον παρῇ. *Nam in naturalibus, qui nunc est sanguis filiorum, parentum iam non est, sed illorum fuit, prinsquam*

quam filiorum esset. Atque hæc est origo generis, quia qui sanguis nunc est horum, ante illorum erat, ex sacramento autem isthoc sanguis, quo viuimus, etiam nunc sanguis Christi est, & caro quam nobis coagmentat, corpus Christi est, & communia insuper membra, communis vita. Atque hæc est vera communio, cum ambobus idem eodem tempore adest. Idem ibidem; Ὁ γὰρ ἄρτος οὗτος τὸ σῶμα τοῦτο, ὅπερ ἐνθένδε ἀπὸ τῆς τραπέζης ἐκεῖ κομίζοντες ἥξουσι, τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἀπὸ τῶν νεφελῶν τότε φανεῖται πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ δείξει τὴν ὥραν ἀνατολῇ καὶ δύσει δίκην ἀστραπῆς ἐν μιᾷ χρόνου ῥοπῇ. *Nam panis hic, corpus hoc, quod hinc ex mensa illinc deferentes conuenient, hoc idem est, quod supra nubes tum oculis omnibus apparebit, & pulchritudinem ortui & occasui commonstrabit instar fulguris vno temporis momento.* Idem Oratione in Passionem Domini; Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον θύων τε ἐστὶν ὁ αὐτὸς καὶ προσάγων, καὶ ἱερεῖον, καὶ θῦμα, καὶ ἔδει γε μυρίων ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος καὶ θυόντων καὶ θυομένων, καὶ μηδενὸς εὑρεθέντος τοῦ δεχομένου Θεοῦ, μήτε τῶν προσαγόντων, μήτε τῶν προσαγομένων ἀξίου, τὸν ἀληθινὸν ἱερέα, καὶ τὸ καθαρὸν ἱερεῖον, πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἀναδειχθῆναι. *Et hoc modo idē ipse sacrificans est, & offerens, & victima, & sacrificiū: & cū innumeri ab orbe condito & sacrificarent itemq; sacrificarētur, & nemo repertus esset, tū ex ijs qui offerebant, tū ex ijs qui offerebantur accipiente Deo dignus, opus erat verū sacerdotem, & puram victimam in fine seculorum commonstrari.* Idem in Interpret. Missæ cap. 29. Καὶ διὰ μὲν τῶν εἰκόνων αἱ πόλεις τὸν τύπον μόνον τοῦ σώματος ἔχουσι τῶν εὐεργετῶν, ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τῆς προσαγωγῆς ταύτης, οὐ τὸν τύπον μόνον τοῦ σώματος ἔχομεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἀριστέως. *Et medijs imaginibus vrbes figuram tantum corporis possident eorum, qui de se bene meriti sunt: nos vero ex hac oblatione non solum figuram corporis possidemus, sed corpus ipsum strenuissimi optimatis.* Idem ibidem cap. 28. Καὶ οὐ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μόνον ἔπεμψεν ὁ κύριος ἡμῖν, ὥστε μένειν μεθ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπηγγείλατο μένειν μεθ' ἡμῶν μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· ἀλλ' ὁ μὲν παράκλητος ἀόρατος πάρεστιν, ὅτι σῶμα αὐτὸς οὐκ ἐφο-

ἐφόρεσεν. ὁ δὲ κύριος καὶ ὁρᾶται, καὶ ἁφῆς ἀνέχεται διὰ τῶν φρικτῶν καὶ ἱερῶν μυστηρίων, ὡς ἂν τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ δεξάμενος, καὶ φέρων εἰς τὸν αἰῶνα. *Et non solum Spiritum sanctum misit nobis Dominus, vt maneret nobiscum: sed ipse quoque promisit manere nobiscum vsque ad consummationem seculi. Verumtamen Paracletus inuisibiliter adest, quod corpus ille nullum portauit: sed Dominus & conspicitur, & tactum suffert per tremenda sacrosanctaque mysteria, tanquam ille, qui nostram naturam accepit, fertque in omne æuum;* Simon Thessalonicensis Dial. contra Hæreses; Ὕστερον δ' αὖθις εἰσκομισθέντων τῶν ἱερῶν λειψάνων τοῦ θειοτάτου ἄρτου ἐν τῷ ἱερῷ ποτηρίῳ, δείκνυται τοῖς πᾶσιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, αὐτὸ αὐτοῦ ἀληθῶς τὸ σῶμα καὶ αἷμα, ὃ διὰ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν περιούσιον ἱερούργησεν, καὶ γεύεσθαι, καὶ βλέπειν, καὶ ἅπτεσθαι παρέχει τε, καὶ ἐφίεται. διὸ καὶ ὁ ἱερὸς λαὸς ἐκ ψυχῆς ὁρᾷ τοῦτον, καὶ προσκυνεῖ, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτεῖται. *Tandem rursus intromissis in sacrum calicem sacris diuini panis reliquijs, ostenditur omnibus, qui est Christus, ipsum illius verum corpus, & sanguis, quæ propter nos populum suum peculiarem sacrificauit, & comedere, & oculis vsurpare, & attrectare concedit, & concupiscit. Quapropter sacer populus ex animo eum aspicit, & adorat, & ad salutem sibi necessaria ab eo flagitat.* Idem ibidem; Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἐν τῷ ποτηρίῳ ζῶντα ἄρτον μετὰ τοῦ αἵματος μέχρις ἐδάφους ὁλοψύχως δεῖ προσκυνεῖν. καὶ οὕτω τὰς χεῖρας δεσμεῖν σταυρικῶς πρὸς ἔνδειξιν τῆς δουλείας, καὶ τῆς τοῦ ἐσταυρωμένου ὁμολογίας. ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ κοινωνῆσαι προσέρχεται, καὶ οὕτω μετὰ φόβου καὶ φρίκης, καὶ ταπεινώσεως καρδίας δεῖ προσέρχεσθαι. *Et ipsum etiam, qui in calice est, sacrum panem, & sanguinem ad pauimentum vsque inclinati ex toto corde adorare debemus, & sic manus adinstar Crucis copulando iungere, vt seruitutem indicemus, vnaque simul crucifixum profiteamur, quando iam paratus est, illius particeps fieri. Et sic cum timore, & tremore, & cordis humilitate accedendum est.* Idem ibidem; Τοῦτο δὲ τὸ ἀντίδωρον ἡγιασμένος ἄρτος ἐστὶν, ἐν τῇ προθέσει προσενεχθεὶς, οὗ τὸ μεσαίτατον ἐκβληθὲν ἱερουργήθη, καὶ σῶμα Χριστοῦ γέγονεν. *Hoc Antidorum,*

rum, donum vice panis consecrati, *sanctificatus panis est in Prothesi adductus, cuius pars media extracta sacrificata est, & corpus Christi facta.* Idem ibidem; Τοῦτο φρίκης ἁπάσης μεστόν. δείκνυσι γάρ, ὡς οἰκονόμος τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων γίνεται. καὶ οὐκ ἄλλον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν τὸν ζῶντα ἄρτον λαμβάνει ἱερουργεῖν, καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ὡς παρακαταθήκην πιστεύεται. *Hoc tremoris vniuersi plenum est. Namque ostendit diuinorum mysteriorum Oeconomum fieri, non alium sed Iesum viuum panem accipit consecrandū & sacerdotium illius, & ipse veluti depositum suæ fidei mandatur.* Anonymus de Azymis contra Latinos; Οἱ γὰρ ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντες τῆς χάριτος ἄρτον ἐσθίουσι τὸ σῶμα Χριστοῦ, καὶ πίνουσιν αἷμα τὸ ἄχραντον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔχουσι μετ' ἀλλήλων, καὶ μετὰ Χριστοῦ κοινωνίαν καθαριζόμενοι, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. *Qui enim in luce inambulant gratiæ, panem edunt corpus Christi, & sanguinem immaculatum illius bibunt, & sic mutuo & cum Christo interse communicant, & expurgantur, vt iam dictum est, ab omni peccato.* Et; Καὶ μόνη καινὴ κτίσις ἐστὶν ἐν Χριστῷ ἡ τῶν πιστῶν ἐκκλησία, ἐν ᾗ μόνος ὁ ἄρτος τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ποτήριον τοῦ ἀχράντου αὐτοῦ καὶ θείου αἵματος. ἡ δὲ καινὴ κτίσις ἐσμὲν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Et sola noua creatura est in Christo fidelium Ecclesia, in qua solus panis corpus Christi, & calix immaculati, ac diuini illius sanguinis. Et noua creatura sumus in Iesu Christo.*

Si lucidiora poscis Creyghtone, ea plane in ingenuis artibus omnibus instructissimo, & in recto omni studio versatissimo isthoc seculo non facile repereris. Hęc decretis statuta, edictisque sancita Græcorum antiquorum, recentiorum, Catholicorum, Schismaticorum, hæreticorum ante, & post schisma sunt, & nunc ipsa eadem prædicant, & scribunt. Pontificiorum non alia sunt. Nequissime ergo concludis, *Canonem Basilij & Chrysostomi diuersum esse a Canone Romano, & Græcorum sacramentum a Pontificio.* Et quod peius est, hanc tuam nullis herbis medicabilem insaniam cordatis tuis viris, & tuo tam

callidissimo patrono Syropulo affigis, cum quæ ille de ritibus exequitur, tu ad dogmata transferas. Neque demiror, de Transsubstantiatione sermo est, rem sanctissimam sonante, te, qui a sacris alienus es, inter iocularia profanorum hominum dicacitatē insaniter numerare, & ex sacris reijcere. Hinc fit, vt mutatis rerum conditionibus alias supponas, & afflictis affanijs inter nebulones colloces, illosque ad deliramenta tua comprobanda testes aduoces. Sic qui apud te *cordati* sunt, apud vere cordatos a mente alienissimi reputantur. Non proijcio hanc tuam transsubstantiationem, qua te inter dementissimos recenses. *Primum Græci de Transsubstantiatione nunquam cogitarunt*. Et vt tui argumenti vis magis ac magis firmitatem nanciscatur, *nec per insomnia quidem*. o peponem! Transsubstantiatio est ex vna substantia in aliam transitus, non dimotis, neque labefactatis accidentibus. Neque enim te adeo bacchantem existimo, vt de verbo Transsubstantiationis Latine pronunciato te intelligere, etiam per insomnium, cogitem. Græci siquidem res, quas aliæ nationes suis vocabulis, ipsi suis, vti possunt, vim verbi interpretantes Græcis sonis euulgant. Quare de re sub tali vocabulo notata intelligendus es. Erit itaque Transsubstantiatio sua significatione non alia, quam *mutatio*, *transmutatio*, *permutatio*, *immutatio*, *commutatio*, *transformatio*, *transitus*, *migratio*, *conuersio*, *transelementatio*, et si quæ sunt alia apud Latinos, *ex vna re in aliud:* quod fuerit apud Græcos, Μεταποίησις, μεταβολὴ, μετασκευὴ, συναλλοίωσις, ἀλλοίωσις, μεταρρύθμησις, μεταστοιχείωσις. Et hinc verba μεταποιεῖσθαι, μεταβάλλεσθαι, μετασκευάζεσθαι, συναλλοιοῦσθαι, μεταρρυθμίζεσθαι, ἀλλοιοῦσθαι, μεταστοιχειοῦσθαι. Hæc vbi ostendero apud Ecclesiæ Græcæ Patres, atque Doctores, antiquos, recentes, catholicos, schismaticos, hæreticos in isto transitu ex vna substantia in aliam, verba similia vsurpasse, non puto negabis, eam Ecclesiam, & Græcos ipsos, non per insom-

som-

somnia, sed re ipsa de Transsubstantiatione non cogitasse modo, sed statuisse firmiter : & vt via, & ratione oratio procedat, de singulis vti disposita sunt, sermonem instituemus.

Μεταποίησις, & Μεταποιεῖσθαι. Græca Ecclesia in Euchologio, in ordine seruando, si mota fuerit sacra mensa; Καὶ δεόμεθά σου δέσποτα πολυέλεε, πλήρωσον δόξης, καὶ ἁγιασμοῦ καὶ χάριτος τὸ ἁγιαστήριον τοῦτο, εἰς τὸ μεταποιεῖσθαι τὰς ἐν αὐτῷ προσφερομένας σοι ἀναιμάκτους θυσίας τοῦ ἀχράντου σου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, πρὸς σωτηρίαν τοῦ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, καὶ τῆς ἡμῶν ἀναξιότητος. *Rogamus ideo valde misericors Domine, gloria, sanctitate, & gratia altare hoc reple, vt oblatæ in eo incruentæ hostiæ illibati corporis, & pretiosi sanguinis vnigeniti Filij tui, in populi tui, nostræque indignitatis salutem transmutentur.* Eadem repetunt in consecratione Antimensiorum. Et Oratione in plantanda vinea; Ἔπιδε καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξία σου, ἵνα ἀποδῷ ἐν καιρῷ τοὺς καρποὺς αὐτῆς εἰς ὥραν, καὶ καταξιωθῶμεν τρυγῆσαι καὶ προσκομίσαι σοι ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ μεταποιηθῆναι εἰς αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. *Respice & visita vineam istam tua dextera plantatam, vt in tempore & maturitate fructus proferat, & ex ijs offerre tibi in Christi tui sanguine conuertendos.* Gregorius Nyssenus Orat. Catechetica, Καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. *Pulchre nunc Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbo corpus credimus transmutari.* Theophylactus in cap. 6. Ioannis; Μεταποιεῖται γὰρ ἀρρήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς σάρκα τοῦ κυρίου. *Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti Spiritus in carnem Domini.* Ἀρρήτῳ γὰρ ἐνεργείᾳ μεταποιεῖται κἂν φαίνηται ἡμῖν ἄρτος. ἐπεὶ γὰρ ἀσθενεῖς ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἂν ἐδεξάμεθα κρέας ἐσθίειν ὠμὸν, καὶ ἀνθρώπου σάρκα, διὰ τοῦτο ἄρτος μὲν ἡμῖν φαίνεται, σὰρξ δὲ τῷ ὄντι ἐστίν. *Ineffabili enim operatione transformatur, etiamsi nobis videa-*

deatur panis: quoniam infirmi sumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maxime hominis carnem: & ideo panis quidem apparet, sed re vera caro est. Matthæus Hieromonachus Tract. de Azymis contra Latinos; Καὶ τοῦτο τὸ οἰκεῖον εἶναι σῶμα. μεταποιεῖται γὰρ ἀτεχνῶς ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ θείᾳ δυνάμει εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα. εἰ καὶ ἡμῖν ἀθένεαν δήπου περιεχομένοις, ὡς ἄρτος ἔτι καθορᾶται. οὐ γὰρ ἂν συνεχόμεθα σαρκῶν ὠμῶν ἅπτεσθαι ἔτι φοινισσομένων τῷ αἵματι. *Et hoc proprium esse corpus: neque enim ex arte transformatur, sed ineffabili quadam diuinaque virtute in ipsum corpus Domini, licet nobis imbecillitate oppressis, vti panem intuendum se dedit: neque tolerare potuissemus carnes crudas, & recenti sanguine effuso madidas attrectare.* Theodorus Antidorum Episcopus in expositione Missæ; Εἶτα μετὰ τὴν ἐπαγομένην εὐχὴν ἀναδείκνυσιν ὁ ἀρχιερεὺς τὰ ἅγια λέγων. ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα, μεταβαλὼν τὸ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, ἃ δὴ καὶ γινώσκομεν καὶ πιστεύομεν οὕτω μεταποιεῖσθαι ὡς ἡ ἐπίκλησις ἔχει. *Postmodum post subsequentem orationem ostendit sacerdos sancta dicens. Fac quidem hunc panem, ipsum pretiosum corpus Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi; quod vero in calice est, ipsum pretiosum sanguinem tuum, transformata Spiritu sancto tuo. Quæ vero & cognoscimus, & credimus hoc modo immutari, vt inuocatio continet.* Petrus Patriarcha Antiochenus Epist. ad Episcopum Gradensem: Ὁ δὲ διὰ τῆς προζύμης τέλειος ἄρτος, ὁ διὰ τῆς ἁγιστείας μεταποιούμενος εἰς τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνάμνησιν ἐδόθη τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ. *Panis vero ex fermento perfectus per consecrationem sanctificatus in immaculatum corpus Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi conuersus, in commemorationem illius incarnationis datus est.* Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus de Azymis; Καὶ κοινὰ ἐστι τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ φυσικοῦ διδασκόμενα, ἰδιαίτατα δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ὡς γνώρισμα εἰς ἀνάμνησιν τῆς σφῶν ἐλευθερίας ἐδόθη τὸ ἄζυμον, ἡμῖν δὲ τὰ πάντα καινά, καὶ

μή

μὴ καθοτιουῦ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἐξιζάζοντα. τὰ τε οῦν εἰς βίου βελτίωσιν πολλῷ κρείττω τῶν ἀυδαζομένων τοῖς ἔθνεσιν, ὥσπερ καὶ εἰς θυσίαν πολλῷ καλλίονα καὶ ἐξαίρετα, ἄρτος καὶ οἶνος εἰς σῶμα, καὶ αἷμα μεταποιούμενα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνάμνησιν φέροντα τοῦ φρικωδεστάτου θύματος τοῦ τὴν κοσμικὴν ἐξαλείψαντος ἁμαρτίαν. *Et gentibus communia sunt, tanquam quæ lege naturali instruantur: sed Iudæis potissimum, vti nota in commemorationem suæ libertatis azymum traditum est. Nobis vero noua omnia, nulla in re cum gentibus alijs æqualia. Quæ itaque in vita correctionem meliorem faciunt, multo aliarum gentium præstantiora sunt, quemadmodum & sacrificia multo præstabiliora, atque excellentiora, panis & vinum, quæ in corpus, & sanguinem Christi transformantur, & commemorationem inferunt tremendissimæ veræque victimæ mundanas abolentis iniquitates.* Simeon Patriarcha Hierosolymitanus. Ὁρᾶτε ὅτι ἄρτος ἦν ἡ δοθεῖσα παρὰ Θεοῦ θυσία τοῖς Ἀποστόλοις, καὶ οὐκ ἄζυμον. ὁ γὰρ ἄρτος ἄρτιός ἐστι καὶ λέγεται, καὶ θυσία ὁλοτελὴς καὶ ὁλόκληρος διὰ τῆς προζύμης καὶ τοῦ ἅλατος, καὶ τοῦ ὕδατος εἰς τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς ἁγιστείας μεταποιούμενος. *Aspicite, panem esse sacrificium a Deo traditum Apostolis, & non azymum: nam panis integer est & dicitur, & sacrificium integrum, & omnibus suis partibus constans, quod fermento, sale, & aqua confectum in immaculatum Domini & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi per sanctificationem conuertitur.* Nicolaus Methonensis Tractatu de Azymis: Τὴν τοίνυν μυστικὴν, καὶ ἀναίμακτον ἱερουργίαν, καθ' ἣν τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον καθαγιάζομεν εἰς τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν, παρὰ τίνος αὐτὴν ἀρχὴν φαίης δοθῆναι; ἆρ' οὐχὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς ἡμᾶς τὰ ἱερὰ διδάσκουσιν Εὐαγγέλια. *Hoc igitur mysticum, & incruentum sacrificium, in quo panem & calicem sanctificamus, in corpus & sanguinem Domini transmutari credimus: a quonam in principio traditum? dices: nonne ab ipso Deo & Saluatore nostro Iesu Christo, vti nos sacra Euangelia perdocent?* Et, Ἀναγκαῖα δὲ ἡμῖν αἰσθήσεις τεῦσι, καὶ ὑπὸ χρόνον τὸν παρέρα-

λύ-

λήθης τυγχάνουσιν ἡ τῆς εὐεργεσίας ἀνάμνησις, ἵνα μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς ἐξ ἀμνημοσύνης, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς γεγονότες, ὅτε τῆς χάριτος οὐ μετείχομεν. διὰ τοῦτο ἄρτος καὶ οἶνος τὰ μυστικὰ ταῦτα παραλαμβάνεται σύμβολα. τὰ διὰ τῆς πνευματικῆς ἁγιστείας εἰς σῶμα Χριστοῦ, καὶ αἷμα μεταποιούμενα, δι' ὧν ὁ θάνατος τοῦ κυρίου, καὶ ἡ ζωοποιὸς ἀνάστασις διὰ παντὸς καταγγέλλεται. οἱ καὶ πρῶτοι μυηθέντες οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου, παρ' αὐτοῦ τοῦ λόγου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, καὶ ἑτέραν μέχρι τῆς ἡμετέρας διὰ τῶν ἐν τῷ μέσῳ πατέρων παρέπεμψαν, ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ κυρίου, καὶ παραδιδόντες ἄλλοις ἄλλοι τοῖς διαδόχοις τὰ μεγάλα ταῦτα, καὶ θαυμαστά, καὶ ἐξαίρετα. *Necessaria porro nobis hominibus, & tempori obliuionis parenti obnoxijs beneficij cõmemoratio, ne forte in obliuionem adducamur, vt in principio contigit, cum gratiæ non eramus participes. Propterea panis & vinum mystica hæc symbola assumuntur, quæ spiritali sanctificatione in corpus Christi ac sanguinem conuertuntur, quibus mors Domini & viuifica resurrectio continuo denunciatur: & quibus primi, cum initiati essent, qui ab initio verbum aspexerant, illique inseruierant, ab eodem verbo in generationem, & generationem, & aliam ad hæc nostra tempora per eos, qui inter nos, & illos intermedij fuerunt, ad nos demandarunt, denunciantes laudes Domini, & tradentes alij alijs successoribus magna hæc, & admirabilia, & excellentia.* Samonas Dialogo cum Achmete; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὸν κόσμον πεποίηκεν, καὶ ὁ αὐτοῦ λόγος ἀληθής ἐστι, καὶ ζῶν, οὐ δύναται τὸν ἄρτον εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα μεταποιῆσαι, καὶ τὴν τοῦ οἴνου καὶ ὕδατος κρᾶσιν εἰς τὸ ἴδιον αἷμα; *Si enim ex non existente mundum facit, & eius verbum verum est, & viuens non potest panem in proprium corpus transformare, & vinum aqua mixtum in sanguinem?* Elias Cretensis Commentario in Apologeticam Orat. Gregorij Nanziazeni; Θυσίαν τὴν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου λέγει, ἅπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης προκείμενα διά τινος ἀρρήτου ἐνεργείας τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ ἀληθῶς εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταποιεῖται. ἵνα γὰρ μὴ ἀποναρκήσωμεν σάρκα τε καὶ αἷμα ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν προκείμενα βλέποντες, συγκαθιστάμενος ὁ

Θεὸς

θεὸς ταῖς ὑμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησιν τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωοποιὸν, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ εἰς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. καὶ μὴ ἀμφίβαλλε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα. δέχου δὲ μᾶλλον πίστει τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον. ἀληθινὸς γὰρ ὢν οὐ ψεύδεται. *Sacrificium, quod per panem & vinum peragitur, intelligit, quæ quidem in sacra mensa proposita per ineffabilem quandam omnipotentis Dei vim, & facultatem in corpus Christi & sanguinem, vere commutantur. Etenim ne carnem & sanguinem, in sanctis Ecclesiarum mensis proposita conspicati, horrorem concipiamus; idcirco Deus ad infirmitatem nostram se demittens, propositis rebus viuificam vim immittit, atque ea ad carnis suæ operationem transfert. Nec vero, quin hoc verum sit, vllo pacto ambige, cum ipse aperte dicat: Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus. Quin potius Saluatoris sermonem fide accipe. Nam cum verus sit, minime mentitur.* Michaël Glycas Epistola ad Ioannicium Monachum; Ἐνθέντοι καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν κεφαλαίῳ αὐτοῦ τῷ περὶ τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων οὕτως εὕρηται λέγων, οὐ τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθὲν ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταποιοῦνται Θεοῦ. εἰ δὲ καὶ τὸν μεταποιοῦντα βούλει μαθεῖν, ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν διδάξει σε. ἡ λέγουσα δεσποτικὴ φωνὴ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐρρήθη μὲν ἅπαξ διὰ παντὸς μὲν τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ δυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν, οὕτω καὶ ἡ φωνὴ αὕτη ἅπαξ λεχθεῖσα, ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς σήμερον, καὶ ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. σφάλλουσι λοιπὸν οἱ λέγοντες, ὅτι τοῦ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερθέντος ἀφθάρτου, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθέντος, ἐκείνου κατερχομένου τὴν σάρκα ἐσθίομεν ἐκείνου τὸ αἷμα πίνομεν. ποῖα καὶ γὰρ ἐκεῖσε σάρξ, ἔνθα σῶμα θεοειδέστερον. Hinc Ioannes Damascenus Cap. de immaculatis Christi mysterijs ita sermocinatur. *Non corpus quod assumptum est de cœlo descendit, sed panis & vinum in corpus & sanguinem Dei transmutatur.*

tur. Quod si transmutantem aues discere, aureus lingua instruet te. Vox Domini dicens, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, proposita commutat: & quemadmodum vox illa præcipiens; Crescite, & multiplicamini, & replete terram pronunciata, quæcunque omni tempore generantur, efficit, naturam nostram corroborans ad generandum: sic & vox ista semel enunciata ex eo ad hoc tempus, & vsque ad illius aduentum sacrificium perfectum conficit. Errant ergo aßerentes, illius qui ex mortuis resurrexit, incorruptibilis, aßumptique in cælum, illius, descendentis carnem edimus, illius sanguinem bibimus. Quæ enim illius caro fuerit, cuius corpus diuinitatem adijt? Matthæus Hieromonachus Tractatu de Azymis; Καὶ τοῦτο τὸ οἰκεῖον εἶναι σῶμα εἰπεῖν. μεταποιεῖται γὰρ ἀτεχνῶς ἀῤῥήτῳ δή τινι, καὶ θείᾳ δυνάμει εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, εἰ καὶ ἡμῖν ἀσθένειαν ἔτι ὑποκειμένοις ὡς ἄρτος ἔτι καθορᾶται. οὐ γὰρ ἂν ἠνεσχόμεθα σαρκῶν ὠμῶν ἅπτεσθαι, ἔτι φοινισσομένων τῷ αἵματι. *Et hoc proprium corpus eße dicitur. Transmutatur enim re vera ineffabili quadam & diuina virtute in ipsum Domini corpus, licet nobis imbecillitati obnoxijs adhuc panis videatur. Neque enim crudis carnibus, & sanguine cruentatis vesci sustineremus.* Et, quem puto non negabis, Marcus Ephesius, tanti apud te vir nominis; Ἐπεύχονται δὲ ὕστερον, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπικαλοῦνται χάριν, ὥστε αὐτὴν ἐλθοῦσαν τὰ εἰρημένα τότε τοῖς νῦν ἐφαρμόσαι, καὶ τὰ προκείμενα τελειῶσαι, καὶ πρὸς τὸ δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα μεταποιῆσαι. *Precantur postea, & sancti Spiritus gratiam inuocant, vt ipsa veniens ea, quæ nunc dicta sunt, ad ea, quæ nunc fiunt, accommodet, & proposita dona perficiat, & immutet in corpus & sanguinem Domini.*

Μεταβάλλεται, Μεταβολή. Anonymus de Azymis contra Latinos; Τὸ δὲ ζῶν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ σαρκὶ αὐτοῦ, ἣν ἐσθίοντες ἡμεῖς ἐν τῷ ἄρτῳ τῷ μεταβαλλομένῳ διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ γινομένῳ εἰς σάρκα Χριστοῦ, ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν σάρκα, καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες. οὕτω δὲ καὶ τὸ αἷμα τὸ ζῶν, καὶ θερμότατον αὐτοῦ πίνοντες μετὰ τοῦ ἐκρεύσαντος ὕδατος ἐκ τῆς

ἀκη-

ἀκηράτῳ πλευρᾶς αὐτοῦ καθαιρόμεθα πάσης ἁμαρτίας, καὶ ζέοντος πληρούμεθα Πνεύματος. *Viuus autem, & sanctus Spiritus mansit in carne illius deificata, quam nos comedentes in pane, qui per Spiritum transformatur, & euadit in carnem Christi, viuimus in ipso, tanquam qui viuam carnem, & deificatam comedimus: Pari modo & sanguinem viuum, & feruentissimum bibentes cum aqua, quæ ex immortali illius latere effluxit, mundamur ab omni iniquitate, & feruente replemur spiritu.* Theophylactus in cap. 14. Marci; Οὐ γὰρ ἀντίτυπος τοῦ κυριακοῦ σώματός ἐστιν ὁ ἄρτος. ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. καὶ ὁ κύριος γὰρ λέγει, ὁ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, σάρξ μου ἐστίν. οὐκ εἶπεν, ἀντίτυπός ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστίν. *Non enim figura & exemplar quoddam Dominici corporis panis est. Sed in illud ipsum conuertitur corpus Christi. Dominus enim dicit, Panis, quem ego dabo, caro mea est; non dixit, Figura est carnis meæ, sed Caro mea est.* Theodori, Heracleensis, & Mopsuestenus, in Tolosana Possinij Catena, ex quibus prior, Τοῦτό μου, φησίν, ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ἵνα μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ὅτι ὁ ἄρτος αὐτοῦ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ αἷμά ἐστι μεταποιούμενον εἰς σάρκα, καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀρρήτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Nec alia sunt Mopsuesteni. Notat doctissimus Cōbefis. *Quæ sic aduersari suæ doctrinæ senserunt nonnulli nouæ Eccl. Euangelicique ministri, vt falsi dicam præsidium illi quærendum putauerint, habueritque necesse Illustriss. Carolus de Monchal eius Vrbis Archiepis. qui librum ministraret, Syngrapha sua illius auctoritatis pondus vindicare, quod sincerus, & antiquus Codex Græca manu olim exaratus.* Emmanuel Caleca Oratione Theolog. 6. Πῶς μεταβάλλεται ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ; ἀνθρώποις λόγος εἰπεῖν οὐ δύναται. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ δεσπότης τῆς κτίσεως τοῦτο εἶπεν, οὕτως ἔχειν ὥσπερ πιστεύομεν, ὅτι τῷ ῥήματι αὐτοῦ ὁ κόσμος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος συνέστη, καὶ ἅπαξ μὲν ἐν ἀρχῇ εἴρηκεν, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐξάγει τὰ ἴδια βλαστήματα τῷ θείῳ προστάγματι συνεχομένη, καὶ δυναμουμένη. οὕτω καὶ τοῦτο ὑπηρετουμένου τοῦ

ἱερέως πιστεύομεν γίνεσθαι, ὥστε τὸν ἄρτον εἰς σῶμα αὐτοῦ καὶ τὸν οἶνον εἰς αἷμα αὐτοῦ μεταβάλλεσθαι διὰ τὴν τοῦ εἰπόντος δύναμιν, καὶ ὥς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος, σχῆμα μόνον πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεύς. ἡ δὲ δύναμις παρὰ τῶν λόγων ἐστίν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἑαυτοῖς. *Quomodo itaque immutantur panis, & vinum in corpus, & sanguinem Christi; hominibus oratio verbis exponere potis non est. Sed cum creationis Dominus id dixit, ita res se habet, uti credimus, mundum verbo illius ex eo, quod non erat, productum esse. Et semel quidem in principio dixit; Producat terra herbam virentem; & ad hæc tempora propria genimina producit, diuino præcepto compulsa, & corroborata. Pari ratione hoc quoque ministrante sacerdote credimus perfici; adeo vt panis in corpus illius, & vinum in sanguinem illius propter illius, qui dixerat, virtutem, & vt inquit diuinus Chrysostomus; Figuram tantum supplens adstat sacerdos: sed vis vniuersa verborum est. Ipse enim dixit; nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et infra; Πρὸς τοὺς τοίνυν διαποροῦντας περὶ τῆς ἀπὸ τοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ οἴνου εἰς τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβολῆς, τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ προβαλλόμεθα. εἰ γὰρ ὁμολογοῦσι τὸν Θεὸν παντοδύναμον εἶναι, οὐδὲ τοῦτο διαπορήσουσιν. εἰ γὰρ κατὰ δύναμιν φυσικὴν ἡ ὑποκειμένη τοῦ ἀέρος ὕλη δύναται κατὰ τὸ εἶδος μεταβάλλειν εἰς πῦρ, πολλῷ μᾶλλον ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὃς ὅλην τὴν οὐσίαν τῶν πραγμάτων παρήγαγεν, οὐ κατ' εἶδος μόνον μεταβαλεῖ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ὅλον τοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ οἴνου εἰς ὑποκείμενον σάρκα καὶ αἷμα μεταποιήσει. εἰ δέ τις πάλιν διὰ τὰ τῇ αἰσθήσει φαινόμενα, τῇ μεταβολῇ ταύτῃ διαπιστεῖ, κατανοήτω, ὅτι τὰ θεῖα ἡμῖν οὕτω προβάλλονται, ὡς ὑπὸ παραπετάσμασι τοῖς αἰσθητοῖς. ὅθεν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου τῆς συνήθους ἡμῖν βρώσεως καὶ πόσεως δέδωκεν ἡμῖν, ἐκείνων μεταλαμβάνειν, ἵνα μὴ ξένον τι καὶ ἄηθες τῇ αἰσθήσει δοκῇ. οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ φαντασίαν γίνεσθαι τοῦτο πιστεύομεν. δυνατὸς γάρ, ὡς εἴπομεν, ὁ Θεὸς καὶ τὸ ὑποκείμενον μεταβάλλειν, καὶ τὰ πρότερον συμβεβηκότα πάλιν διατηρεῖν. *Illis itaque, qui dubitant de immutatione ex pane, & vino in corpus.*

pus, & ſanguinem Chriſti, Dei virtutem proponimus: nanque ſi confitentur, Deum eſſe omnipotentem, non vertent hoc in dubium: etenim ſi virtute naturali ſub aëre iacens materia poteſt ſpecie in ignem transmutari, multo valentius diuina virtus, quæ eſſentiam rerum omnium produxit, non ſpecie tenus transformabit, ſed quidquid pani, & vino ſubijcitur, in ſubiecta carnem, & ſanguinem commutabit. Quod ſi quis rurſus propter ea, quæ ſenſui obijciuntur immutationi ſimili fidem non adhibet, intelligat, diuina nobis ita proponi veluti ſub velis in ſenſum cadentibus. Hinc per panem, & vinum conſuetum nobis cibum, & potum dedit illorum communionem, ne quid inſuetum aut peregrinum ſenſui obijceretur. Neque enim per imaginationem id fieri credimus; poteſt enim, vt diximus, Deus quod ſubijcitur, immutare, & quæ antea accidentia adhærebant, conſeruare. Theodorus Graptus Oratione de inculpata Chriſtianorum fide, cuius nobis fragmentum edidit in Originum Conſtantinopolitanarum Manipulo doctiſſimus, & de rebus Eccleſiaſticis perquã optime meritus Franciſcus Combefis; Ὡς γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὴν σάρκα διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο. εἰ χρὴ δὲ καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι, ὥσπερ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς, εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταλαμβάνεται (lego μεταβάλλεται) καὶ οὐκ ἂν εἴποιμεν, ἕτερον σῶμα γίνεσθαι παρὰ τὸ πρότερον. οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ἱεροφυῶς ἐπικλήσει τοῦ ἱερεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβάλλεται. τοῦτο μὲν καὶ ἡ τοῦ ἱερέως αἴτησις ἔχει. καὶ οὐ δύο ταῦτα νοοῦμεν, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πιστεύομεν γίνεσθαι. *Quemadmodum enim ex Beata Virgine carnem ſibi per Spiritum Sanctum condidit. Quod ſi ex his, quæ in nobis ſunt, declarandum eſt. Quemadmodum panis, & vinum, & aqua, in eius, qui manducat, & bibit, natura corpus ſanguinem tranſeunt, neque tamen aliud eſſe corpus, ac erat antea dicimus: ſic ſane Sacerdotis inuocatione, & Spiritus Sancti acceſſu in corpus, & ſanguinem Chriſti conuertuntur. Hoc enim vnum habet ſacerdotis petitio: neque hæc duo eſſe intelligimus, ſed vnum idemque fieri credimus.*

Ma-

Maximus Homologeta, & Georgius Pachymeres ad cap. 3. de Ecclesiastica Hierarchias Dionysij Areopagitæ: Αὐτὸς δὲ ὁ Ἱεράρχης πρὸς ἐκεῖνα τὰ πρωτότυπα, αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου τίμιον σῶμα, καὶ αἷμα ἀνάγεται, πιστεύων ὅτι καὶ τὰ προκείμενα εἰς ἐκεῖνα μετεβλήθησαν τῷ ἁγίῳ καὶ πανεργῷ Πνεύματι. *Sed ipse Pontifex ad ipsa Prototypa, ipsum Domini pretiosum corpus, & sanguinem seipsum defert, credens quod proposita dona in illa mutata sunt sancti, & omnia operantis Spiritus virtute.* Iustinus Martyr Apologia 2. ad Antoninum; Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ᾽ ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι᾽ εὐχῆς λόγου τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα, καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν. *Non enim vt communem panem neque communem potum ista sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Iesus Christus Saluator noster, & carnem, & sanguinem salutis nostræ causa habuit: ita alimoniam per precationem Verbi ab ipso profecti eucharistizatam, ex qua sanguis, & caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Iesu carnem, & sanguinem esse edocti sumus.* Theodoretus in Dialogo, cui titulum dedit Immutabilis; Ἠβουλήθη δὲ ὁ σωτὴρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας μὴ τῇ φύσει τῶν λειπομένων προσέχειν, ἀλλὰ πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. *Voluit Saluator sacrorum participes mysteriorum non spectare naturam apparentium, sed mutationem credere factam a gratia.* Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4. Αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν, καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, τίς ἐνδοιάσει ποτὲ λέγων, μὴ εἶναι αὐτοῦ αἷμα; τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν οἰκεῖον αἵματι, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν, οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; *Cum igitur Christus sic affirmet, atque dicat de pane, Hoc est corpus meum, quis deinceps audeat dubitare?*

atque

atque eodem confirmante, & dicente, Hic est sanguis meus, qui inquam dubitauerit, & dicet, non esse illius sanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galilææ sola voluntate; & non erit dignus, cui credamus, quod vinum in sanguinem transinutasset? Michael Choniata in forma conuersionis Turcæ; Καὶ τὸν παρὰ τῶν χριστιανῶν μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ οἶνον, ὃν ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι, καὶ ὁμολογῶ, καὶ πιστεύω σῶμα καὶ κατ' ἀλήθειαν εἶναι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θεϊκῇ δυνάμει. *Et panem ac vinum mystice sacrificatum, quem in sacris officijs Christiani participant, credo, & confiteor esse corpus, & sanguinem vere Domini nostri Iesu Christi, mutatione facta panis, & vini in corpus, & sanguinem.* Nicolaus Cabasila in Interpretatione Missæ cap. 1. Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἡ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μεταβολή. τέλος δὲ τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι δι' αὐτῶν. *Sacræ initiationis sacrorum mysteriornm ritus opus est, munerum in diuinum corpus, & sanguinem immutatio; finis per illa fidelium sanctificatio.* Idem ibidem; Ὅτι τὰ τίμια ταῦτα δῶρα εἰς αὐτὸ τὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὸ ταῦτα δεξάμενον, τὸ σταυρωθὲν, τὸ ἀναστὰν, τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθέν. *Hæc munera in ipsum Dominicum corpus immutat, omnia hæc perpessum, cruci affixum, quod resurexit, quod in Cœlum assumptum est.* Idem ibidem; Ἔπειτα δηλῶν, ὡς ὁ ἄρτος οὗτος εἰς ἐκεῖνον ἐπείγεται μεταβληθῆναι τὸν ἀληθινὸν ἄρτον τὸν ἐσταυρωμένον, τὸν τεθυμένον. *Postmodum significans, panem hunc in illum gestire commutari verum panem cruci affixum, victimam factum.* Idem ibidem cap. 27. Εἶτα προσπίπτει, καὶ εὔχεται, καὶ ἱκετεύει τὰς θείας ἐκείνας φωνὰς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ σωτῆρος ἐφαρμόσας, καὶ ἐπὶ τῶν προκειμένων δώρων, καὶ δεξάμενα τὸ παναγιον αὐτοῦ, καὶ παντοδύναμον Πνεῦμα μεταβληθῆναι τὸν μὲν ἄρτον εἰς αὐτὸ τὸ τίμιον αὐτοῦ, καὶ ἅγιον σῶμα, τὸν δὲ οἶνον εἰς αὐτὸ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ καὶ ἅγιον αἷμα. τούτων δὲ ηὐγμένων, καὶ εἰρημένων, τὸ πᾶν τῆς ἱερουργίας ἤνυσται, καὶ τετέλεσται, καὶ τὰ δῶρα ἡγίασθη, καὶ ἡ θυσία ἀπηρτίσθη, καὶ τὸ μέγα.

μέγα θαῦμα καὶ ἱερεῖον τὸ ὑπὲρ τοῦ κόσμου σφαγὲν, ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ὁρᾶται κείμενον. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Κυριακοῦ σώματος οὐκέτι τύπος, οὐδὲ δῶρον, εἰκόνα φέρων τοῦ ἀληθινοῦ δώρου, οὐδὲ γραφὴν τινα κομίζων ἐν ἑαυτῷ τῶν σωτηρίων παθῶν, ὥσπερ ἐν πίνακι, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν δῶρον, αὐτὸ τοῦ δεσπότου πανάγιον σῶμα, τὸ πάντα ἀληθῶς ἐκεῖνα δεξάμενον, τὰ ὀνείδη, τὰς ὕβρεις, τοὺς μώλωπας, τὸ σταυρωθὲν, τὸ σφαγὲν, τὸ μαρτυρῆσαν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, τὸ ῥαπισθὲν, τὸ ἐμπτυσμάτων ἀνασχόμενον, τὸ χολῆς γευσάμενον. ὁμοίως καὶ ὁ οἶνος αὐτὸ τὸ αἷμα, τὸ ἐκπηδῆσαν σφαττομένου τοῦ σώματος. τοῦτο τὸ σῶμα. τοῦτο τὸ αἷμα, τὸ συστὰν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, τὸ γεννηθὲν ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸ ταφὲν, τὸ ἀναστὰν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, τὸ ἀνελθὸν εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός. καὶ τίς ἡ πίστις; αὐτὸς εἶπε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τοῦτο τὸ αἷμά μου. αὐτὸς καὶ τοῖς Ἀποστόλοις ἐκέλευσε, καὶ δι' ἐκείνων ἁπάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο ποιεῖν, τοῦτο γάρ, φησι, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. οὐκ ἂν κελεύσας τοῦτο ποιεῖν, εἰ μὴ δύναμιν ἐνθήσειν ἔμελλεν, ὥστε δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν. *Tum ſeſe inclinando ſupplicat, & deprecatur, Sacras illas voces Vnigeniti illius Filij Saluatoris adaptans ſuper praiacentia dona, quæ cum acceperint ſanctiſſimum illius & omnipotentem Spiritum, tranſmutari panem quidem in ipſum pretioſum illius, & ſanctum corpus, vinum vero in ipſum immaculatum illius, ſanctumque ſanguinem. His itaque ſupplicatis, enunciatiſque vniuerſum ſantificationis tranſactum eſt, & ad finem perductum, & munera ſanctificata ſunt, & ſacrificium abſolutum, & magna victima atque hoſtia pro mundo trucidata ſupra ſacrum montem conſpicitur iacens. Panis etenim Dominici corporis non amplius figura, neque donum, ſed imaginem præferens veri doni, neque ſignum aliquod in ſemetipſa geſtat ſalutarium paſſionum, veluti in tabula, ſed ipſum verum donum, ipſum Domini ſanctiſſimum corpus, vere illa omnia perpeſſum, opprobria, iniurias, flagella, cruci ſuffixum, mactatum, pulchram ſub Pontio Pilato profeſſionem profeſſum, palmis excuſſiſſimis pulſatum, flagris cæſum, ſputis fœdatum, quod guſto fel tentauerat. Similiter & vinum ſanguis ipſe,*

qui

qui ex cæso corpore exilijt. Hoc corpus, hic sanguis ex Spiritu Sancto consistens, ex sancta Deipara natum, quod tertia die resurrexit, quod in cœlos ascendit, quod ad dexteram Patris sedet. Et quænam est hæc fides? Ipse dixit, Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus. Ipse & Apostolis præcepit, & per eos vniuersæ Ecclesiæ hoc facere. Hoc enim, dicit, facite in meam commemorationem. Nunquam id faciendum præcepisset, nisi immissurus facultatem ad id efficiendum. Idem ibidem cap. 37. Εἶτα καὶ αὐτὸν τὸν ἄρτον εἰς ἐκεῖνο τὸ πανάγιον σῶμα, τὸ ταῦτα ἀληθῶς ὑπομεῖναν, καὶ ἀναστάν, καὶ ἀναληφθέν, καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς μεταβαλλόμενον. *Postmodum & ipsum panem, qui in illud sanctissimum corpus, quod re ipsa illa sustinuit, & resurrexit, & ascendit, & sedet in dextera Patris, trasformatur.* Idem ibidem cap. 45. Καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς προσάγει, ὁ δὲ κύριος δέχεται τὰ δῶρα. προσφέρει μὲν γὰρ καὶ ὁ κύριος, ἀλλ' ἑαυτὸν τῷ πατρί, καὶ τὰ δῶρα ταῦτα, ὅταν αὐτὸς γένωνται, ὅταν εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα, καὶ αἷμα μεταβληθῶσιν. ὅτι γὰρ ἑαυτὸν προσφέρει διὰ τοῦτο λέγεται εἶναι ὁ αὐτὸς καὶ προσφέρων καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος. προσφέρων μέν, καὶ προσδεχόμενος ὡς θεός. προσφερόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. ἄρτον δὲ καὶ οἶνον ἔτι ὄντα τὰ δῶρα προσφέρει μὲν ὁ ἱερεύς, προσδέχεται δὲ ὁ κύριος. καὶ τί ποιῶν τὰ δῶρα προσδέχεται; ἁγιάζων αὐτὰ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, καὶ αἷμα μεταβάλλων. *Et Sacerdos quidem offert, Dominus autem accipit dona. Offert enim & Dominus, sed semetipsum Patri. Et munera hæc, quando quod est ipse, facta sunt, cum in illius corpus, & sanguinem transformata sunt. Etenim, quod se ipsum offert, propterea dicitur esse & offerens, & oblatus, & accipiens. Offerens enim, & accipiens vt Deus, oblatus vero vt homo. Panem vero, & vinum adhuc existentia dona, offert quidem vt sacerdos, accipit vero vt Dominus. Quid autem agens munera accipit? Sanctificans ipsa, & in sui ipsius corpus, & sanguinum transmutans.* Niceta Presbyter Studita Tract. de Zeo, ex Codice Bibliothecæ Palatinæ; Ὁπηνίκα τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἐῤῥύησεν, λόγχῃ νυγείσης αὐτοῦ τῆς σαρκός, τὸ δὲ ζῶν

ἅγιον Πνεῦμα ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ σαρκὶ αὐτοῦ, ἣν ἐσθίοντες ἡμεῖς ἐν τῷ μεταβαλλομένῳ ἄρτῳ διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς σάρκα Χριστοῦ ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες, οὕτω δὲ καὶ τὸ αἷμα τὸ ζῶν, καὶ θερμότατον αὐτοῦ πίνοντες μετὰ τοῦ κεράσαντος ὕδατος ἐκ τῆς ἀκηράτου πλευρᾶς αὐτοῦ, καθαιρόμεθα πάσης ἁμαρτίας, καὶ ζέοντος πλευρᾶς τοῦ Κυρίου τὸ ποτήριον πίνομεν, ἐπειδὴ ἐκ ζώσης σαρκὸς τῷ Πνεύματι, καὶ θερμότητι Χριστοῦ θερμότατον τὸ αἷμα ἡμῖν καὶ τὸ ὕδωρ ἐξέβλυσεν: *Cum sanguis, & aqua ex latere illius effluxit, per lanceam illius carne compuncta, viuens vero Spiritus sanctus, in deificata carne permansit, quam nos comedentes, in iam transmutato pane per Spiritum sanctum in carnem Christi, in ipso viuimus, tanquam qui viuam carnem, & deificatam carnem comedimus: Pari ratione & sanguinem viuum, & calidissimum illius bibentes, cum aqua immixta ex immaculato illius latere, mundamur omni peccato, & calidi lateris Domini calicẽ bibimus, cũ ex viua carne spiritu, & calore Christi calidissimus sanguis nobis, & aqua scaturijt.* Nicolaus Methonensis; Τί πάλιν ζητεῖς αἰτίαν, καὶ τάξιν φύσεως τῆς τοῦ ἄρτου μεταβολῆς εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ οἴνου εἰς τὸ αἷμα, ἐπεὶ ὑπὲρ φύσιν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ ἔννοιαν ἐκ παρθένου ἐτέχθη; οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγών, καὶ ὁ τὸν ἄρτον εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα μεταβάλλεσθαι προστακτικῶς; *Quid rursus quæris causam, & ordinem naturæ mutationis panis in corpus Christi, & aquæ, & vini in sanguinem, cum supra naturam, & rationem, & mentem, & cogitationem ex Virgine natus est? Annon ipse est, qui ex non existente omnia eo adduxit, vt essent, & qui panem in corpus suum mutari præcepit?* Samonas Dialogo cum Achmete. Ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ Χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ. *Panis sacrificatus in verum corpus Christi mutatur diuina virtute.* Et; Τίθησι γὰρ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ὁμοίως, καὶ τὸν οἶνον, καὶ δεόμενος ἐπικλήσει ἁγίᾳ τὸ Πνεῦμα ἅγιον κάτεισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ τοῖς προκειμένοις, καὶ τῷ πυρὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον μεταβάλλει. *Ponit enim in sacram men-*

mensam Sacerdos panem pariter & vinum, precatusq; inuocatione sancta, Spiritus sanctus descendit, & succedit in dona proposita, & igne eius diuinitatis in corpus, & sanguinem Christi panem, & vinum mutat. Simeon Thessalonicensis Responsionibus ad Gabrielem; Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἦν τετελεσμένον τὸ μὴ δεξάμενον τὰς εὐχὰς μηδὲ διὰ τῆς σφραγῖδος, καὶ ἐπικλήσεως τοῦ Πνεύματος εἰς τὸ θεῖον αἷμα μεταβληθὲν, μὴ εὑρεθὲν ἐκεῖσε τότε. τὸ γὰρ ἱερουργηθῆναι διὰ τοῦ παρεῖναι, καὶ τὰς εὐχὰς τοῦ ἱερέως, καὶ τὴν σφραγῖδα δέξασθαι δύναται. *Quandoquidem non fuerit absolutum, quod supplicationibus subactum non est, neque per sigillum, & inuocationem Spiritus in diuinum sanguinem conuersum non est, cum tum illic ibi non adfuisset. Namque consecratio fit, cum coram adest, & Sacerdotis supplicationes, & sigillum potest accipere.* Soterichus Panteugenus Dialogo de suo Dogmate; Προσφέρει δὲ καὶ νῦν, τοὺς δι' αὐτοῦ σωζομένους, προσφέρεται δὲ διὰ τῆς εἰς τὸ αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ σωτήριον σῶμα καὶ αἷμα μεταβαλλομένης ὑπερφυοῦς θυσίας. *Offert vero, & nunc eos, qui per ipsum saluantur: offertur autem per sacrificium, quod supra vires humanæ naturæ in illius viuificum, & salutare corpus, & sanguinem immutatur.* Et tandem Photius tuus, *quo doctiorem in omni genere literarum,* tuum est de illo iudicium, *prudentiorem in rebus gerendis, omnis iuris diuini humaniq; peritiorem, nunquam sedisse in quouis solio, vel Romæ Papam, vel Constantinopoli Patriarcham;* in Epistola ad Nicolaum Papam, cuius illud principium, Ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς, scribit, ὅρα δὲ εἰ βούλει πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν ἑτερότητας, τὰς ἐν ταῖς εὐχαῖς, τὰς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι, τὰς ἐν τάξει, καὶ ἀκολουθίᾳ, τὰς ἐν τῷ τοῦ χρόνου μήκει, καὶ τῇ βραχύτητι, τὰς ἐν πλήθει, καὶ ὀλιγότητι, καὶ τὸ δι' αὐτῶν, ὢ τοῦ θαύματος, ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει, τοῦ λύτρον ἡμῖν ἐξ οἰκείας πλευρᾶς τοῦτο σὺν ὕδατι βλύσαντος, καὶ ἡ τῶν εἰρημένων ἑτερότης τε, καὶ παραλλαγὴ τὴν ἑνοειδῆ καὶ θεοπρεπῆ χάριν τοῦ Πνεύματος ἀπληθύντως καὶ ἀπαραλλάκτως ὑποδέξασθαι, τὰ ἐφ' οἷς ταῦτα τελεῖται, οὐ διεκώλυσεν. *Præ his illud quoque attendas, si*

tibi animus est , missarum diuersitates, & quantum inter se distant in precibus, in supplicationibus, in ordine, in consectarijs, in temporis longitudine, & breuitate, in multitudine, & exiguitate, & quod per illas intenditur. Rem miram! Communis panis in corpus Christi immutatur, & cõmune vinum sanguis existit illius, qui pretium nostræ redemptionis ex proprio latere vna cum aqua effudit. Et dictorum diuersitas ac dissimilitudo, vnicam, Deosque efficientis gratiam Spiritus abunde vniformiterque excipere nec ea, pro quibus similia conficiuntur, remorata est. Et hæc Photij pro falsis duces? Non credo.

Μεταστοιχειοῦσθαι. Μεταστοιχείωσις. Nyssenus in Catech. magna; Ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. *Dat nobis vt vniamur carni suæ cum per benedictionis virtutem eorum, quæ apparent, naturam transelementarit.* Theophylactus in cap. 14. Marci. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἄρτος καὶ ὁ οἶνος συνήθη ἡμῖν. αἷμα δὲ προκείμενον, καὶ σάρκα ὁρῶντες οὐκ ἂν ἠνέγκαμεν, ἀλλ' ἀπηναρκήσαμεν. διὰ τοῦτο συγκαταβαίνων ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος, τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταστοιχειοῖ. *Quia panis, & vinum ex his sunt, quibus assueuimus, ea non abhorremus, sanguinem vero præpositum, & carnem videntes non ferremus, sed abhorreremus: Id circo misericors Deus nostræ infirmitati condescendens speciem quidem panis, & vini seruat, in virtutem autem carnis, & sanguinis transelementat.* Hoc nomen Transelementationis mysterium hoc germanius exprimere ipso Transubstantiationis nomine adnotarunt. Cum enim ex communi Aristotelis, aliorumque Philosophorum sensu, in substantijs compositis materia, & forma soleant prima illarum elementa nuncupari, maximè vero materia, sequitur, Transelementationis vocabulo aptissimè repræsentari totalem substantiæ mutationem, in qua scilicet non forma dumtaxat, verum etiam materia ipsa commutatur: Et quid tandem notant atque designant μεταστοιχείωσις; & quam infra vsurpat

pat ἀλλοίωσις Nyſſenus, nullo alio quam ipſo Nyſſeno magiſtro vtamur. Namque in eadem Oratione Catechetica rem ita extricat; Οὕτως οὖν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου σκεύους πλάστης τῷ αἰσθητῷ μέρει, τὸ κατὰ τὸ σῶμα φημὶ τῆς κακίας, καταμιχθείσης διαλύσας, τὴν παραδεξαμένην τὸ κακὸν ὕλην, πάλιν ἀμιγὲς τοῦ ἐναντίου διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀναπλάσας, πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς κάλλος ἀναστοιχειώσει τὸ σκεῦος. *Ita ergo noſtri quoque vaſis figulus ſenſili parti; eam dico, quæ eſt in corpore, immiſto vitio diſſoluta materia, quæ vitium acceperat, vas rurſus refictum contrario non miſtum per reſurrectionem ad eam, quæ fuerat, reformabit pulchritudinem.* Audis, partem diſſoluta per reſurrectionem materia, quæ vitium acceperat, vas rurſus refictum ad eam, quæ fuerat, tranſelementabit pulchritudinem? Materia diſſoluitur, quæ vitio adhæſerat, & priſtinam pulchritudinem aſſequitur. Ergo ſicut per vitium deuenuſtauit, & dignitatem ſuam amiſit, ita poſtea diſſoluta materia, denormata infectaque maculis ad eam, quam perdiderat, pulchritudinem reformatur, ex vno in aliud itaque μεταστοιχείωσις tranſitio eſt.

De alteratione ibid. cap. 37. Ἐν ἐμοὶ γὰρ ἐκεῖνα γενόμενα αἷμα καὶ σῶμα γίνεται κατάλλήλως διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ τοῦ σώματος εἶδος τῆς τροφῆς καθισταμένης. *Nam cum illa in me fuerint, fiunt ſanguis, & corpus, nutrimento per vim alterandi congruenter redacto ad formam corporis.* Panis conuertitur in corpus humanum; & alia eſt panis, alia ſubſtantia corporis, & hoc ἀλλοιοῦσθαι Nyſſeno eſt. Ergo vice verſa cum ἀλλοιοῦται in corpus Chriſti ſubſtantia panis, fit corpus Chriſti. Ergo eſt ſubſtantia in ſubſtantiam. Ergo Tranſubſtantiatio, cum ſit ſubſtantiæ in ſubſtantiam tranſitus. Nec aliud eſſe μεταποιεῖσθαι apud eundem, ex eodem diſco. Ὡς γὰρ τῷ φθοροποιῷ πρὸς τὸ ὑγιαῖνον ἀναμιχθέντι ἅπαν τὸ ἀνακραθὲν συνηχρειώθη, οὕτω καὶ τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτὸ γενόμενον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ πᾶν μετεποίησεν. *Vt cum tabificum aliquid ad ſalubre adiunctum eſt,*

illud

illud omne, quod commixtũ, euanescit & dissipetur, ita, & immortale corpus in sumente existens omnia trahit, & vertit in suam naturam.

Vis hæc Transubstantiationis, siue Transelementationis alijs quoque vocibus, quarum vsus in hoc argumento apud Græcos, & Chrysostomum potissimum. Μεταοκευάζειν. Chrysostomus Homil. 83. in Matthæum. Ὁ τότε αὐτὰ ποιήσας ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται ἡμῖν. ὑπηρετῶν τάξιν ἐπέχομεν ἡμεῖς. ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ, καὶ μετασκευάζων αὐτός ἐστιν. *Qui hæc fecit in illa cæna, is & nunc eadem efficit. Ministri tantum sumus nos: Qui autem sanctificat ea, & transmutat idem est.* Συναλίσκεσθαι; Idem Homil. Quod fides mortua est sine operibus, Ἄφθαρτα γὰρ τὰ μυστήρια. ὥσπερ γὰρ κηρὸς πυρὶ ὁμιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὔτε περιττεύει. οὕτω καὶ ὧδε νόμιζε συναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια, τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ. *Incorruptibilia enim sunt mysteria: vt enim cera ad ignem admota nihil essentiæ eius superfluit, neque accrescit. ita & hic puta, mysteria absorberi, & consumi corporis Christi substantia.* Καταοκευάζειν; Idem de proditione Iudæ; Τὸ Ἰουδαίων Πάσχα οἱ μαθηταὶ παρεσκεύασαν. τὸ δὲ ἡμέτερον αὐτὸς κατεσκεύασεν. οὐ μόνον δὲ αὐτὸς κατεσκεύασεν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Πάσχα ἐγένετο. *Iudæorum Pascha Discipuli præpararunt; illud autem nostrum ipse præparauit; non modo ipsum præparauit, sed & ipse Pascha factus est.* Μεταρρυθμίζειν. Idem de cœna Domini, & Proditore; Πάρεστιν ὁ Χριστὸς καὶ νῦν ἐκεῖνος, ὁ τὴν τράπεζαν ἐκείνην κοσμήσας, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. οὐ γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι αἷμα καὶ σῶμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. σχῆμα γὰρ πληρῶν ἕστηκεν ἱερεὺς, τὰ ῥήματα ἐκεῖνα φθεγγόμενος ὁ προσευχῆς. ἡ δὲ δύναμις, καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ λέγουσα, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐρρήθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται, ἔργῳ δυναμοῦσα τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν φύσιν τὴν,

ὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ, ἡ ἅπαξ λεχθεῖσα καθεκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον, καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας τὴν θυσίαν ἁγιάζει, *Adest & nunc Christus ipse, qui mensam illam ornauerat, ipse & hanc nunc ornat. Non enim homo est, qui proposita facit corpus, & sanguinem Christi, sed ille, qui pro nobis crucifixus est Christus. Nam Sacerdos proferens deprecationis verba, figuram illius præfert, sed potestas, & gratia est a Deo. Hoc est, ait, corpus meum. Hoc verbum proposita permutat. Et quemadmodum vox illa dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, semper autem fit opere, confortans ipsam naturam in filiorum propagationem. Sic, & hæc semel dicta in qualibet mensa apud Ecclesiam, ab illo vsque ad hoc temporis, & vsque ad eius aduentum sanctificat sacrificium.* Ἀλλοιοῦται. Ioannes Hierosolymitanus. Ὁρᾷς, πῶς καὶ ἄρτον καὶ σῶμα τοῦτο Παῦλος οὐκ ἐπαισχύνεται καλεῖν, ὅμως ἔστω, μὴ ὅλως ἄρτον τοῦτο καλεῖν, καὶ εἰ μὴ ἄρτος εἴη, οὔτε ζυμίτης ἔσται ἄρα, οὔτ' ἄζυμος. μετὰ τὸν ἁγιασμὸν δὲ ταύτας τὰς κλήσεις ἀφαιρεθήσεται. πρὸ δὲ τοῦ ἁγιασμοῦ, πρὸ ταύτης τῆς φρικωδεστάτης ὁλοκαυτώσεως, ὅταν πρὸς ἁγιστείαν παρὰ σοῦ προσφέρεται, οὐχὶ ἄρτος ἂν εἴη, οὔτε ἄζυμον. τὰ γὰρ τῆς προσφορᾶς κεῖται παρ' ἡμῖν. τὰ δὲ τῆς θαυμαστῆς ἀλλοιώσεως οὐχ ἡμέτερα, τοῦ Θεοῦ δέ. *Vides, quod panem, & corpus hoc Paulus non veretur nuncupare? Nihilominus esto, non prorsum panem hoc appellare. Et cum panis non est, neque azymus fuerit. Post sanctificationem vero hisce appellationibus spoliatur, ante sanctificationem, ante hanc tremendissimam victimam, cum a te in sacrificium offertur, non erit neque panis, neque azymum. Oblationes autem apud nos sunt: quæ vero admirandæ sunt transmutationis, non sunt nostra, sed Dei.* Vis maiora? θεοποιεῖν, Gregorius Nazianzenus in Apolog. Τίς ὁ πλάστων καθάπερ ἀνδριαντοποιὸν τοὺς πηλίνους, τὸν τῆς ἀληθείας προστάτην, τὸν μετὰ Ἀγγέλων στησόμενον, καὶ μετ' Ἀρχαγγέλων δοξάσοντα, καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον ἀναπέμψοντα τὰς θυσίας, καὶ Χριστῷ συνιερουργήσοντα, τὸν ἀναπλάσσοντα τὸ πλάσμα, καὶ παραστήσοντα τὴν εἰκόνα, καὶ τῷ ἄνω κόσμῳ δημιουργήσοντα, καὶ τὸ μεῖζον

ζον εἰπεῖν, θεὸν ἐσόμενον, καὶ θεοποιήσοντα; Quis est, qui veritatis propugnatorem vnius diecula spatio, veluti e luto statuam fingit: illum, inquam, qui cum Angelis stabit, cum Archangelis glorificabit, ad supremum altare sacrificia transmittet, cum Christo sacerdotio fungetur, figmentum instaurabit, imaginem exhibebit, superno mundo opificium aget, &, vt, quod maius est, dicam, Deus erit, Deumque efficiet. I tu modo Creyghtone, & Transubstantiationis vocabulo notam subiectam, & vim luculentius atque expressius, & magis sonantibus verbis Grecis Grecæ Ecclesiæ dona, & explicatiore oratione tuis artibus, quibus tu magnus apud ineruditos paruulos turgescis, & in Theologicam aream Dijs nefastis intruderis, rem tanti momenti reuela. Plane hic campus non est in quo possit exultare oratio: idque si tentaueris, & verborum angustias, & Stoicorum dumeta non effugies. Fac, & iunge verba, & rotunda constructione rei accommoda. Non is vnquam fueris, qui aptius atque dilucidius, aut felicius Transubstantiationem, vel Transelementationem, quam Autores laudati fecerint, designaueris. Si aliquid sapis, reperies in illis, ante Lateranense Concilium verbis Christi, aduentante Spiritu sancto panem, & vinum, quæ ante verba illa prolata erant aliud, & aliud, in aliud atque aliud transelementata fuisse, panem nempe, & vinum communia, & eorum substantiam in corpus, & sanguinem Christi, quod omnia perpessum est, & Cruci affixum, quod resurrexit, quod ascendit in Cœlum, quod sedet ad dextram Patris, & sanguinem, qui e diuino eius latere effluxit, & qui absumit panem sic consecratum, manducat verum corpus Domini, & verum sanguinem bibit, & non figuram, aut typum, aut antitypum corporis, & sanguinis, quæ sub accidentibus vti velis panis, & vini delitescunt. Et sic credit, & profitetur Ecclesia Græca, firmiterque tenet a sua prima origine: ita enim Christus præcepit Apo-

stolis,

ſtolis, & per eos vniuerſæ Eccleſiæ hoc facere: nanque nunquam id præcepiſſet faciendum, niſi immiſſurus eſſet facultatem ad id faciendum.

EXERCITATIO XXIII.

Perpetua Græcorum omnium tranſubſtantiationis aſſertio, ſi Iconomachos, & Cyrillum Lucarim Calniniſtam excipias. Zachariæ Gergani impie dictum refellitur, & vrgetur varijs exemplis Tranſubſtantiatio. De hac eadem mens Dionyſij exponitur. De Tranſubſtantiatione verba Montacutij examinantur. Tranſubſtantiationis modus inintelligibilis, & inexplicabilis eſt. Non propterea tamen Tranſubſtantiatio non fit. Similitudines non per omnia æqualitatem ſignificant: neque in illis modus quærendus. Quidquid tamen ſit, in hoc ſacramento eſt mutatio ſubſtantiæ in ſubſtantiam.

QVA ergo fronte dicis, Græcos *de Tranſubſtantiatione nunquam cogitaſſe, nec per inſomnia quidem?* Quomodo non cogitarunt, qui vno conſenſu, & coniunctis ſententijs ſub alijs atq; alijs vocabulis quia lingua eorum ad id exprimendum aptior quam Latinorum, ſinguli non vno in loco palam eam profeſſi ſunt. Ita tu homo in tuis deliramentis comprobandis ſine ſenſu es, nec ſymbolam, qui conferat, habes. Vnum vel minimum ſi adduxiſſes, tuo effato ſubcribentem, non apparuiſſes in oculis omniũ doliarem vitã ducere. In Eccleſia Græca ſi excipias Iconomachos quos ob hoc etiam eadem Eccleſia condemnauit, nullus, quem ipſe ſciam, de Tranſubſtantiatione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti dubium habuit; præter duos eoſque recentiſſimos ex Luteri, Caluinique ſchola, Zachariam Gerganum Artenſem, & Cyrillum Lucarim Patriarcham Conſtantinopolitanum. Ille in Catecheſi, in qua

docet, *communionem constare ex duabus substantijs visibili, & inuisibili, & substantiam visibilem esse verbum Dei, Hoc est corpus meum*. Hic, nempe Cyrillus, Tract. contra Iudæos. Διὰ τοῦτο ἡμεῖς οἱ χριστιανοὶ εἰς τὰς ἱερουργίας καὶ θυσίας, καὶ λειτουργίας, ὁποῦ καθεκάστην κάμνωμεν, δὲν εἶναι θαῦμα, ἂν ἴσως καὶ πιστεύοντας καθάρια, καὶ μὲ τὴν καρδίαν μας, μεταλαμβαίνομεν τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ἐκείνην, τὴν ἰδίαν σάρκα, καὶ ἐκεῖνο τὸ ἴδιον αἷμα, ὁποῦ ἐχύθη καὶ ἐκαρφώθη εἰς τὸν σταυρὸν, ὄχι ποῦ νὰ τὸ μασοῦμεν μὲ τὰ δόντια μας τὰ αἰσθητὰ, καὶ νὰ τὸ καταπίνομεν μὲ τὸν λαιμόν μας, μόνον μὲ τὴν πίστιν καὶ μὲ τὸ πνεῦμα μεταλαμβάνοντας τοῦ ἁγίου ἄρτου, καὶ τοῦ ποτηρίου, ἅπερ εἰσὶ σύμβολα, ὡς βλεπόμενα. μᾶς κάμνει ἡ πίστις, καὶ μεταλαμβάνομεν τοῦ σώματος τοῦ ἁγίου, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος. τὸ ὁποῖον ἂς μὴ σᾶς φαίνεται σκληρὸν κανενός, ὅτι ἔτζη ὁ θεὸς ἠθέλησε, καὶ διὰ τοῦτο ἐπροετύπωσεν εἰς τὸν νόμον. *Propterea nos Christiani in sacrificijs, victimis, Liturgijs, quas singulis diebus celebramus, non est mirum, si pure, & ex corde credentes aßumimus carnem: & bibimus sanguinem Domini Iesu; illam ipsam carnem, & illũ ipsum sanguinẽ qui effusus est, & quæ clauis suffixa est in Cruce, non quod dentibus sensilibus mandemus, & gutture deglutiamus, sed solum fide, & Spiritu participantes sanctum panem, & calicem, quæ vti visa symbola sunt. Fides facit, quod communicemus corporis sancti, & pretiosi sanguinis. Quod non debet ab aliquo durum reputari: sic enim Deus voluit, & propterea illud in lege præsignauit.* Hæc Cyrilli damnata sunt in synodo Cõstãtinopolitana sub Pathenio Patriarcha cum alijs eiusdem Hæresibus; Τὴν θείαν δὲ Εὐχαριστίαν οὕτω διαῤῥήγνυσιν, ὡς μηδὲν αὐτῇ ἕτερον εἰ μὴ τύπον ψιλὸν ἐγκαταλείπειν. ὡς ἂν εἰ ἔτι τῇ σκιᾷ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐλατρεύομεν. οὐ γάρ φησιν εἶναι σῶμα Χριστοῦ ἀληθινοῦ τὸν ὁρώμενον καὶ ἐσθιόμενον ἄρτον, ἤδη ἁγιασθέντα, ἀλλὰ τὸ νοούμενον πνευματικῶς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν φανταζόμενον, ὃ πάσης ἀσεβείας ἀνάπλεον. ὁ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἔφησε, τοῦτο ἐστὶν ὁ τύπος τοῦ σώματός μου, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα μου. τοῦτο δηλαδὴ τὸ ὁρώμενον, καὶ λαμβανόμενον, καὶ ἐσθιόμενον, καὶ κλώμενον

ἁγια-

ἁγιασθὲν ἤδη, καὶ εὐλογηθέν: *Diuinam autem Euchariſtiam ita conuellit, vt nihil ipſi aliud niſi nudum ſignum relinquat; quaſi adhuc in vmbra veteris legis ſeruiremus. Negat enim eum, qui videtur, & comeditur, panem iam ſanctificatum eſſe verum Chriſti corpus, ſed ſpiritualiter tantum intellectum, aut potius imaginatione fictum: quod omni impietate plenum eſt. Neque enim dixit Ieſus, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus: hoc ſcilicet quod videtur, & accipitur, & comeditur, & frangitur, ſanctificatum iam, & benedictum.* Vide etiam impietatem verborum Gergani; *Ex duabus*, inquit, *ſubſtantijs conſtare Euchariſtiam, quæ fuerint altera panis, & vini, altera corporis, & ſanguinis.* Et quare non potius tribus, vt cœleſte numē ſceleſta lingua ter tanto peius violetur, altera panis, altera vini, tertia corporis, & ſanguinis Chriſti contra Sanctorum omnium, & Doctorum Eccleſiæ pronunciata? Nam ſi Tranſubſtantiationem negant, neceſſe eſt, Euchariſtiam fieri per additionē extrinſecus adiecta Chriſti præſentia. Et ſic panis conſecratus erit tria imperfecta non vnum, totus nempe panis, & totum vinum, & quantus quantus Chriſtus eſt. Et Chriſtus exhibens corpus ſuum, dicenſq; *Hoc eſt corpus meum*, vel *ſanguis meus*, aperte mendacium diceret, cum non purum corpus ſuum, & ſanguinem purum ſincerumque ſuum largiretur, ſed corpus vna cum pane commixtum, quemadmodum, ſi Adamus de Eua e[x] oſſibus, & carne conflata diceret. Hoc eſt os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quinimo impendio magis mentiretur, quanto magis diſtat ſubſtantia panis a corpore Chriſti, quam caro ab oſſibus. Præterea nulla mutatio fit in pane ſanctificato, cum ſubſtantia panis ſuperet, & ſubſtantia panis æque atque prius remaneat, corpus Chriſti eam non immutat, tum neque panis ille dicitur ſanctificatus, & ſic erit amuſſis alba in albo lapide. Non puto dices, panem vicinitate corporis Chriſti ſanctificari.

Eodem modo, & aurum & auri e proximo corpus Christi in seculo sanctificaretur. Et si panis sanctificatur verbis Christi, modo quo sonant verba, sanctificari tenendum est, vt verba resque ipsa verbis expressa nullo addito vel dempto sibi respondeant, quod in alijs quoque sacramentis obseruare est. Verba sunt, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*. Hoc totum quod ostenditur indicat, & manibus tenetur integrum. Quare sententia verborum Christi necessario fuerit;Hoc totum quod prę manibus est, & vobis porrigo, corpus meum est. Ergo si id absoluit, quod significatur verbis, panis totius substantia in substantiam corporis Christi conuertitur: Hinc mutationem intercedere necesse est, & tum panem consecrari, cum cessante substantia panis, corpus Christi in substantiam illius transmigrat; iuxta atque, si rebus naturalibus atque exemplis res diuinæ, & supra humanum ingenium explicandæ sunt, in mutationibus nobis congenitis, in quibus vnius generatio alterius corruptio est, sic panis ante corrumpitur,postmodum in substantiam comedentis accrescit, nec amplius panis est. Verba sunt Theodori Grapti; Quemadmodum panis, & vinum, & aqua naturæ vi ac virtute in corpus, & sanguinem comedentis, & bibentis transmutantur, sicque dicere nobis licet aliud esse corpus illud. Οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπικλήσει τοῦ ἱερατεύοντος καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταβάλλεται. *Similiter, & hæc supernaturali modo per sacrificantis inuocationem, & accessum Spiritus sancti in corpus, & sanguinem Christi transformantur*. Ioannes Damascenus; Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς διὰ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ γίνονται ἕτερον σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε καὶ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπικλήσεως, καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷ-

μα.

μα. *Sicque vt hoc addam, ea ipsa ratione, qua naturaliter per comestionem panis, & vinum, & aqua per potionem in corpus, & ſanguinem comedentis, & bibentis tranſmutantur. Sic, & propoſitionis panis, vinumque, & aqua per inuocationem, & aduentum Spiritus ſancti ſupernaturaliter tranſmutantur in corpus, & ſanguinem Chriſti, & non ſunt duo, ſed vnum, & idem.* Samonas Diſputatione cum Achmete Saraceno; Τίθησιν ἐπὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, ὁμοίως καὶ τὸν οἶνον. καὶ δεομένου ἐπικλήσει ἁγίᾳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κάτεισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ τοῖς προκειμένοις, καὶ τῷ πυρὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον μεταβάλλει, οὐχ ἧττον ἢ τὸ ἧπαρ τὴν τροφὴν εἰς τὸ τοῦ τινὸς ἀνθρώπου. ἢ οὐ δίδως, ὦ τὰν, δύνασθαι τὸ πανάγιον τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, ὅπερ τὸ σὸν δύναται ἧπαρ ἐκτελεῖν; *Sacerdos panem ſuper ſanctam menſam deponit, pariter, & vinum, & comprecatur inuocatione ſancta, & Spiritus S. deſcendit, & ſuperuenit in ea, quæ ſunt propoſita, & igne ſuæ diuinitatis in corpus, & ſanguinem Chriſti, panem, & vinum commutat, non minus quam iecur alimentum in corpus cuiuſdem hominis. Annon amabo concedis, poſſe ſacroſanctum Dei Spiritum idem præſtare quod tuum iecur?* Gregorius Nyſſenus in Catech. Orat. cap. 37. Ὥσπερ διὰ τῆς στεῤῥᾶς, καὶ ἀντιτύπου τροφῆς τὸ στεῤῥὸν τοῦ σώματος ὑποστηρίζομεν. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῷ ὑγρῷ τὴν προσθήκην ἐκ τῆς ὁμογενοῦς ποιούμεθα φύσεως. ὅπερ ἐν ἡμῖν γενόμενον διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἐξαιματοῦται, καὶ μάλιστα εἰ διὰ τοῦ οἴνου λάβῃ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν εἰς τὸ θερμὸν μεταποίησιν. *Quomodo autem per durum, & ſolidum alimentum ſoliditatem corporis fulcimus, ac ſtabilimus: eodem modo etiam humori adiungimus occaſionem, ex natura eiuſdem generis, qui quidem cum fuerit in nobis per alterandi facultatem fit ſanguis; & maxime ſi per vinum acceperit virtutem tranſmutandi in calidum.* Panis comeſtus, & ſtomachi calore concoctus atque digeſtus, & vinum cum aqua potum in carnem comedentis conuertitur, & tranſelementatur, adeo vt ſubſtantia panis, & vini abeat, tranſeatq; in ſubſtantiam carnis: nec amplius

ſub-

ſubſtantia panis eſt, & hoc in naturalibus: & vt proximius rem attingam ex Nyſſeno; in Chriſto incarnato hoc idem fiebat, Abſumptum ſiquidem panem, & vinum in ſuam carnem ita conuertebat, vt abolita ſubſtantia panis, ſubſtanria carnis remaneret. Et tu negas ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis Chriſti tranſire? Gregorius Nyſſenus Ibidem; Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν. ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. οὐκοῦν ὅθεν ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος, εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ λόγου χάρις ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα, ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου ἡ σύστασις ἦν. καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος ἦν. ἐνταῦθα τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τοῦ λόγου, ἀλλ᾽ εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου ποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Recte ergo nunc quoq; Dei Verbo ſanctificatum panẽ in Dei Verbi corpus credo mutari. Etenim panis erat poteſtate illud corpus. Fuit autem ſanctificatus habitatione Verbi, quod tanquã in tabernaculo habitauit in carne. Igitur vnde in illo corpore tranſmutatus panis tranſit in diuinã virtutem, perinde nunc fit ſimiliter. Nam illic gratia Verbi ſanctum faciebat corpus, cui ex parte erat ſubſtantia, & quodammodo ipſum quoque erat panis, & hic ſimiliter panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per Verbum Dei, & orationem, non eo quidem, quod cibo mediante, in Verbi corpus euadat, ſed quod ſtatim per Verbum in corpus tranſmutetur, ſicut dictum eſt a Verbo; Hoc eſt corpus meum.* Argumentum hoc ineluctabile eſt. Subſtantia panis a Chriſto comeſta in ſubſtantiam corporis Chriſti tranſijt, & vera tranſubſtantiatio eſt: Alia enim eſt panis, alia ſubſtantia corporis Chriſti. Non aliter fit in pane ſanctificato; ergo tranſitio ſubſtantiæ in ſubſtantiam eſt, & ſubſequenter tranſubſtantiatio eſt, Adde, lignum igne abſumptum

ignis

ignis eſt, nec amplius ligni ſubſtantiam tenet. Et panis dicitur ſanctificatus, diuinus, ſacroſanctus, & panis vitæ, cum ablegata ſubſtantia panis, reſiduis ſuis attributionibus, Chriſti corpus in ſe continet: Sin minus eſſet monſtrum compoſitum ex duobus, vt ita dicam, ſibimetipſis aduerſis, pane inanimi, & corpore Chriſti animato. Quod vel cogitare homini Chriſtiano ridiculum fuerit: cum hac eadem ratione omnes vniuerſæ Eccleſiæ, Patres fallaces atque impoſtoras declararet, qui nobis & fide credendum, & ore profitendum tradiderunt, panem, & vinum ante Chriſti verba eſſe verum panem, & verum vinum, poſt enunciata illa verba, virtute Spiritus ſancti conuerti, commutari, tranſubſtantiari, tranſelementari, vt ſupra vidimus, in verum corpus Chriſti, & verum ſanguinem, non mutatis, quæ in ſenſum cadunt, accidentibus. Si rem patentem habemus, & immutationem edocemur, non eſt cur de nomine curioſius contendamus, & diſceptemus. Voca tu, vt lubet, alijs placuit Tranſubſtantiationem vocare, quo explicatur mutatio, & mutationem fieri, ſi ſanus es, non negaueris, quam tot Patres Sanctiſſimi, & doctiſſimi profeſſi ſunt ab ipſis Apoſtolis Eccleſiæ traditam. Mutatio itaque eſt. Dicito ſodes, cuius? Non alius niſi panis, & vini cum aqua: neq; enim in menſa alia proponuntur. Accidentia vides, tractas, libas; ergo illa mutata non ſunt. Tertium non eſt. Ergo mutatio illa, & non accidentium neceſſario mutatio erit, vel eſſentiæ, vel ſubſtantiæ. Ergo cum nihil aliud apponas, cui illa inhæreant, erunt accidentia abſque ſubiecto, & perſe ſubſiſtentia, quod natura non patitur. Ergo neceſſe eſt ſubſtantiam aliam panis ſubſtantiæ locum occupare quæ ὑπερφυῶς regat illa, & ſub illis lateat. Id non aliud fuerit, quam corpus, & ſanguis Domini: ideoque ſubſtantia panis dicitur conuerti, tranſubſtantiari in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti.

Sed

Sed mens Dionyſij attendenda eſt. Scribit ille; Καὶ τὰς ἱερὰς θεουργίας ὁ Ἱεράρχης ὑμνήσας ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα διὰ τῶν ἱερῶς προσκειμένων Συμβόλων. Et, Τῶν πολλῶν εἰς μόνα τὰ θεῖα Σύμβολα παρακυψάντων, αὐτὸς δὲ ἀν τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι πρὸς τὰς ἁγίας τῶν τελουμένων ἀρχὰς ἀναγόμενα. Et, Ἡ δὲ θειοτάτη τοῦ ἑνὸς καὶ ταυτοῦ καὶ ἄρτου καὶ ποτηρίου κοινὴ μετάδοσις. Et, ἐννόησον, ὡς ἐπιτιθέντων τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῶν σεβασμίων Συμβόλων, δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, καὶ μετέχεται. *Vbi Hierarcha celebrauit excellentiſſima Dei opera, diuiniſſimum perficit opus, & ſub aſpectum ponit, quæ laudauit, per ſacra propoſita ſymbola.* Et, *Inferiores quidem nuda ipſa ſymbola inſpiciunt, Hierarcha vero ſemper diuino ſpiritu euehitur ad contemplandam ſacram originem ſacrificij.* Et; *Diuiniſſima vero vnius, & eiuſdem panis, & poculi in omnes diſpenſatio.* Et; *Cogita quod poſitis ſuper ſacrum altare venerandis ſymbolis per quæ Chriſtus ſignificatur, & accipitur.* Si Chriſtus ſignificatur, & accipitur ſub diuinis ſymbolis. Ergo Chriſtus eſt ſub illis ſymbolis. Ergo Dionyſio viam nobis ad veritatem patefaciente, fieri nequit, vt ille panis, quem ille vocat conſecratum, eſſentiam panis in ſe concludat: tum enim ſymbola propriiſſime eſſentiam panis, a qua illa pendent, & ad quam natura ſua referuntur, & ſubſtantiam notarent; & tamen Dionyſius dicit ſymbola illa ſignificare Chriſtum, & per illa Chriſtum accipi. Ergo nulla interueniente panis ſubſtantia Chriſtus ſignificatur, & ſumitur. Quod expreſſius in principio Theoriæ nos docuit; Ἀλλ' ὦ θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ τὰ περικείμενά σοι Συμβολικῶς ἀμφιέσματα τῶν αἰνιγμάτων ἀποκαλυψαμένη τηλαυγῶς ἡμῖν ἀναδείχθητι. *Sed o diuiniſſima, & ſacra Hoſtia liquido te nobis oſtende, detractis, quæ tibi ſymbolica circumiacent, ænigmatum velaminibus.* Hic velamina ænigmatum non poſſunt eſſe panis ſubſtantia, ſed accidentia tantum, quæ corpus Chriſti, & ſanguinem in ſe oculte celant, ac continent. Montacutius retur ſe vim argumenti eludere, cum modus quo iſta mu-

mutatio fiat, non declaretur. *Sed quomodo fiat, non assequitur. De modo non loquuntur, ne dum quid statuunt transubstantiationis. Modum non attingit Auctor, vltra ὑπὲρ φυῶς supra naturam illud fieri statuit, quod verum est, per Transubstantiationem, non statuit fieri: nam id falsum est. Neque enim hoc posito, συμβόλων δημιουργὸς, quod a te statuitur,* loquitur cum Bulingero, *Sacerdos dici, & nominari poterat, si vere, & corporaliter, quod non est ὑπὲρ φυῶς, panem, & vinum transubstantiaret. Sed Χριστοῦ δημιουργὸς, aut σώματος δημιουργὸς, aut etiam Θεοῦ δημιουργὸς, καὶ κτίσεως κτίστου dici debuit. Quomodo qui loquuntur sunt inuenti. Panem. & vinum non ἐδημιούργησε, nec in quantum panis, & vinum sunt, nec in quantum symbola sacramentalia. Hæc enim non cadunt sub nomine δημιουργίας, illa debent suam substantiam alijs. Neque ille, quisquis erat Dionysius Hierarchiæ, Auctor antiquus sane, non Sacerdotem, sed Christum appellauit δημιουργὸν συμβόλων. Quamquam, & sensu sano haud abnegauerim dici posse, & Sacerdotem illorum δημιουργὸν, qui panem communem, & vinum profanum ad vsus sacros separatum ἐπικλήσει sua vi verborum Christi μεταβάλλει in eum finem, vt sint symbola significatorum corporis, & sanguinis Iesu Christi.* His se cum inuoluisset veluti in laqueis Montacutius, & non sine negotio multa afferens, videtur sibi clauam Herculi extorsisse. Sed frustra laborem insumpsit. *Sed quomodo fiat, non asequitur,* nempe Bulingerus. *De modo non loquuntur: ne dum quid statuunt Transubstantiationis. Modum non attingit Auctor vltra ὑπὲρ φυῶς, supra naturam illud fieri statuit, quod verum est: per Transubstantiationem non statuit fieri: nam id falsum est.* Modus est supra naturæ creatæ captum, & quidquid lingua etiam si in eo intelligendo, atque exponendo tota mente incubueris, expresseris, minus erit. Modus ineffabilis est. Sermo rei magnitudine obrutus labascit, & magis quã piscis mutescit. Quis introiuit in potentias Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Transubstantionis modus dicitur nõ intelligitur, non de-

claratur a Patribus, quẽ mens humana non assequitur. Ita est. Fatentur quoq; alij Doctores, Nicolaus Methonensis; Τὶ πάλιν ζητεῖς αἰτίαν, καὶ τάξιν φύσεως τῆς τοῦ ἄρτου μεταβολῆς εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, καὶ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ οἴνου εἰς τὸ αἷμα. ἐπεὶ ὑπὲρ φύσιν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ ἔννοιαν ἐκ παρθένου ἐτέχθη; οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν, καὶ ὁ τὸν ἄρτον εἰς τὸ αὐτοῦ αἷμα μεταβάλλεσθαι προστεταχώς; *Quid rursus quæris causam, & ordinem naturæ mutationis panis in corpus Christi, & aquæ, & vini in sanguinem, cum supra naturam, & rationem, & mentem, & cogitationem ex Virgine natus est? Annon ipse est, qui ex non existente omnia eo adduxit, vt essent, & qui panem in corpus suum immutari præcepit?* Emmanuel Caleca; Πῶς μεταβάλλεται ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀνθρώποις λόγος εἰπεῖν οὐ δύναται. *Quomodo itaque immutatur panis, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, hominibus verbis exponere oratio potis non est.* Ioannes Damascenus lib. 4. cap. 14. Οὕτω καὶ νῦν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ δύναται χωρῆσαι εἰμὴ μόνη ἡ πίστις. *Sic & nunc Spiritus sancti operatione hæc super naturam operatur, quæ non potest capere nisi sola fides.* Theophylactus, ἀῤῥήτῳ γὰρ ἐνεργείᾳ μεταποιεῖται. *Ineffabili operatione transformatur.* Et, Μεταποιεῖται γὰρ ἀῤῥήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς Εὐχαριστίας, καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Transformatur enim ineffabilibus verbis panis hic per mysticam benedictionem, & accessionem Spiritus sancti.* Matthæus Hieromonachus; Μεταποιεῖται γὰρ ἀτέχνως ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ θείᾳ δυνάμει εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα. *Neque enim ex arte transformatur, sed ineffabili quadam diuinaque virtute in ipsum corpus Domini.* Et ne longius diuagari videar, cadit apte in rem, de qua agimus, quod Gregorius Nazianzenus de processione, & diuinitate Spiritus sancti contra Arianos, & Macedonianos, dum processionis quærentibus inculcauit, Orat. de mo- Spiritu sancto; Τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκ-

πο-

πρόοδον τοῦ Πνεύματος, καὶ παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες, καὶ ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι δυνάμενοι, μηδὲ ψάμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος ἐξαριθμεῖσθαι, μὴ ὅτι γε Θεοῦ βάθεσιν ἐμβατεύειν, καὶ λόγον ὑπέχειν τῆς οὕτως ἀῤῥήτου, καὶ ὑπὲρ λόγον φύσεως. *Quæ ergo est hæc Processio, inquis? Dic tu, quæ Patris ingenitura sit, & ego Filij generationem, & Spiritus processionem explicare aggrediar, vt ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos inijcientes. Idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire, nec arenam maris, aut pluuiæ guttas, & dies sæculi enumerare possumus: ne dum in Dei profunda penetrare, naturæque adeo arcanæ, atq; omnem orationis facultatem vsq; adeo superantis rationes reddere.* Et infra; Δός οὖν μοι, φησίν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ μὲν υἱόν, τὸ δὲ οὐχ υἱόν, εἶτα ὁμοούσια, καὶ δέχομαι θεὸν καὶ θεόν. Δός μοι καὶ σὺ ἄλλον θεόν, καὶ φύσιν Θεοῦ, καὶ δώσω σοι τὴν αὐτὴν Τριάδα μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων. εἰ δὲ εἷς ὁ θεός τε, καὶ μία φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν. ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω, καὶ περὶ σὲ; λίαν μὲν αἰσχρόν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ὄντως, ἐκ τῶν κάτω τῶν ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥεούσης φύσεως, καὶ ὅ φησιν Ἡσαΐας ἐκζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς. *Da igitur mihi, inquit, ex eodem alterum filium, alterum qui filius non sit, & tamen eiusdem cum illo substantiæ, & Deũ admittã, & Deum. Da tu quoq; mihi Deum alium, Deiq; naturam, & tibi Trinitatem aliam cum ijsdem nominibus, & rebus dabo. Quum vero Deus vnus, atque vna suprema natura sit, vnde eandem similitudinem tibi repræsentabo? An rursus postulas, ex terrenis, & humanis rebus eam duci? Valde profecto turpe est, nec turpe modo, sed etiam valde stultum, & inane, ex humilibus rebus superarum cœlestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum, atque constantium, ex fluxa fragilique natura, quodque Esaias ait, viuentia in mortuis requirere.* Et; Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῶν εἰκαζομένων οὐδὲν πρὸς πᾶσαν ἐξικνεῖσθαι φανερῶς τὴν ἀλήθειαν. *Neque enim fieri potest, vt imago vlla, & similitudo rei verita-*

tem plane perfecteque assequatur. Eustratius Presbyter Constantinopolitanus; Τὰ παραδείγματα κατά τι μὲν παραληπτέον, κατά τι δὲ παραιτητέον. εἰ δέ τις θελήσει ὅλα ὅλοις συνέχειν, οὐκέτι παράδειγμα, ἀλλὰ ταυτότης δειχθήσεται. *Exempla secundum vnam partem assumenda sunt, secundum alteram reijcienda. Quod si quis omnibus omnia comparauerit, iam tum non amplius exemplum, sed res eadem fuerit*. Gregorius Nyssenus Oratione Catechetica magna cap. 10. de igne, & materia, qua pascitur ignis ad demonstrandam animæ, & corporis coniunctionem; Οὕτω καὶ μηδεὶς τὸ φθαρτικὸν τοῦ πυρὸς συμπαραλαμβανέτω τῷ ὑποδείγματι, ἀλλ' ὅσον εὐπρεπές ἐστι μόνον ἐν τῇ εἰκόνι δεξάμενος, τὸ ἀνοίκειον καὶ ἀσυμφωνον ἀποποιείσθω. *Ita etiam nemo in igne simul sumat exemplum id, in quod cadit interitus, sed eo tantum, quod decet, sumpto, ad similitudinem, id quod non est proprium, & conueniens reijciat*. Lanfrancus contra Berengarium cap. 21. *Pace tua dictum sit, multum falleris in hac verborum intelligentia: neque enim similitudinis aduerbia identitatem, siue æqualitatem vbique posita significant: in Euangelio namque Saluator dicit; Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est; non tamen eadem, sed aqualis misericordia potest in esse Deo cum hominibus: & in Euangelio secundum Ioannem; Et ego, inquit, claritatem, dedisti mihi, quam dedi eis; vt sint vnum, sicut, & nos vnum sumus & alibi: Dilexisti eos sicut & me dilexisti. vnde & B. Augustinus in expositione eiusdem Euangelij ait; Neque enim semper æqualitatem significat, qui dicit, sicut illud, ita & illud, sed aliquando tantum, quia est illud, & illud, aut quia est illud*. Gregorius Papa Homil. 26. in Euangelia. *Sciendum nobis est, quod diuina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio prabet experimentum*. Verba, monitaque Cyrilli Alexandrini, si minimum, Τὰς κοινὰς φρένας ἔσωζε, καὶ μὴ τὸ παράπαν ἀθέως, καὶ ἀσεβῶς τὰ παῖδα συνέχειν, oculatiorem, & consideratiorem reddere poterant lib. 4. in Ioa. cap. 13. Δεῖ τοιγαροῦν ἐντεῦθεν ἡμᾶς ὠφελημένους, καὶ ἐξ ὧν ἕτεροι πταίουσιν

τὸν

τὸν οἰκεῖον ἐπανορθοῦντας βίον ἐν ταῖς παραλήψεσι τῶν θείων μυστηρίων πίστιν μὲν ἔχειν ἀζήτητον, μηδενὶ δὲ τῶν λεγομένων ἐπιφέρειν τὸ, πῶς. Ἰουδαίων γὰρ τὸ ῥῆμα, καὶ κολάσεως δὲ τῆς ἐσχάτης, διὰ τοῦτο παραίτιον. *Hinc igitur vtilitatem capientes, & per quæ cæteri cadunt, per hæc ipsa vitam nostram emendantes in susceptione diuinorum mysteriorum, fidem habere quidem nos oportet, curiositatis expertem, neq; cum aliquid dicitur, subijcere illud,* quomodo. *Iudaicum est enim illud vocabulum, & extremi proinde causa supplicij* Et; ἐντεχνέστεροι τοίνυν πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος θήραν, καὶ διὰ τῆς ἑτέρων ἀτοπίας εὑρισκόμενοι, τὸ, πῶς, λέγειν ἐφ᾽ οἷς ἂν ἐργάζηται θεὸς, παραιτούμεθα. ἀνατιθέναι δὲ μᾶλλον μνηστήσωμεν αὐτῷ τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ὁδὸν ἐξεπίστασθαι. ὅνπερ γὰρ τρόπον εἴσεται μὲν οὐδεὶς τὸ, τί κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ θεὸς, δικαιοῦται δὲ πιστεύων, ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. οὕτως ἀγνοήσει μὲν πάλιν τὸν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν τελουμένων παρ᾽ αὐτοῦ τρόπον, ἀνατιθεὶς δὲ τῇ πίστει τὴν ἐκ βάσιν, καὶ τὸ, πάντα δύνασθαι συναινῶν τῷ ὑπὲρ πάντας θεῷ, κομιεῖται τῆς οὕτως ἀγαθῆς διαλήψεως οὐ καταφρονητὸν τὸν μισθόν. *Aliorum igitur stultitia ad rei vtilis inuestigationē sapientiores facti de ijs, quæ Deus operatur, illud,* quomodo *vsurpare caueamus, sed ei potius operum suorum viam perspectam esse fateri studeamus. Quemadmodum nemo nouit, quid sit natura Deus, sed iustificatur credens, eum eße, & quærentes eum mercedem ab ipso accipere: ita rursus modum, quo ab ipso quæque fiant, ignorabit quidem, sed vtcunque res cadat, fidei permittendo, & supremum Deum cuncta poße fatendo, tam recti iudicij non leue præmium reportabit.* Et quibusdam interpositis; Πολλὰ γὰρ ἤδη προτεθαυμακὼς ἁλώσῃ μεγαλουργήματα, οἷς εἴπερ ἐπάγεις τὸ, πῶς. ὅλῃ παντελῶς ἀπειθήσεις τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ πάντας τῶν ἁγίων Προφητῶν ἀνατρέψεις τοὺς λόγους, καὶ αὐτοῦ δὲ πρὸ πάντων τοῦ Μωσέως τὰ ἱερὰ συγγράμματα. οὐκοῦν ἔδει μᾶλλον πιστεύοντας τῷ Χριστῷ, καὶ τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις ἀμελητὶ κατανεύοντας μανθάνειν ἐπείγεσθαι μᾶλλον τῆς εὐλογίας τὸν τρόπον, οὐκ ἀπερισκέπτως ἐμπαροινεῖν λέγοντας. πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν; *Multis enim deprehenderis iam antea*

atto-

attonitus esse miraculis, de quibus si tuum illud, quomodo, *subinde inferas, omni plane diuinæ scripturæ fidem derogabis, & omnia Sanctorum Prophetarum scripta, adeoque ipsius Moysis ante omnia sacros libros vertes. Decebat itaque potius Christo credentes, eiusque scriptis incunctanter assentientes, ad discendum potius eulogiæ modum eniti, quam temere, & inconsiderate temulentorum more dicere; Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Et infra; Καὶ τίνα μὲν τρόπον αὐτοῖς τὴν σάρκα δώσει φαγεῖν, οὔπω διδάσκει. ᾔδει γὰρ ὄντας ἐν σκότει, καὶ νοεῖν οὐδαμόθεν ἰσχύοντας τὸ ἀπόρρητον. *Et modum quidam, quo carnem suam ad manducandum traditurus esset, non dum explicat. Sciebat enim eos in tenebris versari, nec illud arcanum vllo modo capere posse.* Quod nec Montacutius post tot ambages, & mæandros verborũ ad Transubstantiationem euellendam, etiam nolens asserit. Aures admoue Lector. Interroganti, Annon potest Τὸν ἄρτον ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι; Respondit; *Procul dubio, & effectum dat. Sed an tu Bulingere modum mihi designabis in particulari, quo Cœlum ille, & terras de nihilo fecit?* ἄπορον τοῦτο. Certe ἄπορον est, & modus creationis Cœli, & terræ de nihilo, & modus Transubstantiationis panis, & vini in corpus Domini. Neque in hoc longe abijt a sententia Nysseni; *Omnem creatam naturam, quæ sub intelligentiam cadit, factam esse admittimus credimusq; quemadmodum vniuersum consistat curiose indagare prætermittimus, vt quod sit omnino ineffabile, atq; inexplicabile.* Et tamen quia mysterij modum non assequitur Montacutius concluderit, Ergo mysterium non est. Modum Incarnationis Filij Dei non assequimur. Ergo Incarnatio non est. Pater generat Filium, producit Spiritum; non assequimur modum generationis, & productionis. Ergo productio, & generatio nulla est, multa hac ratione negabit Montacutius, quia modus eorum nec animo comprehenditur, nec mente concipitur. Et quod nostræ fidei dogma, si licentiam similem concesserimus, erit a

per-

peruerſorum hominum ictibus tutum, & periculo vacuum? Rectè itaque Græci, & Pontificij ſupra naturam Tranſubſtantiationem fieri ſtatuunt quia Diuina operatione fit, & verum ſtatuunt, & per Tranſubſtantiationem fieri illum non ſtatuere; id ex tuo cerebro falſum dicis, quia vbi vnius ſubſtantiæ mutatio eſt, & in aliam tranſitus vt in pane ſanctificato ſubſtantia panis eſſe, ceſſet & ſubſtantia corporis Chriſti intromittitur, ibi vera tranſubſtantiatio dicitur, & eſt, licet modus tranſitus ignoretur, & verbis inenarrabilis eſt, quia ſupra naturam eſt. Quod ſubditur de Sacerdote, qui in rebus Theologicis verſati ſunt, non dubitant, ſed certo teneat, auctoritate ordinis, Sacerdotem eſſe ſymbolorū factorem, & ſi vis, creatorem, non quia illa de nouo creat, qua enim ratione, quæ ante conſecrationem ſunt, fieri de nouo, & Chriſtus creator omnium, æterni Dei filius a creatura creari, vel fieri dicetur? Et tamen ſic loquuntur, quia verborum diuinorum prolatione, & aduentu Spiritus S. operatur, vt accidentia panis, & vini, quæ poſt conſecrationem ſuperſunt, mutata ſubſtantia corpus Chriſti, ibidem per illa verba a Sacerdote introductū, vt ſic dicā, reconditur; & hoc modo vere poſſunt cadere ſub ratione δημιουργίας, cum ſubſtantia panis tranſubſtantietur, & corporis Chriſti ſubſtantia, vbi non erat, immittatur. Quia vero totum id quod fit, virtute diuina fit, Dionyſius autor antiquus, vt tranſubſtantiationem exprimat, Chriſtum δημιουργὸν ϛυμβόλων appellauit. Eſt ſiquidem eorum ſymbolorū factor, non quod illa tum produxerit, ſed quod tum abſque ſubſtantia ſua naturali facit exiſtere, quod a Montacutio nolente vis veritatis, licet non vſquequaque, extorquet. *Quamquam, & ſenſu ſano haud negauerim dici poſſe, & Sacerdotem illorum, δημιουργὸν, qui panem communem, & vinum profanum, ad vſus ſacros ſeparatum ἐπικλήσει ſua, vi verborum Chriſti μεταβάλλει*. Annon me-

meminiſſe ſuorum poterat. *Non credidit Ambroſius cum Aquinate, ne tum cum in libro de ijs, qui myſterijs initiantur cap. 9. ſcriberet;* Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe dominus, natus de Virgine? *Recte curioſitati humanæ patibulum fixit, qui modum Deo figere præſumpſerunt. Veram, ait, extitiſſe Chriſti carnem, nemo ambigit, at non ſub ſpeciebus panis, & vini, ſubſtantia mutata. Hoc non dicit, ſed* veram*: nam qui de phanaſia blaſphemant, erant multi.* Quare non quod in alijs deſideras, & laudas patibulum fixum, tuæ curioſitati non figis? Pag. 349. *Credimus Chriſtum fide adeſſe, Chriſtum eſſe, corpus Chriſti participatum, ſed μυστηριωδῶς, μυστήριον enim eſt. Ideo hic oportet μύειν στόμα, & fibulam imponere curioſitati.* Et nihilominus impudens muſca eſt, dũ percurioſius a Pontificijs efflagitat; *Non vrges Tranſubſtantiationem, monſtrum hoc verbi rei e Patrum ſcriptis appone, infer, conclude.* Teneſne, quid dicit? Dum dicta θεραπεύειν ἐθέλεις, ἀντὶ φαρμάκων ἐμφυτεύεις τὰ δηλητήρια. Et dum ſuſtinere pugnam contentionibus videri vis in improba cęcaq; contradictionum præcipitia, funeſtis ominibus deijceris. Quæ ſequuntur, laborant ſacramentariorũ morbo; *In eũ finem, vt ſint ſymbola ſignificantia corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti.* Neq; enim ſignificant corpus, & ſanguinẽ Chriſti. Sed re vera ſunt corpus, & ſanguis Chriſti, & dũ abſumuntur, veriſſime editur corpus Chriſti, & bibitur ſanguis quod Chriſtus dixerat, *Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem.* Nec aliud innuunt, quæ ſubiungit; *Sed nunquam modus determinatur per μετουσίωσιν, mutationem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiã corporis, a te flagitamus.* Nec quicquam plane vult, cum flagitat, quod tenet, & abundanter. Quæris μετουσίωσιν. quam interpretaris mutationem. Et iam tot apud Patres antiquos, & recentiores vocabula legis, quæ mutationem notant, μεταβολὴ μεταποίησιν, μεταστοιχείωσιν, &c. & nihilominus μετουσίωσιν flagitas. Habes rem tot expreſſam vocabulis, & de no-

mine

mine quæstionem mouet? Quasi vero veteres, & prisci viri superiori memoria Doctores Ecclesiæ in Græcorum lingua, ac studijs eo magistro vti debuissent, & pro illius nutu rebus Ecclesiasticis nomina imponere. Vsurparunt, quæ ad tantũ mysterium, & Transubstantiationem in ea lingua videbantur aptissima, inter quæ non postremum locum videbatur occupasse μεταποιεῖσθαι, & μεταποίησις quibus, si nimium tui iuris, & sententiæ non est substantiam vnius in alterius substantiam immutari, & transelementari persuasissimum habuere. Vt alios missos faciam, Gregorius Nazianzenus eadem Oratione; Γεννᾶσθαι γὰρ λέγεται οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ μόνον, οὐδὲ ἐξ ἑτέρων ἕτερα, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἕτερα. εἰ δὲ τῷ πιστὸς ὁ λόγος καὶ ἄλλος ἐστὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτό τι ὑφ᾽ ἑαυτοῦ δαπανώμενον, καὶ τικτόμενον. ἔστι δ᾽ ἃ καὶ ἐξίσταταί πως ἑαυτῶν ἐξ ἄλλων ζώων εἰς ἄλλα μεθιστάμενά τε καὶ μεταποιούμενα φιλοτιμίᾳ φύσεως. *Gigni etenim dicuntur, non modo ex ijsdem eadem, atq; ex diuersis diuersa, sed eadem ex diuersis, ac diuersa ex ijs dem. Quod si etiam cuiquam fidem facit hic sermo, alius est generationis modus, vt idẽ animal a se ipso consumatur, & procreetur. Sunt etiã, quæ velut quadam naturæ magnificentia a se ipsis quodammodo desciscunt, atque ex alijs animalibus in alia transeunt, atque immutantur.* Hos generationis modos alij exponunt, & inter eos præcipuus, Elias Cretensis, *Ex diuersis diuersa*, vt ex asino mare, & equa muli: *eadem ex diuersis*, vt ranæ, quæ partim ex ranis, partim ex cæno lutoque gignuntur; tamen & hæc, & illa ranæ sunt. *Ex ijsdem diuersa*, vt quæ ex asinis equas, & asinis ineuntibus generantur; tam enim earum quam illarum patres asini sunt, & tamen fætus inter se differunt. Ex alijs animalibus in alia, huiusmodi sunt ἐμπίδες, culicum species quædam, quæ ex ascaridum, siue tipularum natura in empidas transeunt, Μεθιστάμενά τε καὶ μεταποιούμενα. Dabo tibi Græca Eliæ Crerensis verba, quę, quia diffusiora, expressius hęc notant, designantur.

Οὐχ ἵσαται μέχρι τούτου, ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν διὰ τῶν φυσικῶν ὑποδειγμάτων ἀπόδειξιν, ἔκ τε τῆς περὶ ζώων ἱστορίας βίβλου, καὶ τῆς τούτων γεννήσεως, ὡς Ἀριστοτέλης ἐξέθετο, ταύτην λαμβάνων, καὶ φησί. γεννᾶσθαι γὰρ λέγεται οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ μόνον, ὡς ἐξ ἀνθρώπου, ἄρσενος φημὶ καὶ θηλείας ἄνθρωπος. πάλιν ἐκ βοῶν βόες. οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὁμοίων μόνον ἡ δημιουργὸς φύσις ἐφιλοτεχνήσατο γεννᾶσθαι τὰ ὅμοια, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων ἕτερα. ὡς ἐξ ὄνου ἄρρενος, καὶ ἵππου θηλείας ἡμίονος. καὶ ἐξ ἑτέρων αὖθις τὰ αὐτά. τῶν γὰρ βατράχων, οἱ μὲν ἐκ βατράχων γεννῶνται, οἱ δὲ ἐκ τέλματος. καὶ ὅμως οὗτοι κἀκεῖνοι βάτραχοι. ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ ἕτερα, ὡς τὰ ἐξ ὄνων ἀρρένων ἵπποις θηλείαις μιγέντων, καὶ τὰ ἐξ ὄνων ἀρρένων καὶ θηλείαις μιγέντων, ὄνοι μὲν γὰρ καὶ τούτων, κἀκείνων οἱ πατέρες, καὶ τὰ αὐτά, ἕτερα δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ τούτων γεννήματα. τὰ μὲν γὰρ ἡμίονοι, τὰ δὲ ὄνοι. ἢ καὶ ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐξ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων λεγομένων μελισσῶν αὐτούς τε τοὺς ἡγεμόνας γεννᾶσθαι, καὶ τὰς μελίσσας, ἕτερόν τι εἶδος παρ' ἐκείνους. ἐκ δὲ μελισσῶν τοὺς κηφῆνας. εἰ δ' ἔτω πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος τις τρόπος ἐστὶ γεννήσεως, αὐτό τε ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανώμενον, καὶ τικτόμενον. ἔστι δὲ ἃ καὶ ἐξίσταταί πως ἑαυτῶν ἐξ ἄλλων ζώων εἰς ἄλλα μεθιστάμενά τε καὶ ποιούμενα φιλοτιμίᾳ φύσεως, ἤδη δὲ καὶ τὸ αὐτοῦ τὸ μὲν οὐ γέννημα, τὸ δὲ γέννημα πλὴν ὁμοούσια, ὃ καὶ τῷ παρόντι πως μᾶλλον προσέοικεν. ἐπειδὴ παράδοξόν τινα τρόπον γεννήσεως μέλλει εἰπεῖν προασφαλίζεται τὸν λόγον. εἰ δέ τινι πιστὸς ὁ λόγος ὁ ῥηθησόμενος. ἔστι καὶ ἄλλος τις τρόπος γεννήσεως, καὶ διδάσκει τίς ἐστιν, αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ εἰρηκὼς δαπανώμενον καὶ τικτόμενον. τοῦτο γὰρ ἑρμηνευτικὸν τοῦ παραδόξου ταύτης γεννήσεως. τοιοῦτον ἱστοροῦσι, καὶ τὸν φοίνικα τὸ ἰνδικὸν ὄρνεον, ὃς μετὰ πολλὰ ἔτη ἀρωματικοῖς φρυγάνοις ἐπιπεσὸν, εἶτα ἐξ ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐμπυρίζας αὐτὰ καταφλέγεται. καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ σποδιᾶς γεννᾷ σκώληκα τὸ μετ' οὐ πολὺ πτερούμενον, καὶ αὖθις εἰς φοίνικα ἀποκαθιστάμενον. εἰσὶ δέ τινα τῶν ζώων ἅπερ καὶ ἐξίσταται ἐξ ἄλλων ζώων εἰς ἄλλα μεθιστάμενά τε καὶ μεταποιούμενα, ὡς ἄλλα τε πολλὰ καὶ ἐμπίδες ἐξ ἀσκαρίδων εἰς ἐμπίδας μεθιστάμεναι καὶ μεταποιούμεναι μεταλλουργίᾳ καὶ ὑπερβολῇ σοφίας καὶ δυνάμεως.
Ergo, quidquid de alijs generibus sit, est quædam origo

siue

siue productio, &,si mauis, transitus naturalis, atque ingenitus, quo vnum animal remutata specie in alterius animalis speciem migrat, Nazianzeno teste, & quod verbo, *μεταποιεῖσθαι* exprimitur, *transmutari*. Et hoc, quod naturali facultati est integrum, virtuti diuinæ denegabitur? Transubstantiatio per illum est, ex vna specie in aliam transitus. Hoc Græce abunde voce *μεταποιεῖσθαι* docuit Nazianzenus, & Montacutius, & illam, & alias illi respondentes, vel etiam expressius rem indicantes, cum in Patribus non obseruasset, substantiæ panis in substantiam corporis Christi mutationem anxius efflagitat a Bulengero, & mutationem substantiæ desiderat? Sed sanior factus aures diuerborat verbis, An præstabit, quod promittit? Hæreo. Vtcunque tamen sit, audiendus est. Scribit; *Nulli, nullus Pater hoc affirmat, substantiam panis effici substantiam corporis Christi. Profer vel vnum, & monstrum illud admittam Transubstantiationis*. Dabit ergo manus, admittetque Transubstantiationem, si ostendero scriptorum Ecclesiasticorum testimonijs, substantiam panis in substantiam corporis Christi commutari, substantiam vini in substantiam sanguinis. Et Anno 95. antet Concilium Lateranense, & Innocentium III. Ruperus Tuicensis ad cap. 6. Ioannis; *Credamus fideli Saluatori Deo in eo, quod non videmus, scilicet panem, & vinum in veram corporis, & sanguinis transijsse substantiam, & comedentes, atque bibentes viuimus in eterno*. Lanfrancus Cantuariensis contra Berengarium cap. 14. ante Concilium Anno 130. *Credimus igitur terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per Sacerdotale mysterium diuinitus ranctificantur infallibiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter opesante superna potentia conuerti in essentiam Dominici corporis reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam alijs qualitatibus, ne percipientes cruda, & cruenta horreant, & vt credentes fidei præmia ampliora percipiant.* Et anno 95. ante Conciliũ Latera-

nense Hugo Victorinus 2. de Sacram. part. 8. cap. 9. *Per verba sanctificationis vera panis, & vera vini substantia, in verum corpus, & verum sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis, & vini remanente, & substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundum vnionem, sed secundum Transitionem credenda est.* Anno 115. ante Concilium, Anselmus Laudensis Episcopus in cap. II. prioris ad Corinthios; *Nos incerta relinquentes, quod ex auctoritatibus certum est profitemur; scilicet substantiam panis, & vini in substantiam corporis, & sanguinis Dominici conuerti. Modum vero conuersionis nos ignorare non erubescimus fateri. Quæ autem remaneant de priori substantia accidentia scilicet, color, sapor, forma, pondus, nec ipsum corpus Christi afficiunt, nec in eo fundantur.* Hæc eadem verba annis 375. ante Concilium dictauerat Strabus in cap. 11. ad Corinthios prioris.

Vis antiquiora? Ante annos 715. Cæsarius Arelatensis Episcopus Homil. de Pascha; *Vnde merito cœlestis confirmat auctoritas, quia, caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quemadmodum, qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis, Nam inuisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui verbi sui secreta potestate conuertit, ita dicens; Accipite, & edite, Hoc est corpus meum; & sanctificatione repetita; Accipite, & bibite, Hic est sanguis meus.* Habes tot annis ante Lateranense substantiæ in substantiam transitum, substantiæ panis in substantiam corporis Christi, & substantiæ vini in substantiam sanguinis. Exsolue fidem tuam, exitu præsta pollicita, admitte Transubstantiationem; sinminus expers veritatis audies apud cordatos viros. Tene quod poscis, Trans aliud denotat, quã productionem, e subiecto itionem nimirum vnius in alterum diuersum. Quare ergo non credis, sicut in persona Christi videbatur humanitas, latebat diuinitas, ita in Sacramento altaris, sub visibilibus accidentibus occulte

inesse,

inesse, latereque substantiam corporis Christi, & sanguinis? Si modum atque exempla ex naturalibus flagitas, & desideras, quasi naturalia diuina atque ὑπερφυῆ possint repræsentare, discito ab eodem Nazianzeno, Καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὅ μοι τὴν διάνοιαν ἵστησιν ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων θεωροῦντι τὸ φανταζόμενον, πλὴν εἴτις ἕν τι λαβὼν τῆς εἰκόνος ὑπ' εὐγνωμοσύνης τὰ λοιπὰ ῥίψειεν. *In summa nihil est, in quo mens mea gradum figere queat, dum quod imaginor in exemplis considero: nisi forte quisquam ea animi æquitate sit, vt cum vnum aliquid ex imagine proposita acceperit, reliqua proijciat.* Ex exemplis siquidem propositis ea sumenda sunt, quæ ad indicandam rem propositam peraccommoda sunt, abijcienda quæ discrepant. In perdifficili siquidem est exemplum seu imaginem illius, cuius exemplum atque effigem reddimus, ita in omnibus respondere, vt ab illo non habeat in aliquo dissimilitudinem, & præcipue si ὑπερφυῆ, & supra naturam assimilanda sunt, & ob eam ipsam causam subobscura, vt est Transubstantiationis modus, quem Montacutius a Pontificijs deposcit.

Sed de modo non loquuntur, ne dum quid statuit Transubstantiationis. Modum non attingit. Modum scire desideras? Audi Damascenum dicto loco. Καὶ νῦν ἐρωτᾷς, πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ. λέγω σοι κἀγώ. Πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ ἔννοιαν. *Et nunc interrogas, quomodo panis fit corpus Christi, & vinum, & acqua sanguis Christi? Respondeo tibi & ego: Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem, & intelligentiam.* Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς, πῶς γίνεται; ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου διὰ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ὁ κύριος σάρκα ὑπεστήσατο. καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀληθής ἐστι, καὶ ἐνεργής, καὶ παντοδύναμος. ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. *Si autem modum requiris, quonam pacto fit: Sat sit tibi audire, quoniam per Spiritum sanctum, quemadmodum ex Deipara sibi ipsi, & in se ipso*

Dominus carnē conformauit. Et nihil amplius cognoſcimus, quā quod verbum Dei verum eſt, & efficax, & omnipotens, modus autem inſcrutabilis. Auguſtinus in Pſalm. 33. *Vbi dicitur, quomodo eſt. Non intelligitur. Tenebræ ignorantiæ ſunt.* Ambroſius de ijs, qui myſterijs initiantur cap. 9. *Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus natus de Virgine?* Hinc tu curſu in eam ſententiā vadis; *Rectè curioſitati humanæ patibulum fixit, qui modū Deo figere præſumpſerunt.* Et infra addis ad verba Theophylacti: *In Theophylacto eſt* μεταποίησις, ſed ἀῤῥήτοις λόγοις. *Itaq; non per tranſubſtantiationē: nam τὸ ἄῤῥητον ita ceſſat facile effertur, & cogitatur, ille modus determinat rem indeterminabilem. Eſt ergo* μεταποίησις *aliud quid, quam* μεταποίησις. Riſum vix teneo. Quæ eſt iſta tua inductio. μετουσίωσις. *ergo non per Tranſubſtantiationem.* Concedis, fit ἀῤῥήτοις λόγοις; & tamen modum exprimis, & fixum patibulum humanę curioſitati laxas, & indeterminabile determinas, & de facili ἄῤῥητον affers, reuoca animum ad Lanfranci Cantuarienſis monitū C. 21. contra Berengariū; *Humana autem ſapientia perquiri diuina opera prohibet Apoſtolus ad Romanos dicens; Non plus ſapere, quā oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Et ad Corinthios; ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Et ad Coloſſenſes; Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi. & B. Gregorius in Homil. Paſchali; Sciendum, inquit, nobis eſt, quod diuina operatio, ſi ratione comprehenditur, non eſt admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Præterea in tanta rerum profunditate, magis oportuit, te orare Deum, vt aut intelligeres, quæ pro humana capacitate intelligi poſſunt, aut patienter, & humiliter ferres, & tamen crederes, quæ in tanto arcano humani ingenij vires excedunt, & in hac vita intelligi minime poſſunt; quam litem mouere eſt ab vniuerſali Eccleſia diſſentire, nouum*

Schiſma

Schisma verbis, & scriptis contra Sanctorum Patrum præcepta inferre. Profecto hoc modo agens, quod agi oportuit, legislator dicens; Ne transgrediaris terminos Patrum. & B. Augustinus in primo libro de Sermone Domini in monte; Quod vero, inquit, aut obscurum, aut absurdum illi sonat, non inde concitet contradictionum certamina, sed oret, vt intelligat. Et in libro 3. de Trinitate; Mihi autem, ait, vtile est, vt meminerim virium mearum, fratresque meos admoneam, vt meminerint suarum, ne vltra quam tutum est, humana progrediatur infirmitas. Et in libro contra Felicianum hæreticum: scripturarum auctoritate contentus, simplicitati obedire potius studeo, quam tumori. & paulo post; Quam rationem efferre potes, si partum prædicas Virginis, si redditos oculos non negas cæcis, si sepultos ostendas redire a mortuis: Si ergo horum & incomprehensibilis est ratio, & veritas prompta est, facilius in negotijs fidei testimonijs creditur, quam ratio vestigatur. Sed sit sane ita, vt dicis. Tum colligis. Est *μεταποίησις non per Trasubstantiationem.* Ergo *μεταποίησις* est aliud quid, quam *μετουσίωσις* Ex nomine rei, quæ est, ad modum ipsius rei subsultas. Aliud est, mutatio, transitio, conuersio, transelementatio in corpus, & sanguinem Christi: aliud quomodo id agatur. Primum concedunt Patres, & non inuitis manibus dant: fatentur siquidem interminatis vicibus mutationem, siue transelementationem, siue transubstantiationem. Voca tu interim, vt lubet. De modo, quo illa fiat, altum apud illos silentium est, cum ea sit ὑπερφυής, ideoque eam non comprehendat mens humana, te quoque teste. Ergo si mutatio est, & transitus in verum corpus Christi, quocumque modo illa fiat, est vnius substantiæ, nempe panis in aliam substantiam, corporis nempe, & sanguinis Christi transitio, quæ vera Transubstantiationis ratio est. Quare, si mutatio est substantiæ in substantiam, potius erit Transubstantiatio, & *μετουσίωσις*: & argumentum tuum nullum est. Tu scribis, *μεταβολὴν & alia*

repe-

reperimus in scriptis Patrum, sed nusquam modum determinatum per μετουσίωσιν. *mutationem substantiæ panis in substantiam Christi corporis a te flagitamus*. Vel proba, si tanti es, μεταποίησιν esse, & non per Transubstantiationem. De hoc enim quæstio est. Vis dicam? si id tentaueris, næ tu, cum id facere nequiueris, planissime Iesuitismum indues, vel quod tibi magis complacitum est, collifragium feceris. Non inique iniurius sum. Tu tibi ista, vtinam inflatu diuino, pronuncias. Tua sunt. *Profer vel vnum ex scriptoribus Græcis Latinis per annos mille ab exortu seruatoris, qui vel vocem, vel rem Transubstantiationis tueatur, vel referat: & ego tecum pariter Iesuitismum induam, qui mauelim facere collifragium*.

EXERCITATIO XXIV.

Panis post consecrationem neque Azymus, neque fermentatus est, sed corpus Christi. Azymorum in Ecclesia Latina antiquitas. Petri Antiocheni sententia de vsu Azymorum. Transubstantiationis nomen antiquum.

SEd iam sopitus somno acquieuit Creyghronus. Examinandus est; si tamen inexpugnabilis lethargi necessitate oppressus, aliquando tandem excitari poterit. Scribit, *Græci de transubstantiatione, cogitarunt, nec per insomnia quidem*. Verum est. Nanque neq; Græci neq; Pontificij obdormiscentes atque vti animantia insomniosi, sed peruigilantes suæ Ecclesiæ, & quæ Dei sunt, tractant. Quare quidquid de transelementatione vulgarunt, non id per insomnia, aut censore, auctoreque Diabolo, vel malo genio cogitauerunt. Et Græcos de ea nunquam cogitasse constabilis, sed quo fundamento, tu videris. *Operati semper Sacramentum in pane vulgari, & fermentato*. Demus hoc, Græcos operatos esse semper Sacramentum in pane vulgari,

gari, & fermentato. Ergo quid? Ergo Græci nec per insomnia quidem, de Transsubstantiatione cogitarunt. Et estne insipientia, aut delirium, ne dicam insomnium caliginosius? Operari in pane vulgari, & fermentato, estne neq; per insomnium de Transsubstantiatione cogitare? Si fermentatus panis est materia apta pro Transsubstantiatione, & corpus Christi non est, nisi post consecratum panem fermentatum; qua mente concludis, eum, qui in fermentato operatur, non cogitare de Transsubstantiatione? Dicunt Græci, panem fermentatum, quo ipsi ἱερουργοῦσι, τρεπτοῦσθαι immutatione, conuersione, transelementatione, & alijs, quibus notatur vnius substantiæ cessatione in aliam transitus, quod de ratione transubstantiationis est; & tu ex panis fermentati consecratione, Transsubstantiationem de medio tollis? Considera, sed attentius, quæ Græci dicant: tum demum argue de insomnijs, & transubstantiatione. Panis consecratus, vt id quoque discas ex Græcis, post consecrationem neque azymus, neq; fermentatus est, sed corpus Christi, sicuti vinum, siue nigrum sit, siue album, non amplius vinum est, sed sanguis Christi. Theorianus Philosophus Epistola ad Sacerdotes; Ὁ θεῖος ἄρτος πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι, εἴτ' ἄζυμος εἴτ' ἔνζυμος ὤν, ἀδιαφόρως ἄρτος ἐστί τε καὶ λέγεται παρὰ τῶν θείων λογίων, ὡς ὕστερον δείξομεν. μετὰ δὲ τὸ ἁγιασθῆναι οὔτ' ἔνζυμος, οὔτ' ἄζυμος, ἀλλὰ σῶμα καὶ σάρξ τοῦ κυρίου ἡ αὐτὴ καὶ οὐκ ἄλλη ἀντ' ἄλλης. μία γάρ ἐστι καὶ αὐτὴ ἐκ τῆς ἀειθόρου παρθένου καὶ θεοτόκου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου ληφθεῖσα, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθημένη, καὶ ὑφ' ἡμῶν τῶν ὀρθοδόξων μυστικῶς μεταλαμβανομένη. διὸ καὶ μυστήριον λέγεται ὡς κρύφιον καὶ τοῖς πολλοῖς οὐ καταληπτόν. Καὶ πάλιν. εἰ οὖν τὸ θεῖον μεταβάλλει τὰ προκείμενα δῶρα εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ, περισσὸν λοιπὸν τὸ φιλονεικεῖν, ἢ ἐξ ἀζύμων, ἢ ἐνζύμων ὤν, ἢ λευκοῦ, ἢ ἐρυθροῦ τυχὸν οἴνου, καὶ ταύτας τινὰς περιεργείας μωρὰς περὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων διερευνᾶν. καὶ πάλιν. ἄρτος ἄρα καλεῖται, ὡς δέδεικται ὁ ἄζυμος. τὸ γὰρ ἄρτος ὄνομα γένος ὂν τοῦ τε ἐνζύμου καὶ ἀζύμου ἐπι-

στης κατηγορεῖται, εἰδῶν ὄντων αὐτοῦ. ταῦτα πρὸς τοὺς ἡμετέρους τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ ἄζυμος ἄρτος οὐ λέγεται. *Diuinus panis antequam consecretur, siue azymus, siue fermentatus fuerit, indifferenter panis est, & dicitur, ante diuina eloquia, postquam consecratus est, neq; azymus, neq; fermentatus est, sed corpus, & caro Domini eadem ipsa, nec alia pro alia: vna siquidem est, & ipsa, quæ ex incorrupta Virgine, & Deipara assumpta est, & quæ in dextera Patris sedet, & a nobis Orthodoxis mystice communicatur. Quapropter mysterium dicitur, veluti secretum aliquod, nec a multis comprehensum.* Et; *Si itaque Numen commutat proposita munera in corpus, & sanguinem Christi, supervacaneum fuerit contendere, an ex azymo, vel fermentato est, aut albo, vel rubro vino, & similes stultas atque ineptas curiositates de tremendis mysterijs agitare.* Et; *Panis igitur dicitur, vt ostensum est, azymus. Panis etenim nomen genus, cum sit azymi, & fermentati, æqualiter prædicatur de ijsdem cum sint illius species. Et hæc quidem ad nostros, qui contendunt azymum panem non dici.*

Nec ipsi Pontificij altius rem intellexerunt, ante idololatricum azymum. Et Deum tantam verborum impietatem toleranter ferre, & demisso cœlitus igne linguam similia euomentem non absumere, non obstupescimus? Azymũ *Idololatricum* nuncupas, non ante consecrationem, quia tum merus panis azymus est, sed post consecrationem cum corpus Christi seruatoris factum est? Quasi vero Idolum tibi Saluator tuus venerandus obijciatur, qui ita in te affectus est, vt bona sua ad felicitatem omnia æternam conquirendam tibi propinet, sed etiam carnem suam tibi in alimoniam, & sanguinem in potum exhibeat. Hostiam pontificiam, magnamque victimam, diuino ritu sacram, sub cuius speciebus re ipsa Christus est, Deorum impurum simulacrũ existimas impie; & *Idololatricum* prænominare lingua sacrilega, & inconsulta amentia audes? Appinge notam hanc tuis, qui communem panem, & purum vinum vti corpus Christi, & sanguinem

nem fide tantum atque imaginatione absumunt, & Deum mere panaticum inconsiderate exorant, & obtestantur. *Hostia sine fermento primitus Transubstantiationem peperit: & illa Hostiam stabiluit. Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.* Ergo Hostia sine fermento, & Transubstantiatio nata simul, cœptaq; sunt; quando quæ generat mater a filia gignitur. Sed Hostia sine fermento apud Pontificios multo antiquior est & Concilio Lateranensi, & Innocentio III. Ergo Transubstantiatio panis Eucharistici, quam tu orsam esse in Ecclesiam introduci parum circumspecte scripsisti, Innocentio III., & Concilio Lateranensi multo fuit antiquior. quod, vt multorum opinio fert, Christus in azymo Sacramentum instituit, & Apostolis corpus suum in azymo impertitus est. Ergo Pontificij ab institutione per Christum panis Eucharistici Transubstantionem agnouerunt, & confessi sunt. Et ecce tibi in ipso Ecclesiæ Christianæ exortu Transubstantiationem renitentem, erumpentemq; contra tuas & insulsas aduersariorũ oppositiones. Sin minus, tuum erit mendacium, *Hostia sine fermento primitus Transubstantiationem peperit, & illa Hostiam stabiliuit.* Gregorius Pontifex in Registro; *Solet multos perturbare quamobrem in Ecclesia quidam panes azymos, quidam offerunt fermentatos. Romana Ecclesia offert azymos panes, propterea quod Dominus sine vlla commixtione suscepit carnem: sed ceteræ Ecclesiæ offerunt fermentatum pro eo, quod Verbum Patris indutum est carne, & est verus Deus, & verus homo. Item & fermentum commiscetur farina, & efficitur corpus Domini nostri Iesu Christi viui. Sed siue in Azymo, siue in fermentato conficiatur Domini nostri corpus, & Saluatoris nostri sumimus.* Alij scribunt, *Leonem Pontificem Romanum, affirmare, ab initio sacerdotalis officij totam Dei Ecclesiam Azymum obtulisse: sed cum Ebio omnia legalia simul cum Euangelicis præceptis debere seruari contenderet, statuerunt Patres ab illo sacrificandi genere abstinere, dum illa hæreticorum rabies euanesceret, deinde in prio-*

rem obseruantiam venire. Et Innocentius III. lib. 4. de Sacrosancto Altaris mysterio cap. 2. & S. Thomas in 4. *Initio vniuersa Ecclesia, tam Orientalis, quam Occidentalis azymo vtebatur in sacris mysterijs, idque ex Christi, & Apostolorum institutione. Verum postea exorta hæresi Ebionitarum, & Nazaræorum, qui simul cum Euangelio legalia seruanda docebant, in horum detestationem tota Ecclesia remotis azymis fermentos panes assumpsit ad mysteria. Vnde apud Græcos, Chrysostomum, Originem, aliosque vetustiores, nullum apparet vestigium. Postmodum vero ea hæresi extincta redijt Ecclesia Latina ad morem pristinum consecrandi azymos: Græcis interim receptam ex occasione consuetudinem retinentibus. quæ prima extitit consuetudinis inter vtrosque diuersitas*. Horum tamen dictis solis non insisto. Epiphanius hæresi 30. de Ebionitis; Μυστήρια δὲ δῆθεν τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἀζύμων, καὶ τὸ ἄλλο μέρος διὰ ὕδατος μόνου. *Mysteria autem faciunt ad imitationem Sanctorũ in Ecclesia ab anno in annum per azyma: & ad alteram mysterij partem aquam adhibent*. Quæ verba alij sic verterunt; *Et ex Christianorum, Ecclesiæque imitatione mysteria quædam quotannis celebrant, in quibus panes Azymos, & ad alteram mysterij partem meram aquam adhibent*. Ergo Ebionitæ eundem seruabant ritum, quem in Ecclesia, nempe Catholica, quæ sanctorum Ecclesia est, & dicitur, & sacrosancta mysteria conficiebant in Azymo, quod non nisi a suis ipsorum Patribus, Apostolis Domini, & ipso Christo accepisse fatendum est. Ergo Ecclesia sanctorum tempore minimum Epiphanij azymum ante Conciliũ annos octingentos, & trigintasex in conficiendis mysterijs adhibebat. Sic etiam ante Concilium annos 45. Bruno Astensis in Argumento de sacrificio in Azymo ad Leonem Monachum tradit; *Principem, caputq; omnium Apostolorum post Domini Ascensionem primum obtulisse inuenimus sacrificium, non aliter quam illi a Domino, & suo Magistro iussum est offerri. Eo defuncto B. Clementem, & Syluestrum*

ſtrum ad tempora vſque Conſtantini Magni continuaſſe, & reliquos eorum ſucceſſores Pontifices, & Gregorium ipſum Eccleſiæ Doctorem eximium, & ad ſua vſque tempora Romanos Pontifices ſuo ritu incolume, atque integrum obſeruaſſe. Græci nonnulli in ea fuere ſententia, in ſexta ſynodo ſub Conſtantino Imperatore, Agathonem Papam, & Agrigentinum Epiſcopum Gregorium aduerſus Azyma legem tuliſſe, ne in poſterum fierent a quoquam fidelium. Hilario Monachus de pane Grçcorũ myſtico, & Latinorũ azymo, Πόθεν δὲ ἐκεῖνα τὰ ἐνύπνια τῶν εἰπόντων καὶ τὴν ἕκτην σύνοδον ἐπὶ Κωνσταντίνου Βασιλέως Ἀγάθωνα τὸν Πάπαν, καὶ Γρηγόριον τῶν Ἀκραγαντίνων Ἐπίσκοπον καὶ τῶν ἀζύμων νομοθετοῦντας, ταῦτα ὕστερον μὴ γίνεσθαι παρά τινος τῶν πιστῶν; Reſpondet Hilario; ἀφ' οὗ γὰρ καιροῦ ἤρξαντο οἱ λατῖνοι τὴν τῶν ἀζύμων θυσίαν, ταύτης πώποτε οὐκ ἀφέστησαν. καὶ μᾶλλον περὶ τῆς ἕκτης συνόδου ἀνέγνων τοὺς πατέρας μετὰ τὸ ἀποδοκιμάσαι τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν τῇ ὀγδοάδι τοῦ Πάσχα ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὂν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας τῷ Θεῷ χαρίτας χαριζομένους ἑορτάσαι λατινικῶς, ἐπαινέντων ὅλων τῶν ἑλλήνων τρόπον τῆς θυσίας λατινικῆς. *Ex quo enim Latini Azymorum ſacrificium cæpere, nunquam ab eo deſtiterunt. Imo Patres in ſexta ſynodo comperi, poſtquam Monothelitarum hæreſim reprobaſſent octaua Paſchatis apud Vrbem Conſtantinopolitanam in templo S. Sophiæ Deo gratias reddentes, ex præſcripto Latinorum ſolemnitatem peregiſſe, Græcis omnibus modum ſacrificij Latini collaudantibus.* Poſt Photium anno Domini 1053. Michael Cerularius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & eum ſecuti plures alij ex Græcis Latinos tanquam azymitas condemnant. Et inter Photium eiectum, & Innocentium III. ſiue Concilium Lateranenſe, anni numerantur, tercentum quadraginta ſex: inter Cerularium, & dictum Concilium anni centum duo & ſexaginta. Ante etiam Innocentium annos 125. Hildebertus ex Cenomanenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Turonenſis, ad Epiſcopum Andegauenſem, Azymorum in Eccleſia

Ro-

Romana meminit, & inter Græcos, & Pontificios moris esse non dogmatis discrupantiam pronunciat; *Sacerdos præsentium lator, dum ministraturus sacris assisteret altaribus, nec hostiam præparatum panem inueniret, de communi pane sacrificium se confitetur obtulisse. Qua in re licet potius consuetudo, quam fides inpugnetur, nos tamen nonnullam in eo culpam attendimus, arbitrantes grauius puniendum esse Ecclesiæ scandalum, quam delictum, & Sacerdotis incuriam, quam reatus qualitatem. Quod quia in vestra diœcesi factum est, personam quæ peccatum peccauit, sub vestro statuimus iudicio, quatenus ab eo pastore transgressio puniatur, cuius gregem sacrificij nouitas conturbauit. Erit igitur vestræ deliberationis in Sacerdotem, qui male grauatus est, eam proferre sententiam, quæ plus patris habeat, quam iudicis, plus misericordiæ quam censuræ. Scriptum est enim, Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Rupertus Abbas lib. 2. de diuinis Officijs cap. 22. *Cur sancta Romana Ecclesia nuaquam in sacrificio fermentatum admiscuit, non otiose quæritur, nec inutiliter scitur; maxime quia consuetudini huic tota hactenus Græcia refragatur.* Et ne singulos recenseam, Rabanus Maurus lib. 1. de Institutione Cleric. cap. 31. *Ergo panem infermentatum, & vinum aqua mixtum in Sacramento corporis, & sanguinis sanctificari oportet.* Quid diceres Platinæ affirmanti de Alexandro primo. *Voluit oblationem quoque ex azymo non autem ex fermentato, vt antea fieri mandauit. Quia hoc modo panis haberetur, & Ebionitis Hæreticis calumniandi occasio auferretur.* Si tum vigebat Hostia sine fermento, & Hostia sine fermento primitus Transubstantiationem peperit, mihi quidem animus non est, dicito tu confidentissime, quomodo *in Lateranensi sub Innocentio III. orsa est Transelementatio introduci*: Et si maiora etiam temporum interualla poscis, ad ipsam sextam generalem synodum non ne erunt quingenti, & triginta quatuor? Et licet Græci Schismatici Christum in azymo consecrasse inficientur, habeo tamen inter ipsos non indoctum, sed

qui

qui atrocius Pontificiorum opinionem impugnauit, indoluitq; sæpius quod illud vſurparent, & ſcriptis etiam eos a ſimili vſu retrahere conatus eſt, hoc idem teſtantem Tract. de Azymo; is eſt Petrus Antiochenus Patriar. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων δύναμιν δυσαναχετεῖτε, καὶ φιλονίκως διενίστασθε, παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου, καὶ Παύλου λέγοντες τὴν τῶν ἀζύμων παράδοσιν παραλαβεῖν. συνερχόμεθα κἂν τούτῳ τῇ ὑμετέρᾳ ἀδελφότητι, καὶ δεχόμεθα παρὰ τῶν Ἀποστόλων σὺν Θεῷ τινὰ τῶν παραδοθέντων ἀπ' ἐκείνων αὐτῶν πάλιν ἀναιρεθέντα καὶ μεταποιηθέντα πρὸς τὸ εὐσεβέστερον, οἷα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κρατυνομένης, καὶ τῆς ἐκκλησίας Θεοῦ χάριτι στερεουμένης, καὶ πλατυνομένης. καὶ τὸ Σάββατον γὰρ ἴσα τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ προσετάγημεν τιμᾷν, καὶ φυλάττειν, καὶ μηδὲν ἐν αὐτῷ ἐργάζεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο νῦν οὐ γίνεται. καὶ Πέτρος δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσερχομένους τῇ ἀμωμήτῳ πίστει τῶν χριστιανῶν τὸ πρῶτον περιέτεμνε, καὶ οὕτως ἐβάπτιζε. καὶ Παῦλος δὲ τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν. ἀλλὰ καὶ οἱ κατηχούμενοι τριακονταετεῖς ἐβαπτίζοντο. καὶ ἄλλας τινὰς νομικὰς παρατηρήσεις οἱ πιστεύοντες ἐφύλαττον. καὶ οἱ ἀρχιερεῖς γυναιξὶ συνεζεύγνυντο. ἀλλ' οὐδὲν ἄρτι τοιοῦτον ἐμπολιτεύεται, τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ὡς εἴρηται, ἰσχυροποιουμένης, καὶ προκοπτούσης ἐπὶ τὸ ἐντελέστερον. καὶ τί θαυμαστὸν, ἢ ξένον, εἰ τηνικαῦτα μὲν οἱ μαθηταὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος τῇ τῶν πολλῶν ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες, τινὰ τῶν ἐθίμων αὐτοῖς συνεχώρησαν τηρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, τῇ κατὰ μικρὸν πάντας ὑφαιρεῖσθαι σαφῶς ὑπαλλάττοντες αὐτοὺς, καὶ ἀπαίροντες ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἤδη γεγυμνασμένους πρὸς εὐπείθειαν. μηδὲ γὰρ ἂν πλέθρον λοξὸν ἐλκεῖν, ἀθρόον μετακλῖσαι, καὶ βίαν χειρὸς ἀπευθυνούσης, ὥστις τῶν καθ' ἡμᾶς ἔφη θεολόγων, θᾶττον μέντ' ἂν πληγῆναι, ἢ ὀρθωθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς εἴρηται, πρὸς καιρὸν μὲν συνεχωρήθη τὰ ἄζυμα. ὅτι μεγάλη ἦν ἑβραϊκὴ τότε εἰς Ῥώμην, καθὼς ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων διασαφεῖ. ἔπειτα δὲ ἡνίκα καιρὸς κατηύθη καὶ ταῦτα. ὅπερ καὶ ἐπὶ Μωϋσέως ὁρᾶται παρὰ Θεοῦ οἰκονομούμενον, συγχωρήσαντος μὲν τὰς θυσίας τοῖς Ἑβραίοις, ἵνα καταστήσῃ θεόν. ἔπειτα δὲ ἡνίκα καὶ τοῦτο κατωρθώθη, καταλύσαντος αὐτὰς ὕστερον. *Quod ex*

robore

robore iam dictorum molestia afficimini, & contentiose altercamini a Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, azymorum traditionem dicentes obtinuisse; In hoc etiam cum vestra paternitate conuenimus; ostendemusque, Deo annuente, pleraq; ab Apostolis tradita, ab ijsdem rursus abolita, & immutata fuiße ad magis piam sanctamq; consuetudinem, cum fides in Christum validius roboraretur, & Ecclesia diuina gratia firmius stabiliretur, ac propagaretur. Namque Sabbatum, & diem Dominicum pari honore afficienda, parique obseruantia colenda eße, nullamque in illius operam insumendam, praeceptum est. Sed hoc vsui nunc non est. Et Petrus ex Gentibus ad inculpatam Christianorum fidem aduenientes primum circumcidebant, tum sacro abluebat lauacro. Et Paulus Timotheum circumcidit. Et qui sacris Christianis initiabantur, non ante triginta annos baptizabantur. Et alias quasdam legales obseruationes credentes custodiebant: & Praesules mulieribus coniugio iungebantur. Sed nihil horum in praesens tempus in vsu est; Dei Ecclesia, vt dictum est, firmitatem nanciscente, & maiore perfectione proficiente. Et quid mirum, aut peregrinum videtur, si tum Discipuli in exordio praedicationis multorum infirmitati vltra suam dignitatem sese demittentes, nonnullas ex suis consuetudinibus in vsu onere illis permiserunt, vt sic sensim facta subtractione, sapienter eos immutatos, & tractos ad Euangelium, & exercitos, haberent sibi obedientiores. Neque enim distortus ramus confertim declinationem, & vim manus dirigentis sustinebit, vt quidam ex nostris Theologis praefatus est, sed potius vulnerabitur, quam dirigetur. Propterea que, vt dictum est ad paruum tempus permissum est azymum, quod ex tempore Iudaeorum ingens copia erat, vt aperte discere est ex Actis Apostolicis. Tum postmodum abolenda erant haec. Quod & sub Moyse a Deo dispositum videtur, qui sacrificia Haebreis permitit, vt Deum constitueret; postea vero hoc recte peracto, tandem ea dißoluit. Dicito ab oppugnatore Azymi, Azymis Apostolos adhuc in vita manentibus in Ecclesia quod tu vocas idololatricũ, vſſuri: quia etiam post Apostolos vſque ad tempora Grego-

rij I. Romani Pontificis, cum punitus est Sacerdos, qui in pane fermentato celebrare præsumpserat. Et tu non vereris asserere, hostiam sine fermento Transsubstantiationem peperisse, vt eam sub Innocentio III. in Concilio Lateranensi primũ orsam esse in Ecclesiam introduci? Compone dicta tua, si potes. Sed quis tantam in Historijs Ecclesiasticis Creyghtoni infantiam, vel temere conficta mendacia non deplorauerit? Dices tibi quæstionem esse de nomine, non de re. Hoc puerile est, & puporum refugium. Rem habes, & de nomine quæstionem moues? Dum res habetur, vtcunque sint nomina, cordati viri manum non verterint, vt supra planum fecimus.

Sed ne morosus sim, liceatt. Verum liceat quoque mihi per te. Tu Transsubstantiationem, & Transelementationem esse vnum idemque notas: *Sub Innocentio III. in Lateranensi* IV. *panis Eucharistici Transelementatio orsa est in Ecclesiam introduci*. Et post Syropulum in Notis; *Hostia sine formento premitus Transsubstantiationem peperit, & illa hostiam stabiliuit*; Ergo vnum sunt Transsubstantiatio, & Transelementatio. Sin minus, discrimen a te præfiniendum est. Sed Transelementationis μεταστοιχειώσεως ante Concilium Later. & Innocentium ex Theophylacto centum quadraginta quatuor, ex Nysseno annos DCCCXXXVIII. mentio habetur. Ergo Greyghtonus nugatur, & imagines rerum, quæ non sunt, in somnijs sibi visas, vti in vigilijs visas, somnians experrectus euulgat, illisq; chartas illinit.

Hæc est nuda, simplexque veritas, *Nuda* certe est, nullis veris, sed colores mentientibus vestibus circumsepta. *Simplexque*, quia ampulla inanior est, &, vt verum fatear, inanitas ipsa. Quid enim in ea continetur, quo Lector fallacijs exemptis sanior factus veritatem addiscat, si veritas ipsa, Creyghtono præeunte ac ducente, tantundem de statu tuo aberrat? Ego de hac tua veritate non laboro, dum nuda, simplexque est. Tuismet verbis

te conficio. Tuis istam vendita, qui ex rebus turbidis, infuscatis, & mendaciorum refertissimis propositionibus puram, simplicemque veritatem expiscando, hominibus cordatis sese contradere putant. Addis a Puritanis profecta; *Bellarminus in contrarium voluat, vt olim Gigantes Pelion in Ossam, rationes, & argumenta vltra cacumina montium in Luna.* Vt videaris aliquid respondere, ad fabellas, & nugacissimas nænias conuolas. *Bellarminus in contrarium voluat.* Interim neque tu, neque tui similes alij rationes illius, & argumenta, quibus illa Pontificiorum dogmata probat, firmatq; reiecerunt; vel saltem infirmarunt, etsi multi, licet inani conatu, id aggredi præsumpserunt. Nec mirum, vltra cacumina montium sublimior in ipsam quoque lunam peruolitat, & aquilis cernens acutius, mysteria diuina introspicit, introspectaque, atque emollita cordatis viris explanat mirifice, quæ vos pedanei, humique repentes, lambere vel leuiter non valetis. Quare vti reprobas tu, ita ego respondeo tacendo. Et discant a te Refomati tam catam rationem respondendi rationibus, & argumentis Pontificiorum. *Bellarminus in contrarium, vt olim Gigantes Pelion in Ossam vltra cacumina montium in luna.* Belle, & festiue. Nonne iam soluta sunt argumenta, & rationes de Transubstantiatione a Creyghtono? *Fateor non a Verbis Dominicis cuiuscunque ore prolatis vim consecrandi pendere.* Gaudeo bonæ menti tuæ: neque enim desipis cum Cytræo, & alijs, qui Sacramentum Ordinis e numero Sacramentorum eijciunt, eaq; omnia, quæ Sacerdotum munia sunt, vocatis, electis, ministris etiam sine eo ritu, & ordine posse sacramenta administrare, cum eo ritu nullus imprimatur character, concedunt: neque religionem, & pietatem violas cum Lutero; *Ego non dicam, quod Papistæ dicunt, nullum Angelorum, imo ne Mariam quidem consecrare posse: Sed e contrario dico: si Diabolus ipse veniret, & ego postea*

re-

resciscerem, Diabolum sic irrepsisse in officium Pastoris Ecclesiæ, in specie hominis vocatum ad prædicandum, & publice in Ecclesia docuisse, & baptizasse, & celebrasse missam, & absoluisse a peccatis, & tali munere functum iuxta institutionem Christi, tum cogeremur fateri, Sacramenta ideo non esse inefficacia, sed verum baptismum, verum Euangelium, verum Sacramentũ corporis, & sanguinis Christi nos accepisse. Et cum Caluino: *Totum Sacerdotium Papisticum non solum impia est veri mysterij profanatio, sed execrabilis in Christum contumelia, vt quisquis est Sacerdos Papalis, donec titulum illum abiecerit, Christi seruus esse non possit.* Laudo itaque in hoc moderationem tuam, atque modestiam, cum scribis; *Verbis Dominicis cuiuscunq; ore prolatis vim consecrandi non pendere. Aliter pastores ouium possent esse pastores animarum:* tum addis; *Sed a Sacerdote solo verba Dominica cum oratione supplice, & votis pronunciante, Sacerdos ministrat. Sacerdos consecrat, nullus Sacerdos, nullum Sacramentum.* Veruntamen cum quem Sacerdotem intelligas, non exprimas, suspectus es. Namque Episcopus quoque Sacerdos est, & quæ puri Sacerdotis munia sunt, Episcopus obit, non ex contrario, quæ sunt Episcopi Sacerdos. Nonnulla etiam Sacerdotis, si necessitas vrget, secularibus permittuntur, qui baptismum conferunt. Sacerdotum Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Communionis, Matrimonij, Extremæ vnctionis in potestate sita sunt: Episcoporum consecratio Chrismatis, & tandem Ordinis. Ita Græci sua dirigunt Sacramenta, ita Pontificij: si; *Vbi nullus est Sacerdos, nullum esse Sacramentum intelligis*, & confundis hierarchiam, & Ordinem, scelestus es, impius es, & a Græcis, atque Pontificij diffides, & a nuda simpliceque veritate aberras. Ne antiquiores huc referam, ex Græcis, & recentioribus id discito; Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses: Καὶ ἐκ τῶν χειροτονουμένων διὰ τοῦτο δῆλον. σφραγίζεται ὁ ἀναγινώσκειν ταχθεὶς, καὶ λαμβάνων χάριν ἀναγνώστου κέκληται χάριν. οὐ γὰρ ἰσχύει τὰ τοῦ ὑποδιακόνου ἐνεργεῖν.

καὶ διάκονος δὲ ὁμοίως οὐ τὰ τοῦ Πρεσβυτέρου ἰσχύει, οὐδὲ γὰρ Πρεσβύτερος τὰ τῆς ἱεραρχικῆς χάριτος. *Et ex ijs, qui ordinantur, hoc manifestũ est. Signatur qui ad lectoratum promouetur, & gratiã accipiens, lectoris gratiam acquirit. Neque enim potest, quæ sunt subdiaconi munia obire: nec Diaconus similiter, quæ Sacerdotis sunt, potest. Neque Sacerdos, vt antea diximus, quæ Præsulis sunt.* Et supra dixerat; Διὸ οὐδὲ τὸ βάπτισμα λαβὼν εὐθὺς τυγχάνει καὶ ἱερεὺς, οὐδὲ ὁ διάκονος γεγονὼς καὶ τὴν τοῦ Πρεσβυτέρου λαμβάνει δύναμιν, οὐδ᾽ ὁ Πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς καὶ τὴν τοῦ Ἐπισκόπου λαμβάνει χάριν, ἀλλ᾽ ἕκαστος ὅπερ ἔλαβεν, ἔλαβεν. καὶ ὁ μὲν ἐν ἐλάττονι, ὁ δὲ ἐν μείζονι, ἐστὶ τῇ δυνάμει. καὶ διάκονος μὲν ὑπηρετεῖ, ἱερεὺς δὲ ἱερουργεῖ, ἀρχιερεὺς δὲ χειροτονεῖ, καὶ τῶν χαρισμάτων τοῦ Θεοῦ μεταδίδωσι καὶ λύειν καὶ δεσμεῖν πταίσματα τὴν ἐξουσίαν πλουτεῖ. *Quapropter neque qui Baptismum suscepit, illico etiam Sacerdos existit: neque qui ad Diaconatum promotus est, Presbyteri quoque virtutem accipit: neque qui Sacerdos factus est, gratiam Episcopalem; sed vnusquisque, quæ percepit, percepit. Et hic in minorem, hic vero in augustiorem virtutem sublatus est. Et Diaconus quidem ministrat, Sacerdos vero sanctificat, Præsul ordinat, & dona Dei dispensat, & soluendi atque ligandi delicta auctoritatem abunde possidet.* Itaque si Luteri Sacerdotem animo capis, etiam si Diabolum ab hoc ministerio arceas, næ tu truncus es, & caput vacuum cerebro, & in hoc quoque, vt rebus in alijs, homo plusquam insanus. *Notabilis locus.* Quis id negauerit locum ob insignitam improbitatem notandum, in quo nec signum quidem veritatis elucet, & in quo tot mendacia e sensu tuo depromis? *Notabilis locus.* Si Syropuli verba respicis, ex quo illa tua; Canonem Basilij, & Chrysostomi, & Ecclesiæ Romanæ esse diuersum, sicuti Græcorum Sacramentum a Pontificio: Græcos de Transubstantiatione neque per insomnia cogitasse, & Hostiam sine fermento Transubstantiationem peperisse, & similia, vere notabilis est ad tuam notandam inscitiam, dum nec Syropulum tenes, quid dicat, nec senten-

tiam illius assequeris, vt infra signis omni luce clarioribus demonstrabitur.

Illud etiam addere non fuerit permolestum, vt antiquissimam Transsubstantiationis, & transelementationis virtutem fuisse in Ecclesia agnoscas. Refert Iustinus Martyr, & Athenagoras Philosophus in Apologijs, quas illi pro Christianis ediderunt; famam Christianorum a Gentilibus inquinatam fuisse eam potissimum ob causam, quod carnibus vescerentur humanis, non aliunde accersita calumnia, quam ab huiusce panis Eucharistici comestione: rumore enim ad illos perlato, Christianos corpus Christi comedere, ac consumere, & sanguinem bibere, siue haurire postquam illum immolassent, ad pauca animum intendentes, sacrificium adeo sanctum, & incruentum in crimen vertentes atque calumniam, luce, & palam decantarunt, Christianos carnem humanam vorare, & sanguinem bibere, ideoque esse Anthropophagos. Ergo per idem tempus, & forte etiam Apostolorum ea erat Christianorum communis sententia, panem Eucharisticum esse veram carnem Christi, & verum sanguinem vinum, & illa comedentes carnem, & sanguinem humanum comedere. Quod si alio pacto sentirent, calumniam Gentium non substinuissent, Quis enim nisi mente captus vt tu de esu panis quemquam argueret?

EXERCITATIO XXV.

Corpus Christi, & sanguinem non esse neque figuras, neq; imagines, neq; typos, neque symbola, neque antitypa, sed ipsissimum corpus Christi, & ipsissimum sanguinem, et si aliquando sic dicta inueniuntur, quomodo intelligenda sunt? Dionysius Areopagita, Theodoretus, Basilius, & alij exponuntur. Antitypa quid notant? Consecrationis formam Apostolis referre Græcos. De forma consecrationis, quænam sit Basilij sententia, disquiritur.

Basilij

Basilij capita de Spiritu sancto ad Amphilochium, Basilij esse genuina. Precationum Basilianarum, & Chrysostomianarum expositio.

PRæterea, corpus Christi, & sanguis in pane, & vino Eucharisticis, vt illa corporis, & sanguinis neque imagines, neque typi, neque symbola, neque antitypa sint; sed ipsissimum corpus Christi, & ipsissimus sanguis. Corpus, quod Cruci suffixum est, quod mortuum, quod sepultum, quod resurrexit, quod ascendit in Cœlum, quod sedet ad dexteram Patris, quod venturum est iudicare viuos, & mortuos, quod traditum est Apostolis a Christo: sanguis, qui de latere Christi lancea transfixo effusus est, si Græcorum Ecclesiæ Patribus fides neganda non est. Et qui adeo mente captus fuerit, vt in rebus Græcorum, & Ecclesiasticis potissimum potius Creyghtono, Hottingero, alijsque nullius Ecclesiæ animis, quam Græcis ipsis, & doctrina, & religione Patribus eximijs fidem adhibeat? Ioannes Chrysostomus Homil. 26. in Mathæum. Πόσοι νῦν λέγουσιν, ἐβουλόμην αὐτοῦ ἰδεῖν τὴν μορφήν, τὸν τύπον, τὰ ἱμάτια, τὰ ὑποδήματα. ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις. *Quot modo dicunt: Vellem videre formam, & typum eius, vellem vestimenta ipsa, vellem calceamenta. Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis.* Ioa. Damasc. Οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, μὴ γένοιτο. ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τεθεωμένον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰπόντος, τοῦτό μου ἐστὶν οὐ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα, καὶ οὐ τύπος τοῦ αἵματος, ἀλλὰ τὸ αἷμα, καὶ πρὸ τούτου τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις καὶ πόσις. *Non est figura panis, & vinum corporis, & sanguinis Christi: absit enim hoc, sed est ipsum corpus Domini deificatum; ipso Domino dicente, hoc est meum, non figura corporis, sed corpus, & non figura sanguinis, sed sanguis. Et ante hoc ipsis Iudæis; Quoniam*

niam nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: caro enim mea verus est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ea antitypa esse negat Samonas Disputatione cum Saraceno. Nanque cum interrogasset Saracenus; Num quod offerunt Sacerdotes, verum sit corpus Christi, vel verus sanguis, an Antitypum corporis, perinde atque sacrificium hirci, quod Iudæi offerent, Respondet; Μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον, ἢ τύπον, ἢ εἰκόνα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αἷμα ἀληθῶς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τεθεωμένον μεταλαμβάνειν τοῦ σαρκωθέντος καὶ γεννηθέντος ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. οὕτω γὰρ πιστεύομεν, καὶ οὕτως ὁμολογοῦμεν κατὰ τὴν φωνὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ μεταδιδοὺς αὐτοῖς τὸν ζωοποιὸν ἄρτον, ἔλεγε, λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μεταδιδοὺς αὐτοῖς φησὶ, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα, οὐκ εἶπε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ ἀντίτυπον τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος, ἢ εἰκών. *Absit nos appellemus Antitypon corporis Christi sacram communionem, aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimo corpus ipsum re vera, & sanguinem Christi Dei nostri in Deum conuersum assumimus; qui incarnatus, & genitus est ex Sancta Dei genitrice, semperque Virgine Maria. Sic enim credimus, & ita profitemur iuxta ipsius Christi, quæ ad Discipulos in cœna illa mystica tradens eis panem viuificantem pronunciabat; Accipite, comedite. Hoc est corpus meum. Similiter & calicem eis tradens, inquit; Hic est sanguis meus. Non dixit, hæc est Antitypon mei corporis, & sanguinis, aut imago.* Euthymius Zygadenus in cap. 26. Matthei. *Vt vetus testamentum hostias, & sanguinem habebat, ita sane & nouum, corpus videlicet, & sanguinem Domini. Non dixit, hæc sunt signa corporis mei, & sanguinis mei; sed, hæc sunt corpus meum, & sanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorum, quæ proponuntur, aspicere, sed ad virtutem eorum. Quemadmodum enim supernaturaliter assumptam carnem deificauit, si ita*

loqui

loqui liceat, ita, & hoc ineffabiliter transmutat in ipsum viuificum corpus suum, & in ipsum pretiosum sanguinem suum, & in gratiam ipsorum: Anastasius Sinaita contra Gaianitas. Μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος Χριστοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον, ἀλλ' ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. *Absit vt dicamus sacram communionem Antitypum corporis, & sanguinis Christi, aut nudum panem, sed re vera corpus, & sanguinem Christi.* Nec alio modo edisserendum est de symbolis. Theodoretus Dialogo secundo panem, & vinũ ante consecrationem symbola; post, corpus, & sanguinem nominat. Μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις; σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ. Καὶ πιστεύεις σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος; οὕτω πιστεύω. ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε, καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται. ἑάλως, αἷς ὕφηνας ἄρκυσιν. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως. μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι, καὶ ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν. νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. *Post consecrationem, quomodo ea vocas? Corpus, & sanguinem Christi. Et credis te participare corporis, & sanguinis Christi? Ita Credo. Vt igitur symbola corporis, & sanguinis Domini alia sunt ante inuocationem Sacerdotalem, post inuocationem autem mutantur, & alia sunt. Captus es retibus, quæ texuisti. Non enim post consecrationem mystica symbola discedunt a propria natura, manent enim in priori essentia, & figura, & specie, & visibilia sunt, & tangi possunt, vt prius, intelliguntur autem ea, quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ sint illa, quæ creduntur.* Laudatur etiam Origenes in Matth. Καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἄρτου μετέχων τοῦ σώματος τοῦ κυρίου μεταλαμβάνει. οὐ γὰρ προσέχομεν τῇ φύσει τῶν αἰσθητῶν προκειμένων, ἀλλ' ἀνάγομεν τὴν ψυχὴν διὰ πίστεως ἐπὶ τὸ τοῦ λόγου σῶμα. οὐ γὰρ εἶπε, τοῦτό ἐστι σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα, δεικτικῶς, ἵνα μὴ νομίσητε τύπον εἶναι. *Etenim qui panem comedit, corporis Domini participat.*

Non

Non enim attendimus ad naturam sensilium, quæ proposita sunt. Sed erigimus animum, & eleuamus per fidem ad corpus Domini. Non enim dixit, Hoc est symbolum, sed, Hoc est corpus, demonstratiue, ne quis putet typum esse. Et obserua vocem, *demonstratiue, δεικτικῶς.* Nanque pronomen, *Hoc*, non demonstrat panem, cum panis non sit corpus Christi; nec etiam signatum, siue significatum per hoc complexum, *Hoc est corpus meum*, cum in sacramentis id efficiatur, quod significatur;& sic per hanc formam non fieret, quod Christus esset in hoc sacramento secundum virtutem; sed solum sicut in signo, quod est hæreticum. Neque etiam demonstrat corpus meum pro instanti locutionis, sicut cum aliquis dicit, *nunc taceo*, quia secundum hoc esset sensus locutionis, *Hoc est corpus meum,* corpus meum est corpus meum, quem prædicta locutio non facit, quia hoc fuit ante prolationem verborum. Sed demonstrat contentum, seu circumtectum sub his speciebus, sub quibus prius erat panis, esse corpus Christi in extremo instanti locutionis: ideoque, non dixit Dominus, *Hic panis est corpus meum*, sed in communi, *Hoc est corpus meum*, nullo nomine apposito ex parte subiecti, sed solo pronomine, quod non demonstrat accidentia, sed substantiam sub accidentibus contentam in communi, hoc est sine forma aut natura determinata. Et hæc est in hac quæstione expositio Pontificiorum, & si quis verba attente consideret, Græcorum. Non desunt apud Pontificios graues, cordatiq; viri ante Innocentium,& Concilium, qui hoc idem pro comperto afferunt, quos hic referre superuacaneum duco, Ni tu teneas corpus Christi, in quod conuertitur panis substantiam non esse. Tum enim illi falsum dicerent, substantiam panis in substantiam corporis Christi,& substantiam vini in substantiam sanguinis Christi conuerti. Dicito tu defectum, quare effectus tanti mysterij post verba consecrationis non

consequatur. Negabis, Christum esse Deum, ideoque omnipotentem, & quidquid voluerit, solo verbo operari? Quare ergo non credis, sed dubitas? Non defuit illi potentia, non voluntas, & tu temere de vtroque diffidis. Assigna tu rem aliam, quæ te ad non credendum, vel dubitandum compellat. *Aut enim voluit, & non potuit*, dicebat Petrus Cuniacensis contra Petrobrusi. *Aut potuit, & non voluit, aut neque potuit neque voluit. Sed quod potuit, si Euangelio credis, dubitare non potes: nam in sui memoriam hoc fieri non præciperet, si hoc fieri noluisset. Quod vero potuerit, si Prophetæ credis, certum tenebis: nam si omnia quæcumque voluit fecit. Voluit ergo, & potuit, vt panis in carnem suam, & vinum conuertatur in sanguinem. Et quia voluit, & potuit, idcirco & fecit. Si enim Deus est omnipotens, & Christus est Deus, sequitur, quia ad conuertendum panem in corpus suum, & vinum in sanguinem suum omnimode, sicut ad vniuersa potens est.* Cyprian. Dominus de Cœna Domini; *Panis iste, quem discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotentia Dei factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas: ita Sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa Sacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus, & sanguis Sacramenta sunt, sincerior pateret accessus, vsque ad participationem spiritus.*

Age quod in manu est. Τὰ προκείμενα δῶρα non sunt figura, non sunt imagines, non sunt symbola, non sunt typi, non sunt antitypa, post verba prolata, sed ipsissimum corpus Christi, & ipsissimus sanguis. Græci sunt, qui id fatentur, non aliter Pontificij. Id est Transubstantiationem palam fateri: & tu inuerecunde, quod audis, quod aspicis, negas, & Græcos de Transubstantiatione nunquam cogitasse, nec per insomnia quidem, nugaris? Non dubito, dices apud eosdem Græcos, nec infimi nominis scriptores, hæc eadem post Christi verba enunciata de ijsdem hæc eadem, & similia repeti. Non

nego.

nego. Sed intellectus eorum quisnam fuerit, non alij, ipsi nuncij, atque interpretes sint. In Sacramento scilicet duo considerant; primum externam rerum faciem, quæ cadit in sensum, nempe figuram, colorem, saporem, & similia: alterum, quæ sub illis quodammodo velantur, & reconduntur a communi sensu seclusa. Primum accidentia vocant, alterum substantiam corporis, & sanguinis Christi. Cum itaque typum, & figuram, & symbola vocitant, non de corpore, & sanguine verba faciunt, sed de accidentibus propositis, quæ sunt typus, & figura corporis, & sanguinis Christi, quæ sub se esse corpus illud, & sanguinem indicant. Nihil enim sui ipsius typus est, nec exemplar, quæ diuersum quid ab eo, cuius signa, & exemplaria sunt, sonant. Neque enim pictus Petrus, licet Petro simillimus, idem atque Petrus est. Et ita symbola Dionysij declarat Maximus Homologeta, & Georgius Pachymerius. Neque aliud Dionysius nomine symbolorum signat: dicit etiam ibidem; Hæc symbola significant, & in se continent Christum. Et apertius; Ἀλλ' ὦ θειοτάτη, καὶ ἱερὰ τελετὴ τὰ περικείμενά σοι συμβολικῶς ἀμφιέσματα τῶν αἰνιγμάτων ἀποκαλυψαμένη τηλαυγῶς ἡμῖν ἀναδείχθητι. *Sed o tu diuinissimum atque Sacrosanctum Sacramentum circumiecta tibi symbola ænigmatum velamenta detegens, perspicue nobis ostendito*: Velamenta sunt panis, & vini Eucharistici accidentia: sed quia ineffabili modo atq; in intelligibili ratione, quā mens humana non capit, velant, & sub se tectum continent Christum, ænigmatum velamina compellat, affirmatque Dionysius, illa continere sanctissima sacra, nempe corpus, & sanguinem Christi, quæ exoptat sibi ostendi, &, si fieri posset, oculis quoque conspicere. Et tu dimissa fide, quam profiteris, panis substantiam cum substantia corporis Christi in cœlo commorantis confundis. An, vt possis videre panem in substantia panis, fides requiritur.

Vbi nullum Chriſti corpus, nec ſanguis eſt, nullum Sacramentum eſt. Ad illa Theodoreti in Eraniſte. Ἠβουλήθη ὁ σωτὴρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν φαινομένων προσέχειν, ἀλλὰ προσέχειν τῇ ἐκ τοῦ χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. *Voluit Saluator ſacrorum participes myſteriorum non ſpectare naturam apparentium, ſed mutationem factam a gratia*. Mens Theodoreti plana eſt. Neque enim intendendi ſunt oculi in ea, quæ conſpiciuntur: conſpicitur ſiquidem purus panis, & purum vinum, quæ repræſentant naturam, & ſubſtantiam panis, & vini, etſi nulla ibi panis, & vini ſubſtantia eſt; ſed mente recolendum eſt, quod ibi per gratiam factum eſt, immutationem ſcilicet in corpus Chriſti, & ſanguinem. Et licet quod hic *naturam*, alio loco *ſubſtantiam* nominet, non propterea poſt conſecrationem illis eſſentiam panis, & vini largitur. Nam cum Hæreticus aſſereret corpus Chriſti poſt aſcenſionem mutatum fuiſſe in diuinam ſubſtantiam, ſicuti panis per conſecrationem in corpus Chriſti, vt hæreſim conuelleret, *Quemadmodum corpus Chriſti manens quod erat, glorificatum eſt, ſic etiam ſymbolis non mutatis in Euchariſtia fit corpus Chriſti*. Reſpondet. Subſtantia corporis Chriſti, poſt reſurrectionem manet eadem, & ſola mutantur accidentia: contra in Euchariſtia deſinit eſſe panis, & vini ſubſtantia, & ſola remanent accidentia, vocabulis abuſus, quia ſublatis illis nulla remanet ſubſtantia panis. Mentem nihilominus Theodoreti fuiſſe, ſubſtantiam panis conuerti in corpus Domini, & vini in ſanguinem, nulli dubium eſt, & abunde patet ex teſtimonijs Ignatij. & Ambroſij ad dicta ſua ſtabilienda in eodem Dialogo productis. Hinc ineptit Montacutius, Theodoretum *Affirmare expreſſe, ſymbola poſt conſecrationem non exiſſe a natura ſua prima, ſed manere illibatam ſubſtantiam, quæ fuit, priorem*. Et infra; *Quod ſi vere ſint ſymbola cœleſtium illa* ἅγια δῶρα, *vt recte Maximus apud Dionyſium; non ſunt iſta cœle-*

ſtia.

stia. Ἡ γὰρ εἰκὼν, *vt Theodoretus*, οὐ πάντα ἔχει ὅσα τὸ ἀρχέτυπον. *symbola ergo rei non sunt res*. Hinc præterea arguitur falsi, quod quidam ex Reformatis dicunt, eam affinitatem esse inter symbola, & res significatas, vt eorum nomina promiscue vsurpentur. Aqua Baptismi, quod signum est, sub sensum cadens, non ponitur pro expiatione a peccato originali, quæ est res significata: neque expiatio illa, & regeneratio ponitur pro aqua. In Eucharistia tamen sæpe panis ponitur pro corpore Christi. Paulus ait, *Qui manducat hunc panem, aut bibit hunc calicem indigne*. Corpus vero Christi nunquam ponitur pro pane. Sic etiam mentiuntur, dum aiunt, pane, & vino, res inuisibiles adorare. Quæ enim res illæ inuisibiles sunt, cum tantummodo substantia panis, & vini sit, quam in corpus Christi, & sanguinem mutatam negant? Græci, & Pontificij sub panis, & vini speciebus corpus Christi, & sanguinem adorant. Et Creyghtonus inuerecunde, ac impie *Idololatricum Azymum*, post consecrationem appellare præsumit, cum ipse ex vero nomine *Idololatra* sit, qui in pane, & vino. quod nullo modo est, adorat, & panaticum Deum comprecatur, & quem credit Christum fide adesse, corpus Christi participat, sed μυστηριωδῶς. μυστήριον enim est. Neque corpus Christi est, neque Christus ipse, sed imaginatione vana specie conficta, velut ægri somnium.

Nō minor difficultas est in verbis Basilij in Liturgia, qui post consecrationem corpus, & sanguinem Christi vocat Ἀντίτυπα. καὶ προσθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν ἅγιε ἁγίων, εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι, &c. *Et propositis antitypis sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te rogamus, & te obsecramus, sancte sanctorum, per tuæ bonitatis placitum, vt Spiritus sanctus tuus, ad nos veniat, & ad*

hæc

hæc proposita dona, & ea benedicat, & sanctificet, & declaret. Cum id deprecetur Basilius post enunciata verba Christi, eaque antitypa corporis, & sanguinis Christi vocet, planum fit, verbis Christi illa non esse conuersa in corpus, & sanguinem Christi. Difficultatem adauget refutatio definitionis Conciliabuli facta ex mandato Concilij septimi generalis, quã nonnulli Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani esse autumant, de hoc Basilij loco ita pronuncians; Σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδαμοῦ, οὔτε ὁ Κύριος, οὔτε οἱ Ἀπόστολοι, ἢ πατέρες εἰκόνα εἶπον τὴν διὰ τοῦ ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυσίαν, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα, καὶ πρὸ μὲν τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τελειώσεως ἀντίτυπα τισὶ τῶν ἁγίων πατέρων εὐσεβῶς ἔδοξεν ὀνομάζεσθαι, ὧν ἐστὶν Εὐστάθιος ὁ εὐσταθὴς πρόμαχος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς Ἀρειανῆς κακοδαιμονίας καταλυτής. καὶ Βασίλειος τῆς αὐτῆς δεισιδαιμονίας καθαιρέτης, ὁ τὴν ὑφ᾽ ἥλιον τὴν λείαν βάσιν τῶν ὀρθῶν ἐκδιδάξας δογμάτων. ἐξ ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος φθεγγόμενοι. ὁ μὲν ἑρμηνεύων τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις Σολομώντειον ῥητὸν, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν, τάδε φησί. διὰ τοῦ οἴνου, καὶ τῶν ἄρτων, τὰ ἀντίτυπα τῶν σωματικῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει μελῶν. ὁ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς ἀπαντλήσας, ὡς ἴσασι πάντες οἱ τῆς ἱεροσύνης μυστοπόλοι ἐν τῇ εὐχῇ τῆς θείας ἀναφορᾶς, ὧδέ πως λέγει. Θαῤῥοῦντες προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, σοῦ δεόμεθα, καί σε παρακαλοῦμεν. καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον ἐκδηλοτέραν τὴν ἔννοιαν τοῦ πατρὸς καταρτίζει, ὡς πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι ἐκλήθη ἀντίτυπα, μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμὸν σῶμα κυρίως, καὶ αἷμα Χριστοῦ λέγονται, καὶ εἰσὶ, καὶ πιστεύονται. *Manifeste ostensum est, quod nullibi, neque Dominus, neque Apostoli, vel Patres imaginem dixerunt incruentum sacrificium per Sacerdotem oblatum, sed ipsum corpus, & ipsum sanguinem: tamen ante sanctificationis consecrationem quibusdam Patribus pie, saneque visum est antitypa nominare. Quorum de numero Eustathius est, orthodoxæ fidei constans, vt scilicet nomen sonat, propugnator, & Arianæ insaniæ expugnator.*

tor. Basilius item eiusdem superstitionis exstinctor, qui planam basim rectorum dogmatum totum orbem perdocuit. Vno nanque ac eodem spiritu cum loquerentur, hic quidem exponens dictum illud in prouerbijs Salomonis; edite meum panem, & bibite vinum, quod miscui vobis, hæc ait; Per panem, & vinum antitypa membrorum corporalium Christi prædicat. Ille vero ex eodem fonte hauriens, vt omnes Sacerdotij mystæ in precatione diuinæ oblationis norunt, ad hunc fere modum ait; Confidentes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te precamur, & inuocamus, & quod deinceps sequitur, mentem Patris manifestiorem reddit, quod antequam sanctificarentur, antitypa vocata sunt, post consecrationem autem corpus proprie, & sanguis Christi dicuntur, sunt, atque creduntur. Vna voce, & mente concinit Damascen. lib. 4. Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφόρος ἔφη Βασίλειος, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι αὐτὴν τὴν προσφορὰν οὕτω καλέσαντες. *Quod si nonnulli panem, & vinum nominarunt Antitypa corporis, & sanguinis Domini, sicut deifer Basilius dixit, non post consecrationem, sed priusquam consecraretur ipsa oblatio, sic appellarunt.* Et dictum Damasceni recitat quoq; Elias Cretensis in Orat. Apologeticam Nazianzeni Commentario; Ἀλλὰ πῶς αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, τοῦτό μου τὸ σῶμα δεικτικῶς εἰπόντος, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα, οἱ θεῖοι οὗτοι διδάσκαλοι ὅ τε μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ τῆς θεολογίας ἐστὶν ἐπώνυμος ἀντίτυπα ταῦτα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος προσηγόρευσαν; Ἰωάννης ὁ πάνυ τὸ τῆς Δαμασκοῦ θρέμμα μέσος παρελθὼν τὴν δοκοῦσαν λύει διαφωνίαν, οὑτωσὶ λέγων. οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ μὴ γένοιτο. εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα ταῦτα τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ κυρίου εἶπον, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι. *Verum quonam pacto cum Saluator ipse per demonstrationis modum dixerit, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, diuini hi Magistri, nempe Magnus Basilius, & hic Theologus Antitypa Dominici corporis, & sanguinis*

guinis hæc appellarunt? Nimirum eximius ille Ioannes Damasci alumnus interuentu suo dissensionem eam, cuius hic species quædam obijcitur, dissoluit his verbis vtens. Panis, & vinum corporis, & sanguinis Christi minime figura sunt. Absit. Quod si nonnulli ea corporis, & sanguinis Domini antitypa dixerunt, non post consecrationem dixerunt, sed priusquam consecrarentur, Theodorus Graptus Oratione de inculpata Christianorum fide; Ἡμεῖς τὰ ἄχραντα τοῦ Χριστοῦ μυστήρια, οὔτε εἰκόνα, οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου λεγόμενον, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τεθεωμένον. &c. Et infra; Ἀντίτυπα δὲ εἴπου λεχθείη, οὐ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι ἐκλήθησαν. *Si vero vspiam Antitypa dicta sint, non post consecrationem, sed antequam fiat consecratio, appellata sunt.* Quare si ante consecrationem apposita sunt, corpus Christi non dum etiam post alia adnexa verba confectum est. Vel si ante verba Christi, quibus Sacramentum conficitur, si Auctor Refutationis, & Damascenus non fallitur, Basilij verba suo loco mota, & alioversum translata sunt. Nihilominus eadem sacra munera antitypa apud alios Patres non respuendos post consecrationem dicta reperio, Clementem lib. 5. Constitut. cap. 14. Cyrillum Hierosolymitanum Cathechesi 5. Gregorium Nazianzenum Apologetico, & Oratione funebri in Sororem Gorgoniam, Macarium Ægyptium Hom. 27. Theodoretum, & alios, quos leges, si tibi probabitur, apud Arcudium de Sacramentis. Hinc mirari subit, vndenam tam Damascenus, quam Auctor Refutationis Conciliabuli Icononomachorum extorqueât a Basilio (nam de Eustathio, cum illius expositionem in Prouerbia Salomonis, non sim contuitus, illius verborum veritatem ad liquidum explorare potis non sum) nomen illud Antitypum ante munerum consecrationem vsurpatum fuisse; cum verosimilius sit, Basilium non alio modo locutum fuisse, quam quo & Gregorius Nazianzenus,

nus, & Cyrillus Hierosolymitanus, & Macarius Ægyptius, & alij locuti sunt, apud quos indubitatum est, antitypa esse dicta post verba Christi prolata, & consecrationem, quod ante me alij quoque adnotarunt, rerum harum obseruatores oculatissimi, & inter eos Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus Oratione I. de Vnione Ecclesiarum, respondens ijs, qui dictum Nysseni reijciebant, quod vnus esset solus, qui id dixerat, nec plena synodo illud dictauerat; Τί γὰρ ἡμῖν καὶ παροράσεως κρίνεται; καὶ ὅτι εἷς φασι, καὶ οὐ συνοδικῶς εἴρηκε ταῦτα. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐχ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν ἔδει καὶ τὸν θεολογικώτατον Νύσσης ἕνα λέγειν, ὑμᾶς αὐτοὺς διακρῖναι ζητῶ. καὶ τὴν παρ' ἄλλων οὐκ ἐκδέχομαι ψῆφον. ὅτι δὲ οὐχ εἷς ἦν, ἀλλὰ τρεῖς οἱ εἰπόντες, ἅπερ εἶπεν ὁ Νύσσης, ἐκεῖνό μοι τῷ λόγῳ συμμαρτυρήσουσιν, ὅσοι τὸ σύγχρονον οἴδασι τῶν ἀνδρῶν, αὐτοῦ τε τοῦ Νύσσης φημὶ, καὶ τοῦ μεγίστου Γρηγορίου, καὶ Βασιλείου τοῦ πάνυ, καὶ ὅσοι οὐκ ἀγνοοῦσι τὸ ἐπὶ πᾶσιν ὁμόπνουν αὐτῶν, καὶ ὁμόψυχον. τί γὰρ αὐτὸς καὶ εἴρηκε τῶν τριῶν, ὅπερ μὴ ἐκοινώσατο καὶ τοῖς ἄλλοις; εἰ δέ τινι δοκεῖ εἶναι τινὰ ἴσως ῥηθέντα παρὰ τοῦ εἰς ὕστερον τῷ βίῳ ἐναπομείναντος, ἐφ' οἷς ὁ εἰπὼν σκεμμάτων τῷ προοιχομένῳ οὐκ ἐκοινώνησεν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ζῶντες τῷ αὐτῷ ἐμπνεόμενοι Πνεύματι τὰ ὑπὲρ τοῦ Πνεύματος ἐδογμάτιζον, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε λῆξιν, τῷ αὐτῷ συνδέδενται Πνεύματι, οὐ δέχομαι ἔγωγε, ἐμπνευσθῆναί τι τῷ ἑνὶ καὶ μετὰ θάνατον τῶν λοιπῶν, ὅπερ οὐχὶ καὶ τῆς τῶν προοιχομένων γνώμης ἐξήρτητο. *Quid enim a vobis despectui dignum iudicatur? Quod vnus est, aiunt, & quod non plena synodo illa dictauit. Sed enim neq; tanquam vnum ex multis reputandum esse Nyssenum in rebus Theologicis pertractandis excellentissimum, vos ipsos dijudicare postulo, & aliorum abnuo calculum. Veruntamen non vnum, sed tres a Nysseno dicta tradidisse, illi mihi testimonium prabebunt, qui eandem eorum virorum ætatem tenent, ipsiusmet Nysseni, inquam, maximi Gregorij, & Basilij præclarissimi, & qui eorumdem rebus in omnibus vnam mentem, & concordes animos non ignorant. Quid ex illis tribus quisquam*

dixit, quod cum alijs non communicauit? Quod si videtur non nemini, quædam fortaſſe eſſe dictata poſteriori, qui in vita remanſerat, & conſiderationum defunctum antea participem non feciſſe, & cum adhuc conuiuerent ab eodem ſpiritu inflati de rebus ſpiritus decernerent, & fine vitæ poſito, eodem colligarentur ſpiritu, non admiſero vnquam ego, vni aliquid inſpiratum, etiam reliquis vita defunctis, quod a mente eorum, qui antea mortem obierant, non fuerit. Concinebant ergo inter ſe & Baſilius, & Nazianzenus, & Nyſſenus in conſentaneis ſibi diſciplinis, amicitia, moribus, & ſpiritu coniunctiſſimi. Hinc arguo in hoc quoque inter illos non diſconueniſſe, & Baſilium geminum inferendis ſententijs Nazianzeno æque atque Nazianzenus de donis conſecratis pronunciaſſe, vocaſſeque ea poſt conſecrationem Antitypa.

Id porro declarandum eſt, quanam ratione, quæ vere corpus, & ſanguis Domini ſunt, Antitypa dici poſſint? Nodum Herculeum diſſoluemus, & præceps ſaxum vitabimus. Non negabis, Creyghtone, in veteri Fœdere plurima fuiſſe, quæ hoc ſacroſanctum myſterium repræſentarent, & illius exemplum, atque imaginem redderent. Illa typi, figuræ nempe, imagines, & rerum futurarum, & verarum prænotiones, ac præſagia, & ſymbola fuere. Sacrificia veteris teſtamenti omnia immolabantur in huius futuri ſacrificij typum. Iuſtinus Martyr Dialogo cum Tryphone ſcribit; Oblationem ſimilæ pro emundatione leproſorum fuiſſe figuram panis Euchariſtici in memoriam paſſionis Chriſti, pro ijs, qui ſpiritualiter mundantur ab omni nequitia. Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Corinthios ad illa; *Hæc autem in figura facta ſunt*; Hæc ſunt ſymbola ſacræ menſæ: ſicut enim tu comedis Domini corpus, ita illi manna, & ſicut tu ſanguinem bibis, ita illi aquam de petra, & illa quidem figuræ, hæc veritas. Et lib. 3. de Sacerdotio; Subijce oculis tuis Eliam, & circumſtantem numeroſiſſimum

popu-

populum, & hostiam super lapides iacentem; & omnes quidem alios immotos, & silentes, solum vero prophetam precibus cum Deo agentem. Tum ex improuiso flammam e cœlis iactatã ad absumendam hostiam. Transi igitur inde ad ea, quæ nunc peraguntur. Stat Sacerdos non ignem e cœlo trahens, sed Spiritum sanctum; & longam supplicationem fundit, non vt lampas e cœlo demissa comburat proposita munera, sed vt gratia in Hostiam delapsa per illam animos omnium inflammet, & efficiat argento ignito puriores. Epiphanius contra Melchisedecianos. Abraæ obuius fuit Melchisedech, protulitque illi panem, & vinum, præfigurans mysteriorum ænigmata, Antitypa Domini dicentis; Ego sum panis viuus, & antitypa sanguinis ex eius latere puncto effusi in emundationem contaminatorum, Gregorius Nazianzenus Oratione de Theologia, de Abraamo, Hostiam peregrinam mactat, & magnæ antitypam. Et ne reliqua inculcem, illud certum, atq; indubitatum est, in veteri Testamento pleraque esse, quæ diuinissimum hoc mysterium veluti typi, figuræ, & symbola prænunciabant. Non mirum ergo est dici Antitypa, quod loco typorum atque figurarum nobis a Christo traditum est. Ideoque nobis proponitur, non vt figura, & typus, sed vt res vera nobis ab illis præsignificata. Quare merito post consecrationem, cum verum Christi corpus, & verus sanguis sint, vice eorum proponuntur. Et sic Antitypa sunt post consecrationem, quæ antea panis purus, & vinum purum fuerant, nec quicquam aliud nisi substantiam panis, & vini referebant. Nec alio sensu D. Petrus Epist. 1. Baptismum vocauit antitypum Arcæ: Nam Arca, in qua saluatæ sunt octo animæ, præfigurabat Baptismum in salutem fidelium a Christo instituendum. Post Baptismo instituto, cessante figura, Baptismus locum Arcæ occupauit, & factus est illius antitypon.

Alio quoque modo dona consecrata cum Patribus dixeris Antitypa corporis Christi, veri in terra, & quod in cœlo est visibilis. Disco ex Ambrosio libro 1. Officiorum cap. 48. *Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus; nunc Christus offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offert se ipse quasi Sacerdos, vt peccata nostra dimittat. Hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus; illic facie ad faciem, vbi plena perfectio omnis in veritate est.* Maximo Homologeta in illa verba Dionysij Eccles. Hierarch. cap. 3. Εἰσιλθωμεν ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν εἰς τὰ αἴτια, τουτέστιν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν συμβόλων ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ νοερὰ, ἤγουν ἀπὸ τῶν ἀτελεστέρων εἰς τὰ τελειότερα, οἷον ἀπὸ τῶν τύπων ἐπὶ τὴν εἰκόνα, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. σκιὰ γὰρ τὰ τῆς παλαιᾶς, εἰκὼν δὲ τὰ τῆς νέας διαθήκης, ἀλήθεια δὲ ἡ τῶν μελλόντων κατάστασις. *Hoc est ab ijs signis, quæ sub sensum cadunt, ad ea quæ animo cernuntur, & ratione intelliguntur, scilicet ab imperfectioribus ad perfectiora, & a figuris ad imaginem, ab ea vero ad veritatem, quippe vmbra sunt, quæ sunt veteris testamenti; imago noui, status vero futurorum veritas.* Et rursum; Συμβολικὴν τὴν θείαν ἱερουργίαν, καὶ τὰ ἅγια δῶρα, σύμβολα τῶν ἄνω, καὶ ἀληθινωτέρων. *Symbolicum diuinum sacrificium, & sacra munera symbola eorum, quæ sursum sunt, & veriora.* Et ipso Damasceno lib. 4. cap. 14. Ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθινὰ σῶμα καὶ αἷμα, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. *Antitypa vero futurorum ea nominamus, non quod non sint vere corpus, & sanguis, sed quoniam nunc quidem per ipsa diuinitatis Christi sumus participes; tunc vero animo cernemus per solam visionem.* Theodorus Studita in Catechesi, Ὅτι τὸ Πάσχα τοῦτο τύπος ἐστὶ πρὸς τὸ μέλλον καὶ αἰώνιον Πάσχα. *Præsens Pascha typum esse futuri, & æterni Paschatis;* Ἀλλ' ὅμως ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν διαγορεύουσιν. τύπος ἐστὶν ἐκείνου τοῦ Πάσχα. μία

ἡμέρα

ἡμέρα καὶ παρέρχεται. ἐκεῖνο δὲ ἀδιάδοχον τὸ Πάσχα, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός, ἔνθα χαρὰ καὶ εὐφροσύνη ἦχος ἑορταζόντων, καὶ φωτὸς ἀϊδίου θεωρία, ὅπου τὸ καθάριον ἄριστον Χριστοῦ, ἡ πλήθουσα τράπεζα τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ τὸ καινὸν πόμα, περὶ οὗ ἔφη ὁ Χριστός, οὐ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου. *Veruntamen Patres nostri exclamant. Dies vnus, & transit. Illud vero Pascha perpetuum, vbi aufugit dolor, mæstitia, & planctus, vbi lætitia, & gaudium, strepitus diem festum agentium, & luminis sempiterni inspectio. Vbi purum prandium Christus; mensa sempiternis bonis referta, & nouus potus, de quo dixit Christus; Non bibam ab hac hora ex genimine vitis.* Corpus siquidem Christi, sub speciebus panis, & vini partim respicit corpus Christi cruci affixi, immolatum, partim gloriosum in cœlo. Vt ergo corpus gloriosi dicitur antitypum. Paulus ad Hebræos cap. 9. cum manufacta sancta præsignarent cœlum, Christus non est ingressus in ea cœli antitypa, sed in cœlum illis præsignatum, in quo sunt vera bona. Hic antitypa, quæ cœlum vereque bona prænotant, dicuntur. Comprobat Epiphanius de Melchisedecianis agens. *Abrahæ obuius fuit Melchisedech, protulitque illi panem, & vinum præfigurans mysteriorum ænigmata antitypa Domini dicentis, ego sum panis viuus, ex eius latere puncto effusi, in emundationem contaminatorum.* Hæc itaque cum modo prius, modo posterius indicent, Patres vtroque versam significationem antityporum vsurparunt, ad significans, & significatum demonstrandum. Hæc disces ex Nazianzeno, Abraami sacrificium Christi corporis typum fuisse, dona consecrata corporis Christi mactati, & Christi mactati mysteria Christi patientis, ideoque dici Antitypa, quoniam continent corpus, & sanguinem Christi, præsentium, vt vero sunt in memoriam Christi affixi, præteritorum. Sic etiam ex Epiphanio, figuras antiquas vocari futurorum antitypa. Corpus siquidem Christi sub speciebus

panis

panis, & vini partim respicit corpus cruci affixum, & immolatum, partim gloriosum in cælo. Vt ergo corpus Christi specierum velamine tectum, ita & corporis gloriosi dicitur antitypum. Quæ quidem satis esse videntur ad probandum apposite Basilium nominasse munera post consecrationem antitypa corporis, & sanguinis Christi. Et quamuis in cœlo corpus non sit separatum a sanguine, & in hoc sacrificio sit: nihilominus tamen in cœlo corpus viuum cum sit, non intelligitur absque sanguine, cum nec illud mutetur, vt necesse sit, sanguinem a corpore separari. Quare non est attendendum asserentibus verba Basilij esse traiecta, & in alium locum transmota. cum apud Liturgiarum expositores, tum veteres, tum recentiores codices, eodem, quo nunc digeruntur, modo reperiantur. Hęc cum incomperta haberet Montacutius, nihil extricans voce consuetissima sua ineptissime crocitat. *Quod si vere sint symbola cœlestiũ illa* ἅγια δῶρα, *vt vere Maximus apud Dionysium, non sunt ista cœlestia.* Εἰ γὰρ εἰκὼν, *vt Theodoretus* οὐ πάντα ἔχει, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον. *Symbola ergo rei non sunt res.* Quasi vero vna eademque res secundum aliam, & aliam intelligentiam non possint esse symbola, & res. Et tamen id fieri posse Patres docent, & tenent.

Elias Cretensis in Apolog. Orat. Nazianzeni hæc antitypa interpretatur ἰσότυπα, quod prępositio ἀντὶ significat æqualitatem, Ἀντίτυπον δὲ τὴν ἰσότυπον νοήσεις, εἴγε μεγάλα μυστήρια, τότε πανάγιον σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ ἐκδέξῃ. οὕτω γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος αὐτὴν προσηγόρευσαν. ἡ γὰρ πρόθεσις αὕτη καὶ τὸ ἴσον δηλοῖ, ὅτε δηλοῖ. εἰ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα μυστήρια. εἰσὶ γὰρ οἵτινες καὶ οὕτω τὸ ῥητὸν ἐδέξαντο, τὴν ἀναφορὰν ἔχει, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ ἀντίτυπα λέγεται, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τοῦ Χριστοῦ θεότητος συναναιρουμένην ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασιν, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θεωρίας. *Antitypum autem intelliges esse isotypum, si magnorum mysteriorum*

riorum locus est, & sacratissimum corpus, & pretiosum sanguinem Christi assumis. Sic namque magnus Basilius nomine notauit. Namque præpositio hæc æqualitatem aliquando significat. Quodsi ad futura mysteria mentem referas, sunt enim permulti qui, dictum hoc in ista significatione accipiunt, relationem habet, vere corpus, & sanguis Christi Antitypa dicuntur: quod nunc per ea Christi diuinitatis participes efficimur, quod vna cum nostris corporibus deperditur; tum vero intellectualiter per solam speculationem. Quod notat Suidas. Sic dicimus Ἀντίταλαντος pro ἰσοτάλαντος, ἀντίθεος pro ἰσόθεος, ἀντίρροπος pro ἰσόρροπος, cum lancibus imposita ob par, & æquale pondus, neutram degrauant, sed æquilibrium faciunt. Leguntur que apud Nonnum, Ἀντίτυπα ἤθη, ἀντίτυπον μίμημα, φωνὴ ἀντίτυπος βροντῆσι. *Similes, compares mores, simile exemplum, vox tonitrui similis.* Cum vero consecrata munera typi a nonnullis dicantur, non male quoque ἰσότυπα erunt, quod earum similitudinem referunt, vel quod aspectui speciebus panis, & vini velata videantur esse paria, æquipollentia, æqualia, & similia, quamuis ipsa gratiam conferant, & ad salutem conducant, vel quod ipsa sunt rerum cœlestium, vt supra probatum est, typi, & exemplaria, quæ dum animam in sacramento reficiunt, satietatem vberiorem in cœlis percipiendam pollicentur. Nazianzenus Oratione in S. Pascha de æneo serpente; Κρεμᾶται δὲ καὶ τῶν δακνόντων ὄφεων, οὐχ ὡς τύπος δὲ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος, ἀλλ᾽ ὡς ἀντίτυπον. *Suspenditur quidem aduersus admordentes serpentes, non vt figura pro nobis passi, sed vt antitypum.* Et obseruat doctissimus Goar, duplicem esse figuram; vnam, quæ vmbram tantum, & speciem referat, aliam quæ veritatem ipsam ita adumbret, vt etiam contineat: illam extraneam esse, & diuersæ penitus naturæ a re per eam repræsentata, sicut ab homine picturam: hanc quæ nullam in substantia diuersitatem agnoscit, licet modum, & statum immutatum ostentet. Sicut si Cæsar Cæsaris per-

sona

ſona vultum obduceret, & Cæſaris perſonam in Theatro ageret. Hac ratione Chriſtus ſub munerum ſacrorum ſpeciebus, quia mortis quondam pro nobis oppetitæ memoriam renouat, & illius ardui certaminis a ſe olim initi figura eſt, non aliena, ſed intima antitypa eſt, & ſe ipſum per ſe ipſum repræſentat. Quod alio exemplo illuſtrat Bellarminus. *Si Rex aliquis grauiſſimo bello confecto idem ipſum bellum ad oblectandum populum in ſcena repræſentari vellet, & ipſe idem, qui vere pugnauerat, in ſcena ſe ipſum repræſentaret, tunc eſſet ipſe* ἀντίτυπος *ſui ipſius*. Sic cum non nude, ſed ſub ſpeciebus Chriſtus offertur, & immolatur, immolari, & offerri dicitur in Symbolis ab Andrea Cretenſi; Ἱεροθυτούμενος ἐν ἀντιτύποις συμβόλοις. *Immolatur, & ſacrificatur in antitypis ſymbolis*: & apud Euthymium, Ἀντιτύποις ἐντιθέμενος, *antitypis intromiſſus*, ſub quibus exhibetur.

Sed nondum nodus Baſilianæ difficultatis ſolutus eſt. Demus, antitypa ſint verum corpus, & verus ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quid ad illa dicemus, cum ille rogat, exoratque, vt iam dicta antitypa conuertantur, atq; immutentur in corpus, & ſanguinem Domini? Εἶτα ὁ διάκονος δείκνυσι τῷ ὠραρίῳ τὸν ἅγιον ἄρτον, καὶ λέγει μυστικῶς. εὐλόγησον δέσποτα τὸν ἅγιον ἄρτον. καὶ ὁ ἱερεὺς ἀνιστάμενος σφραγίζει τρὶς τὰ ἅγια δῶρα, λέγων μυστικῶς. τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον ποίησον, αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ διάκονος. ἀμήν. καὶ αὖθις ὁ διάκονος. εὐλόγησον δέσποτα τὸ ἅγιον ποτήριον. ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν λέγει. τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ διάκονος. ἀμήν. ὁ ἱερεὺς, τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ὁ διάκονος. ἀμήν. καὶ αὖθις ὁ διάκονος δεικνύων μετὰ τοῦ ὠραρίου τὰ ἅγια λέγει, μεταβαλὼν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. ὁ διάκονος. ἀμὴν τρίς. *Deinde Diaconus ſtola ſacrum panem commonſtrat, & ſecreto dicit. Benedic Domine ſacrum panem. Et Sacerdos erectus ter ſancta dona ſignat, dicens ſecreto; Panem quidem hunc fac pretioſum corpus Domini, & Dei, & Saluatoris Ieſu*

Iesu Christi. Diaconus. Amen. Et rursum Diaconus; Benedic Domine sacrum calicem. Sacerdos autem benedicens ait; Hunc vero calicem pretiosum sanguinem Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Diaconus. Amen. Sacerdos, Qui pro mundi vita effusus est. Diaconus; Amen, Et rursum Diaconus stola vtrumque ostendens dicit, Benedic Domine. Sacerdos vero vtraque manu benedicens ait; Immutans Spiritu sancto tuo. Diaconus dicit ter; Amen. Hæc verba cum in Liturgia Ioannis Chrysostomi ipsissima reperiantur, & communia sint cum Basilio, communem quoque subeunt difficultatem. Multa hic essent agitanda, quæ nonnullis dubitationem inijcere possent, quæ maiori ex parte, cum Græcorum res agitur, quorum Ritualibus libris fides,eaque certissima adhibenda est,vti superuacanea vitabimus. Non me latet a Reformatis Liturgias hasce Græcorum tanquam incertas, & dubias, & veluti fungos e terra natas, abrogatis eorum Autoribus, vti spurias vndique excludi; sed iniquissime id fieri, & non sine totius nationis iniuria sæpenumero demonstrauimus. Græci illas tanquam genuinos fętus eorum, quibus inscribuntur, recipiunt, illisq; in sacrificio hoc faciendo indubitate vtuntur. Quare admittendæ etiam si dirumpantur Reformati. Nos quid Græci agant, non, an iure agant, examinamus. Iura sua sibi habeant, teneantque Reformati, quibus sese Græci subijcere, veluti inauspicatis sibi nominibus piaculũ ducunt. Sed quidquid sit de Autoribus, ritus in illis contentos, sed præcipue has precationũ formulas in conficiendo Sacramento ab Apostolis, & eorum successoribus Ecclesię traditas procul dubio tenent.Non sunt ludus,iocusq; stolidissimorum hominum. Theodorus Antidorum Episc. in expositione Missæ; Γέγονε δὲ ὅπερ ὑπέσχετο τοῦ Παρακλήτου ἐλθόντος τότε δὴ καὶ ἀρχιερεῖς οἱ Ἀπόστολοι ἐχρημάτισαν, καὶ τοῦ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐνοικήσαντος ἐν αὐτοῖς θείου Πνεύματος διδά-

σκοντος αὐτοὺς, οἷα δὴ καὶ προχειρισαμένου ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ἔθνει, οὗ τὴν διάλεκτον λαλεῖν τοῦτον ἐσόφισεν, εὐχὰς μυστηρίων θείας, καὶ ἱερουργίας καταλλήλους τῇ καρτερίᾳ τοῦ ἔθνους, καὶ τοῖς καιροῖς τῶν περιστάσεων, καὶ ταῖς ἐνέδραις τῶν διωκόντων ἐποίουν, καὶ ἐν μὲν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς ἐκφωνήσεσιν ἴσως διέφερον ἀλλήλων. ὁ δέ γε τύπος τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων παρὰ πάντων ὁ αὐτὸς ἀπαραλλάκτως ἐτελεσιουργεῖτο, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε. μετὰ δὲ τοὺς θεηγόρους Ἀποστόλους τινὲς τῶν θείων πατέρων ἰδιαζόντως ἕκαστος καὶ εὐχὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐκφωνήσεις, καὶ ἀπηρτισμένης ἱερουργίας ἀκολουθίαν. ὡς ὁ ἐν ἁγίοις ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος. πάντες δὲ ὅμως ἐκ τῶν ναμάτων τῆς ζωηρρύτου πηγῆς τοῦ Παρακλήτου ἠρύσαντο τὰ διδάγματα. ἅπερ ἡ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησία, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα, καὶ πραχθέντα ἐδέξατο. καὶ νῦν περὶ τῶν ἄλλων ἡ θεία ἱερουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου κρατεῖ, μετά γε τὴν τῶν προηγιασμένων, ἥν τινες μὲν Ἰακώβου φασὶν εἶναι τοῦ ὀνομασθέντος ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου. ἕτεροι δὲ Πέτρου τοῦ κορυφαίου, καὶ ἄλλοι ἄλλων. *Factum vero est quod promiserat, cum spiritus aduenisset. Tum & Apostoli præsules euasere, & cum in illis in specie ignearum linguarum diuinus spiritus inhabitasset, eosque docuisset, tanquam in singulis nationibus promouendos, quarum lingua, vti, farique instruxit, diuinas mysteriorum precationes, & opportuna firmitudini gentis sacrificia, & circunstantiarum occasionibus, & persequentium insidijs. Et in precibus quidem, & acclamationibus forte inter se dissidebant. Verum traditionis mysteriorum forma ab omnibus sine illa immutatione perficiebatur. Sed post diuiniloquos Apostolos, quidam ex Sanctis Patribus singillatim singuli & preces, & acclamationes concinnabant, & perfectæ, absolutæq; sanctificationis speciem, vt sanctus, illustrisque Epiphanius, & magnus Basilius, & diuinus Chrysostomus. Omnes nihilominus ex fluentis viuifici fontis Paracleti doctrinam hauserunt, quam Orthodoxa Ecclesia, tanquam ab ipso Christo dictatam vsurpatamque excepit. Et nunc ante alias diuina magni Basilij, & Ioan. Chrysostomi. Missa locum occupat, post*

illam

illam Præsanctificatorum, quam nonnulli Iacobi fratris Domini esse tradunt, alij principis Apostolorum Petri, & alij aliorum. Et infra; Οἳ δὴ καὶ νουνεχέστερον προσχόντες οἱ πρώτως ἀρχιερατικοῦ καταξιωθέντες χαρίσματος, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς θεῖοι πατέρες ἄχρι τῶν χρόνων τῆς γεννήσεως τῶν μεγάλων φωστήρων, καὶ τεχνουργῶν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας Βασιλείου φημὶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου τὰς ἐν αὐτοῖς ἐντολὰς τοῦ πρώτου ἀρχιερέως Πνεύματι θείῳ ποδηγούμενοι ἀνεπλήρωσαν. τίνες δὲ ἄρα αἱ ἐντολαί; πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι. ἐξαιρέτως δὲ αἱ πρὸς τὴν ἡμετέραν κάθαρσιν, καὶ οἱονεὶ ἀναζώωσιν, λάβετε, φάγετε, φησὶ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ μετ' ὀλίγον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. *Cui sane, & prudentius attendentes, qui primum Præsulatus gratia digni effecti sunt, & post illos Sancti Patres vsque ad tempora magnorum luminum, & Dei Ecclesiæ fabricatorum Basilij, & Ioannis Chrysostomi tradita in illis a primo omnium Pontifice Spiritu sancto duce perfecerunt. Quænam autem tradita sunt? Multa equidem, & alia, sed ea potissimum, quæ ad nostram expurgationem, & vitæ restitutionem pertinent. Accipite, manducate, ait, Hoc est corpus meum. Et paucis interiectis, Hoc facite in meam commemorationem.* Nicolaus Methonensis Tract. de Azymis, Οὕτω πιστεύομεν, οὕτω προσφέρομεν, ἄρτον τέλειον ζῶντα, εἴτ' οὖν σῶμα Χριστοῦ τέλειον, καὶ μετὰ τὸ πάθος διαμεμενηκὸς, καὶ ὁλόκληρον. οὐδὲ γὰρ ὀστοῦν αὐτοῦ συνετρίβη, καὶ τῆς θείας ζωῆς ἀχώριστον. τοιοῦτον οἷον αὐτὸς ὁ πρῶτος ἡμῶν καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, καὶ θύτης καὶ θῦμα τοῖς οἰκείοις μύσταις παρέδωκεν. αὐτοί τε πάλιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται τοῦ λόγου, καὶ ὑπηρέται τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης παρέδωκαν. πάντες μὲν τῇ ἐν Ἱεροσολύμοις, Πέτρος, καὶ Παῦλος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ, Παῦλος δὲ ἰδίως, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, Μάρκος τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας τῇ ἐν Ἀσίᾳ τε καὶ Εὐρώπῃ, καὶ πάντες τῇ πανταχοῦ. οὐδὲ γὰρ Πέτρος, καὶ Παῦλος ἑαυτοῖς ἔμελλον, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις ἐναντιοῦσθαι, καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, καὶ ἄλλο τῇ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίᾳ παραδιδόναι, παρ' ὃ παρέλαβόν τε αὐτοὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέδωκαν. *Sic credimus, sic offerimus panem perfectum, vinum, siue cor-*

pus Christi perfectum etiam post passionem conseruatum, & vniuersis suis partibus constans: neque enim os illius comminutum est, nec vita separata, sed quale ipse primus noster, & magnus Pontifex, & sacrificator, & Hostia suis mystis contradidit: ipsique rursum, qui ab initio verbum conspexerunt, & illi ministrarunt Catholicæ Ecclesiæ, quæ a finibus terræ ad fines vsque illius diffusa est, transmiserunt, omnes simul Hierosolymitanæ, Petrus, & Paulus Antiochenæ, Paulus quoque separatim orbi vniuerso, Marcus Alexandrinæ, Ioannes, & Andreas, quæ in Asia, & Europa est, & omnes vniuersali. Neque enim fieri poterat; vt Petrus, & Paulus, & reliqui Apostoli sibi ipsis, & Christo aduersarentur: & aliud quidpiam contraderent præter id, quod ipsi acceperunt. Certum itaque est ritus huiusce sacrificij primum a Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad successores, a successoribus continuata serie ad nos vsque deriuasse: & pro rerum varietate, non tamen in necessarijs, neque essentialibus, noua aliqua additione, aut detractione immutatos fuisse. Qui supra Theodorus Antidorum Episcopus; Ὥστε εἴ τις τῶν ἐν τῷ τέλει τῷδε συντάγματι ἐντυγχάνων εὑρήσει τινὰ ἑτέρως ὀνομασθέντα παρά τινος, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐξήγησιν μηδαμῶς ξενιζέσθω, μόνον εἰ πρὸς εὐσεβείας λόγον, καὶ ταῦτα ὁρᾷ. πολλὰ γὰρ καὶ τοῦ τότε καιροῦ τὰ θαυμάσια, καὶ ἴσως τοῖς ἱεροῖς, καὶ θείοις Ἀποστόλοις, καὶ αὐτοῖς τοῖς θεόφροσι πατράσιν ἔδοξε τὸ ἓν τῶν νῦν λεγομένων, ὡς εἴρηται, πρὸς πλείονα τῶν τότε ἐναποδίδοσθαι. εἰ καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἀναγκαῖον νενόμισαι, ὥστε τὰ μείζονα, καὶ συνεκτικώτερα τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐντάξαι τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ κατὰ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελιστῶν παρατήρησιν. *Adeo vt si quis in dignitate constitutus, tractatum hunc lectitans, inuenerit quadam non eodem modo ab alio nominata, neque secundum nostram expositionem, nequaquam nouitate turbetur, si pietatis rationem in illis deprehenderit: multa siquidem fuerunt illius temporis admiranda, & forte Sanctis diuinisque Apostolis, ipsisque Deiferis Patribus visum est, vnum ex illis, quæ nunc dicuntur, maiori verborum copia ea, quæ tum erant contradere. Vel etiam hoc sibi necessarium existimarunt,*

ma-

maiora, & ſubſtantialiora noſtræ ſalutis in diuino hoc ſacrificio ſecundum Sanctorum Euangeliſtarum obſeruationem enunciare. Non eſt ergo quod in illis vnam rerum, & verborum ſeriem, & formam efflagites. Subſtantiam vero, & quæ ad conficiendum ſacramentum neceſſaria ſunt, tum Græci, tum Latini ſummo conſenſu, atque vnitate tenent, quæ Verba Chriſti ſunt reliqua, vti viſum eſt, ab Autoribus Miſſarum pro varietate temporum annexa, & pro varietate temporum, vario ordine, varijſque dicendi formulis diſtincta, non ita tamen, vt ab antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus in ipſam Eccleſiam non promanarint. Quare ſi verum eſt, quod Damaſcenus, & Autor Refutationis Conciliabuli dicit, Baſilium ante conſecrationem vocaſſe antitypa munera illa, vel Baſilij verba loco ſuo mota ſunt, vel Baſilius in ea eſt ſententia, corpus Chriſti, & ſanguinem non confici verbis Chriſti, ſed precibus ſubſequentibus, quod de Baſilio nec cogitandum quidem eſt.

Videtur confirmari ex precibus additis; Ποίησον τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ ποίησον τὸ ποτήριον τοῦτο. *Fac calicem hunc*, &, *Fac panem hunc*, Quare quænam fuerit Baſilij mens de forma huius Sacramenti, perueſtigandum eſt. Et ne diutius ſermonem pertraham, Baſilius ad Amphilochium de Spiritu ſancto cap. 27. de Traditionibus non ſcriptis; Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα, ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος, ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. *Inuocationis verba, cum conficitur panis Euchariſticus, & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus, aut Euangelium, verum alia quoque, & ante, & poſt dicimus, tanquam multum habentia momenti ad myſterium,*

rium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Procedamus bona fide Creyghtone, ſi bona vlla fides penes te eſt. Locum hunc Baſilij incorruptum, atque ſanctiſſimum teſtimonium examinemus. Sic enim apertam Baſilij mentem de verbis Conſecrationis obtinebimus. Audio te. Non eſt cur diem clamoribus laceres, afferendo in medium Eraſmianæ ad Ioannem Dantiſcum Epiſtolæ contra hoc opus, vndique ſibi conſtans, atque integrum abſque vlla ratione ſomnia, & Ioannis Coci ad illa conſtabilienda argumenta. Perſpectum iam tibi eſt, idque certiſſimis indicijs compertum, Allatium non quærere, quid Proteſtantes, Reformatiue in Græcorum atque Pontificiorum Eccleſiam debacchentur. Græci enim ſua ſacroſancta habent, atque fide intemerata, quidquid illi nugentur, profitentur. Quare id ſi monſtrauero Tractatum illum de Spiritu ſancto ad Amphilochiũ, vti Baſilij fœtum agnoſci, admittique, & ambos tum Græcos, tum Pontificios in eo aſſerendo conuenire, qui ſcopus præcipuus huius Operis eſt, næ tu cirrum depones, & linguam demorſam canibus obijcies, ita vt in poſterum ne mu quidem facere audeas. Dicant ergo quidquid arriſerit, Eraſmus, & Cocus, & ſimiles alij, ſi qui ſunt. Ego illis præpono Theodoretum fere Baſilio æqualem in primo Dialogo, & in Refutatione Anathematiſmorum Cyrilli, librum pro genuino Baſilij laudantem, Et ſi tibi non diſplicet, Caſaubonum exercitatione 16. in Baronium num. 33. *Nam, vt hoc obiter dicam, Magno Eraſmo non aſſentior, qui partem poſtremam huius libri ſuſpectam habuit, parum memor, Ioannem Damaſcenum bis eius meminiſſe, & τριακοντακέφαλον Librum nominaſſe, quia in capita diuiſus eſſet triginta, vt hodie diuiditur. Omitto nunc graues alias cauſas, quæ me mouent.* Et Græci recentiores fere omnes, vulguſque Scriptorum eruditorum non alium, quam Baſilium illius Commentationis Scriptorem agnoſcunt, Demetrius Cydonius

donius de proceſſione Spiritus ſancti, Gregorius Palamas contra Ioannis Vecci Epigraphas, Andronicus Camaterus Viglæ Drungarius ſuper ſcripto traditis teſtimonijs de Spiritu ſancto, Animaduerſionibus. Maximus Chryſoberga de proceſſione Spiritus ſancti, Conſtantinus Meliteniota Oratione 1. & 2. de Proceſſione Spiritus ſancti. Gennadius Patriarcha pro quinque Capitibus Synodi Florentinæ, Ioannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus de iniuſta ſui depoſitione Oratione 2. Ad Sugdeæ Theodorum lib. 1. & de vnione Eccleſiarum Oratione prima, & ſæpius in Epigraphis. Et cum nonnulli librum 3. contra Eunomium eiuſdem Baſilij aſſererent fuiſſe corruptum, ipſe Veccus probat euidenter nullo modo fuiſſe corruptum, vel potuiſſe corrumpi, concluditque Cap. 1. de Proceſſione Spiritus ſancti; Ἔςι μὲν οὖν μηδενὸς ἄλλου προσδεῖν, ἀλλὰ τῇ γεγονυίᾳ ἤδη ἀποδείξει ἀρκεῖσθαι, ἐπὶ τῷ διαγινώσκειν τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἶναι τὴν ῥῆσιν, καὶ οὐχὶ νόθον τι ἔχειν τὰς αὐτὴν ἐχούσας βίβλους, οὐδὲ παρέγγραπτον. *Neque alia vlla opus fuerit, ſed iam aſſerta demonſtratio abunde ſufficiet, ad dignoſcendum dictum Magni Baſilij eſſe, & illud referentes libros adulteratos non eſſe, neque nouæ ſcriptionis aditione fœdatos.* Et reliqui omnes Græci ad vnum, & Schiſmatici, & Catholici, quos ſequuntur Pontificij. Stat ergo firmum, Capita illa ad Amphilochium Baſilij eſſe. Ex illis Græci Baſilio ſuo adhærеſcentes diſcunt, Inuocationis verba illa, licet antiquiſſima, & ab Apoſtolis ipſis enata ſint, & recitentur, Ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου, *in demonſtratione, oſtenſione, deſignatione,* quod diuerſum quid eſt a conſecratione, ſiue ſanctificatione munerum, cum illa conſecrentur tantum verbis Chriſti, & non illis, quæ Chriſtus non pronunciauit, eſſe addita poſt conſecrationem, quemadmodum & ante conſecrationem alia efficticia atque aduentitia ſunt, quæ licet nihil ad conſecrationem faciant, habent tamen

multum

multum momenti ad ostensionem. Et cum ad perfectionem, atque integritatem Sacramenti, non satis sint, vt panis, & vinum in substantiam corporis, & sanguinis transeant: sed etiam requiratur, vt fidelibus conducibilia sint, atque frugifera, gratiam conferendo, peccata delendo, viam ad salutem dirigendo, tandenque ad regnum cœleste conducendo, quæ eorum virtutis atque facultatis ostensio est, orant, & supplicant, vt illa sibi fiant verum corpus, & verus Christi sanguis. Quod apertissime ipsi absque vllis verborum inuolucris, & interpretis explanatione notioni omnium substernunt: Nam post verba Christi, *Hoc est corpus meum*, &, *Hic est sanguis meus*, &c. Sacerdos supplex exorat, vt Deus mittat Spiritum sanctum suum super se ipsum, & super oblata dona, efficiatque panem corpus Christi, &, quod est in calice, sanguinem suum, ea transmutans, Ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς κοινωνίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς βασιλείας οὐρανῶν πλήρωμα, εἰς παῤῥησίαν τὴν πρὸς σὲ, μὴ εἰς κρίμα, ἢ εἰς κατάκριμα. *Vt fiant accipientibus in sobrietatem animæ, in remissionem peccatorum, in communionem Sancti spiritus, in regni cœlorum plenitudinem, in fiduciam erga te, non in delictum, aut damnationem*. Quamuis enim more colloquentium multa interserantur, cursu nihilominus recto in hanc sententiam oratio tendit, etsi contentionem deponas, non alium sensum veriorem elicies: illud siquidem ὥστε γενέσθαι; *vt fiant*, si constructionis seriem non euertis, non ad aliud, quam ad illud, ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, *Fac quidem panem hunc*. Hæc Chrysostomiana sunt. Audi Basiliana, postquam se ipsum Diaconus Sacerdoti commendauit, addit Sacerdos, oratq; Ἡμᾶς δὲ πάντας τοὺς ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου, καὶ τοῦ ποτηρίου μετέχοντας, ἑνώσαις ἀλλήλοις εἰς ἑνὸς Πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, καὶ μηδένα ἡμῶν εἰς κρίμα, ἢ εἰς κατάκριμα ποιήσαις μεταχεῖν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου.

ἀλλ'

ἀλλ' ἵνα εὕρωμεν ἔλεον καὶ χάριν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος σοι, εὐαρεστησάντων. *Nos autem omnes, qui de vno pane, & calice participamus, iunge ad inuicem in vnius Spiritus sancti communionem: & fac, vt nemo nostrum ad iudicium, & condemnationem sit particeps sancti corporis, & sanguinis Christi tui: sed vt inueniamus misericordiam, & gratiam cum omnibus Sanctis, qui a seculo tibi complacuerunt.* Non dissimilia sunt, quæ in alijs aliorum Liturgijs leguntur, sed præcipue in Præsenctificatis, quæ nullus dubitat iam esse μεταστοιχειωθέντα, Ibi etiam sic deprecatur; Ὑπὲρ τῶν προκομισθέντων καὶ ἁγιασθέντων τιμίων δώρων, τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. *Pro oblatis, & sanctificatis pretiosisque Donis, Dominum precemur.* Sed quo fine? Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἡμῶν, ὁ προσδεξάμενος αὐτὰ εἰς τὸ ἅγιον, καὶ ὑπερουράνιον, καὶ νοερὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς ἀντικαταπέμψῃ ἡμῖν τὴν θείαν χάριν, καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ παναγίου Πνεύματος. *Vt clemens Deus noster, qui in sanctum, & supercœleste, & intellectuale suum altare suscepit in odorem spiritalis suauitatis, nobis diuinam gratiam, & sanctissimi Spiritus donum rependat.* Confirmat Cabasilas in Interpretat. Missæ cap. 34. Οὐχ ἵνα ταῦτα δέξωνται ἁγιασμόν. διὰ τοῦτο γὰρ ἁγιασθέντα ταῦτα εἶπον, ἵνα μήσου τοῦτο νομίσῃς, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν αὐτῶν μεταδοίη. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, φιλάνθρωπον θεὸν τὸν προσδεξάμενον αὐτὰ τὴν χάριν ἡμῖν ἀντικαταπέμψαι. *Non vt ea sanctificationem suscipiant: propterea enim ea dixit sanctificata, ne tu hoc putares, sed vt ipsa nobis impertiatur. Hoc enim est, benignum Deum, qui ea suscipit, gratia nobis illa compensare.* Et hoc esse ἀνάδειξιν, quod alij verbo ἀναφαίνεσθαι expresserunt; nempe cum ostenditur corpus Christi fidelibus eleuatum, & communicaturi aduocantur, ratum firmumque est. Quod est Græcis, & Pontificijs solemne, quidquid nugantur Luterus, & Beza. Tum siquidem Sacerdos clamat, *Sancta sanctis*, nempe vt sancti, & vita inculpata procedant, & accipiant; sin minus peccatis obnoxij, atque indigne accesserint, iudicium sibi mandu-

 cabunt,

cabunt, & bibent. Quare nunc poſt panem, & vinum conſecrata, adduntur illa verba ex traditione antiquiſſima, etſi non ſcripta, quæ multum momenti habent *in oſtenſione*, vt affirmat indubitate Baſilius; μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, *multum habentia momenti ad myſterium*. Rogat ſiquidem, vt ſibi, alijsque proueniat, eo tempore, cum communicant, & vere myſterium eſt, myſterij effectus. Et hanc eſſe mentem Baſilij, & Chryſoſtomi ſatis conſequimur ex Sancto Maximo, in Eccleſiaſticam Hierarchiam Dionyſij; Κυφίζων ὁ Ἱεράρχης τὸν ἅγιον ἄρτον ἐδείκνυ τὴν εὐλογίαν λέγων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. *Eleuans ſacrorum Antiſtes ſanctũ panem monſtrabat benedictionem dicens, ſancta ſanctis*. Neque ab his longe abit Lanfrancus Cantuarienſis contra Berengarium cap. 20. *Species namq; & ſimilitudo illarum rerum vocabula ſunt, quæ ante fuerunt, & ex quibus corpus Chriſti, ſanguiſque conficitur, Panem dico, & Vinum, vnde in fine cuiuſdam Miſſæ oratur, & dicitur; Perficiant in nobis Domine quæſumus tua Sacramenta, quod continent, vt quæ nunc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus. Poſtulat quippe Sacerdos, vt corpus Chriſti, quod ſub ſpecie panis, vinique geritur, manifeſta viſione, ſicuti reuera eſt, quandoque capiatur. Veritas enim pro manifeſtatione in ſacris ſæpe literis reperitur. De qua manifeſta viſione Dominus in Euangelio ſecundum Ioannem Diſcipulis dicit, Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo illi me ipſum. Et Dauid in perſona Dei Patris, Longitudine dierum replebo illum, & oſtendam illi ſalutare meum. Quamuis non improbabiliter quidam exponant; hoc loco eſſe carnis, & ſanguinis veritatem ipſam eorumdem efficientiam, ideſt peccatorum remiſſionem: illis nanque omnibus modis vera Chriſti caro, & ſanguis exiſtit, qui digne percipiunt, qui percipiendo delictorum indulgentiam conſequuntur. Vnde in Canone Miſſæ Sacerdos dicit; Vt nobis corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, nobis, inquam, ideſt credentibus, & miſericordia tua digne ſumentibus.*

Qui

Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Hinc & S. Gregorius in 4. Dialog. lib. Tunc vera pro nobis Deo hostia erit, cum nosmet ipsos hostiam facerimus. Est quidem etiam peccatoribus, & indigne sumentibus vera Christi caro, verusq; sanguis, sed essentia non salubri efficientia. Fallitur ergo Casaubonus, qui similem *ostensionem* ad refellendum transsubstantiationem, vna cum alijs vocabulis, quæ transelementationem panis, & vini in corpus, & sanguinem Domini indicant, confundit: cum ex ijsdem verbis Basilij ante illa verba transmutationem esse factam verbis Dominicis sentiat, quibus preces similes ad apparitionem, & ostensionem maxime conducentes ante, & post consecrationem adnectuntur. Licet enim Protestantes negent, *manducationem, & bibitionem corporis, & sanguinis Christi fructum aliquem vtilitatis præbere ad vitam, & salutem æternam, & ad remissionem peccatorum: & idem esse dicere, si te angunt peccata, accedas ad mensam Domini, & accipias corpus Christi, ac si dicas: esuris? accipe pugnum ordei, & comede, vt habeas remissionem peccatorum, Eucharistiæ vsum non tollere peccata: Carnem Christi corporaliter edi pestis est, qua propediem repullulante, ac grassante vastabitur Euangelium: vsitata, sed hæretica sententia est, sacramenta nouæ legis dare gratiã non ponentibus obicem: Circumcisio nihil est, ita Baptismus nihil est, participatio mensæ Domini nihil est,* & similia impia, ac sacrilega in Dei beneficentiam, & misericordiam verba; Græci nihilominus cum Pontificijs tenent, *digne munerum horum participes corpore, & anima sanctificari: Panem illum immortalitatem, & vitam æternam parere: esse neruum nostræ salutis, mentis vinculum, fiduciæ fundamentum, spem, salutem, lucem, & vitam: Sanctum Christi corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutrire: Carne, & sanguine Christi vesci, vt anima saginetur: Christi panem, & Christi poculum quæri, vt terrena fragilitate contempta substantia hominis immortali pabulo saginetur. Cœlesti cibo renouari hominem perditum, & quid-*

quid in vobis mortuum eſt, diuinis beneficijs renaſcatur. Iſta eſca, quam occipis, iſte panis viuus, qui deſcendit de cœlo, vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat: & quicunque hunc panem manducauerit, non morietur in æternum: & non alterius notæ alia. Quid vero Græci ipſi ſupplicant pro *oſtenſione* ſimili, ſupra vidimus. Et hoc manifeſtius apparet, ex Codicibus Regijs Manuſcriptis, vt obſeruauit doctiſſimus Goar, in quibus verba ita digeruntur; Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ τούτῳ, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἡμᾶς δὲ πάντας; &c. *Et fac hunc quidem panem, ipſum pretioſum corpus Domini, & Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti: & quod eſt in calice, ipſum pretioſum ſanguinem Domini, & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos vero* &c.

Si ab ingenio improbus non es, Chreyghtone, & margaritas in tabem non reſoluis, agnoſces, vt puto, linguæ Græcæ genium, & ſtructuram, & toties repetitum illud αὐτὸ, & iunctum cum articulo, non eam, quam ſibi tricoſi iſti, & loqnaces litigioſi falſo componunt, inuocationum iſtarum eſſe ſententiam, ſed aliam textui, & conſtructioni orationis conformiorem: & eſſe; *Fac quidem panem hunc, quod eſt pretioſum corpus Chriſti, & quod eſt in calice, qui eſt pretioſus ſanguis Chriſti, vt ſit nobis*; &c. *Fac. panem ſiquidem, quem interpretatur, iam verbis Chriſti corpus Domini eſſe factum, & quod eſt in calice, qui factus iam eſt ſanguis; vt*; &c. vel ſi arriſerit; *Fac panem hunc, nempe corpus Chriſti, & quod eſt in calice, nempe ſanguinem Chriſti tui, nobis eſſe*; &c. Id ſi inficiatus fueris, næ tu Tireſia ipſo cæcior fueris. Intende animum, & reputa.

Sed non dum, qui oculatiſſimus es, difficultatem exenteras; adhuc in ſalo mentis, & cogitationum verſaris. An vnquam te ex ſæuis mentis turbinibus in tranquillum transferes? Chryſoſtomus, & Baſilius habent in hiſce

pre-

precibus, μεταβαλών, *immutans, conuertens, transformans*. Ergo nondum conuersa sunt munera: dum rogant, vt conuertantur, nondum conuersa tenent: Frustra enim quod est exposcimus, vt fiat. Sic est. Sed a Grammatista vis vocabuli, & verborum tempora, ne longe anteire omnes Grammatistas stultitia videatur, cum animo agitanda sunt, antequam sententia ex illis eliciatur. Agnosco vocem μεταβαλών participium esse, nuncia tu tempus. Præsentis non esse serio affirmabis: præsens enim μεταβάλλων est. Quare erit Aoristi, & Præteriti. Ita prorsus. Quare ergo tu parum fidus interpres vertis, *immutans, conuertens, transformans*, & significantium varias? Nec sonabit, immutationem tum fieri, aut faciendam, sed iam factam esse. Ideoque sensus erit; *Fac vt panis hic, quem in pretiosum corpus Christi, & quod est in calice, quod in pretiosum sanguinem Christi, quæ iam immutasti, sint nobis participatio Spiritus sancti, remissio peccatorum*. &c. Quod non absone dixeris Italice, sed magis expressius; *Fà, che questo pane conuertito in cotesto corpo tuo, e questo che è nel calice conuertito nel sangue tuo, sia a noi participatione di Spirito santo, e remissione de' peccati*. &c. Et licet ringaris, & res moliaris nouas, atque innuneras, nunquam id efficies vt μεταβαλών sensum præsentis immutationis admittat. Aristophanes in Pluto, Τὸν δ' υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει, πευσόμενος, εἰ χρὴ μεταβαλόντα τοὺς τρόπους, εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἕν. *Consulerem eum de Filio, quem habeo vnicum, an illi expediat permutatis moribus esse improbo, male versuto, sani nihil*. Et μεταβαλών vim præteriti, non præsentis inferre. in non absimili verbo Marci cap. 14. Vertit etiam Beza. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. *Et cum erupisset, fleuit*. Vel, *quum hoc animaduertisset*, Galli scilicet cantum. In vita Anargyrorum Cyri, & Ioannis; Οὗ μέχρι καὶ νῦν τὸ ἐργαστήριον ἅπασι γνώριμον, μεταβαλὸν μὲν τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ Θεοῦ ναὸς ἤδη, καὶ ἱερὸν τῶν ἁγίων ξένων παίδων

δων καλέμενον, συμμεταβαλὸν δέ πως καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἡ θειοτέραν μᾶλλον αὐτὴν ἐργασάμενον. καὶ ἀντὶ τῆς προτέρας ἐκείνης τῶν νόσων ἀπαλλαγῆς, ἣν ἡ ἰατρικὴ τέχνη, καὶ πόνοι, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς τέχνης παρεῖχον φάρμακα, παντοδαποῖς ἄρτι, καὶ αὐτομάτως βρύουσι τοῖς θαύμασιν. ὅπως δὲ τὴν μεταβολὴν ἐδέξατο, ταύτην ἄνωθεν ὁ λόγος δηλώσει. *Ad hec vsque tempora officina, nemini non nota, immutato nomine, iam templum Dei, & sacra trium sanctorum Puerorum ædes vocatur. quodammodo vna simul immutata actione, vel potius diuiniore perfecta. Et loco illius pristinæ morborum sanationis, quam ars medica, laboresque, & quæ ex medicina prouenìebant, remedia, omnis generis nunc, & insperatis perfluunt miraculis. Vt vero immutationem hanc subijt, oratio ab antiqua origne manifestabit.* Et infra; Ἡ αὐλὴ δὲ μεταξὺ τὸ ᾀδόμενον τοῦτο περιελάμβανεν ἐργαστήριον, ὅπερ εἰς ναὸν μεταβαλόντες, τοῦ ὀνόματος μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ πράγματος ἀπέστησαν. *Impluuium autem hanc officinam circumambiebat, quam in templum immutatam, nomine tantum, non re alterarunt.* Fac sis mutato præterito in præsens tempus, historiam conferas, annon præter rem expresseris omnia, & sententiam Auctoris in alia, atque alia versam, atque transformatam dilaniaueris? In ipso quoque Euchologio rituali Libro Græcorum præcipuo, in quo ritus omnes, & ordines officiorum continentur, in vna ex Orationibus absolutorijs, apud Goarem legitur Τὴν ἐντολὴν δὲ παραβάντα τοῦ σοῦ προστάγματος, καὶ μεταβαλόντα τῆς εἰκόνος, καὶ μὴ φυλάξαντα. &c. licet in alijs editionibus perperam, & nullo sensu legatur μεταλαβόντα. *Iussionem vero mandati tui pretergressum, imaginis forma mutata, & non seruata damnasti.* Si in præsenti expresseris, nihil est: *Iussionē vero mandati tui pretergradiensem, & imaginē immutantem damnasti.* Qua enim ratione id affirmaueris? neque enim, dum immutaret imaginem, sed ea immuta, fœdataq; condemnatus est. Ne multis agam; ex tuo Sguropulo, & temetipso discere poteras, si tamen tuo Sguropulo, tibique adcredis; ille siquidem sect. 3. cap.

18.

18. ſcribit. Νῦν οὖν ἐπεὶ τοιαύτη δόσις ἐστὶ, δεῖ με λοιπὸν μεταβάλλοντα (legendum μεταβαλόντα) περιαγενέσθαι ζητεῖν πρὸς τὴν σύνοδον. μᾶλλον δὲ μηδ᾽ ἀπελθεῖν ὅλως, μή τε πρὸς τὸν Πάπαν, μή τε πρὸς τὴν σύνοδον. Tu reddis. *Ita nunc cum plane videam Papalem munificentiam alio, quam par eſt, deriuari, mutata in melius ſententia, autor ero migrandi ad Concilium, vel potius ad neutrum, nec ad Papam, nec ad Concilium.*

Quid ſi dicamus illud μεταβαλὼν in Miſſa Baſiliana, eſſe extrinſecus additum, & conſarcinatum, reiecta vera, & genuina lectione? Theodorus Antidorum Epiſcopus Auctor nõ recens, ſed ſatis antiquus in expoſitione Miſſæ; Ἀλλ᾽ ὁ μέγας Βασίλειος ἀντὶ τοῦ μεταβαλὼν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, τὸ, ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς; τέθηκε. ταῦτα δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλοις ἐναντία. ὁ μὲν γὰρ τὴν ἰδιότητα τοῦ ζωαρχικοῦ δηλῶν Πνεύματος τοῦτο ἔγραψεν, ὁ δὲ οὐρανοφάντωρ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ ἐνεργείας, πρὸς δὲ καὶ θελήσεως, καὶ δυνάμεως τῆς τριάδος παρίστησιν, ἀποδιδοὺς τὴν συνεργείαν τῆς μεταποιήσεως τῷ πατρί. κἀντεῦθεν συνιστῶσιν ἀμφότεροι τό, ὅσα ὁ πατὴρ ἐνεργεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὅσα ὁ υἱὸς, ταῦτα καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ Παράκλητος, καὶ ὅσα οὗτος, ταῦτα καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ μονογενής. *Sed magnus Baſilius loco illius* μεταβαλὼν *Spiritu tuo ſancto, qui effuſus eſt pro mundi vita, appoſuit. Hæc autem inter ſe non diſcrepant. ille enim proprietatem vitæ principis Spiritus indicans ſcripſit: coeleſtium vero rerum reuelator vnum, idemque eſſentiæ, & operationis, nec non & voluntatis, & virtutis Triadis demonſtrat, cooperationem tranſmutationis Patri regerens. Indeque vterque comprobat, quæcunque Pater operatur, illa eadem, & Filium, & Spiritum ſanctum operari, & quæcumque Filius, eadem & Patrem, & Paracletum; & quæcumque Parecletus, eadem & Patrem, & vnigenitum.* Similes caſus ſæpiſſime ſcriptis Patrum incidiſſe, non nouum eſt. Et Codex Vaticanus 573. Poſtquam retuliſſet verba Chryſoſtomiana de conſecratione, refert Baſiliana in hunc modum; Εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ μεγάλου Βασιλείου οὕτως. τὸν μὲν ἄρτον τοῦ-

τον,

τον, αὐτὸ τὸ κύριον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ διάκονος. ἀμήν. τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ διάκονος. ἀμήν. ὅτε δὲ ἐπάνω εὐλογῶν λέγει, τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας. ὁ διάκονος ἐκ τρίτου πάλιν τὸ ἀμήν, εἶθ' οὕτω τὸ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. In Liturgia vero magni Basilij sic. *Panem autem hunc, ipsum Dominicum corpus Domini, ac Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Diaconus. Amen. Et quod est in Calice hoc, pretiosum sanguinem Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. Diaconus. Amen. Cum vero super benedicens ait, Qui effusus est pro mundi vita & salute. Diaconus ter Amen. Tum subsequitur illud; Benedictus qui venit in nomine Domini.*

EXERCITATIO XXVI.

Licet in Ecclesia Græca alia atque aliæ quæstiones circa Sacramentum Eucharistiæ exortæ sint, nunquam tamen Transubstantiatio in quæstionem vocata est. Prima tempore Cœlestini Papæ, & Cyrilli contra Nestorium, Secunda contra Sotericum & Socios, sub Emanuele Comneno, Tertia sub Alexio Isacij Comneni fratre, Quarta de qua nunc inter Græcos ipsos decertatur, & contenditur; An verbis solmmodo Christi dona consecrentur, vel præter illa precationes etiam additæ necessario requirantur.

His omnibus liquido constat, si obstinata voluntas, & duritia animi non obstiterit, Sacramentum Grçcorum a Sacramento Pontificiorum nullo modo distare. Licet enim in Græcorum Ecclesia de eodem sacrificio aliæ atque aliæ quæstiones exortæ sint, & altercantium animi in alias factiones distracti, numquam tamen eo ventum est, vt illius transubstantiatio in dubitationem vocata sit, sed ea semper firma remanente, de alijs dubijs

bijs

bijs decertatum, atque peruestigatum est, & sententiæ non rectæ, earumque Auctores condemnati, & pænis inflictis compressi. Primam inter alias, & antiquissimam Lanfrancus Cantuariensis sexcentos fere ante annos prænotauit, retulitque in scriptis de corpore, & sanguine Domini cap. 17. *Et nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ex quibus Domini verbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidem consenserunt omnes, quod panis, & vinum in veram Filij hominis carnem, verumque sanguinem conuerterentur. Sed quis esset iste Filius hominis, non omnes eandem sententiam tenuerunt. Quidam arbitrati sunt, hunc oportere intelligi quemlibet hominem siue iustum, siue peccatorem, in cuius carnem, & sanguinem conuersa terrena substantia sumeretur in remissionem peccatorum. Alij arbitrati sunt, non hunc esse de turba quemlibet hominem, sed virum iustum sanctificatum, e communi hominum vita per suæ vitæ celsitudinem segregatum, qui templum Dei esset, qui diuinam in se habitationem verissime possideret. In huius carnem, & sanguinem commutari posse panem, vinumque altaris hæretica pertinacia delirabant. Factum est hoc paucis annis post obitum beati Augustini, tempore Cœlestini Papæ, & Cyrilli Alexandrini Episcopi, quibus præcipientibus, atque enitentibus indicta, ac celebrata est Synodus Ephesina, vna de quatuor, quas beatus Gregorius in Epistola ad Patriarchas fatetur, se ita suscipere, complecti, & venerari, quemadmodum sancta quatuor Euangelia Domini nostri Iesu Christi. In qua synodo damnatæ sunt vtræque superius comprehensæ lethales pestes. Roborata est fides, qua credimus panem conuerti in eam carnem, quæ in Cruce pependit, vinumque in eum sanguinem, qui de pendentis in Cruce latere emanauit. Deniq; ducenti, qui eidem Concilio interfuere Episcopi, inter cætera de hoc sacramento sic scripserunt, & Nestorio hæretico, quasi Hæreticorum capiti transmiserunt. Ad benedictiones, inquiunt, mysticas accedimus, & sanctificamur participes facti sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris*

effecti, non vt communẽ carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati, & Verbo coniuncti secundum dignitatis vnionem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed vere viuificatricem, & ipsius Verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et ideo quamuis dicat ad nos. Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non tamen eam, vt hominis vnius ex nobis existentem debemus, (quomodo etiam iuxta naturam suam viuificatrix esse caro hominis poterit?) Sed vt vere propriam eius factam, qui propter nos Filius hominis & factus est, & vocatus. Et circa finem Concilij; Si quis non confitetur carnem, Domini viuificatricem esse, & propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum coniuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria Verbi viuificare valentis, anathema sit. Quid manifestius audire desideras, si studio scita nouæ contentionis animum studio antiquæ pacis omittas. Non est, vt sancta Synodus definit, hæc caro alicuius de vulgo hominis, non iusti, & sanctificati hominis, sed potius cui ipse vnitus, idest, incarnatus est, Dei, & hominis. Quod vero ait, Benedictiones mysticas, sic dictum accipe, quasi diceret, Secretas. Mysterium nanque sicut B. August. in lib. de Catechizandis rudibus dicit, a secreto nomen accepit. Girandus Aenerius Tract. de Concept. Mariæ Virginis, narrat in primitiua Ecclesia fuisse quosdam Hæreticos, ex pia, vt dicebant, deuotione ductos, asserentes, sub speciebus panis, statim atque tangebat labia peccatoris, desinere esse corpus Christi, horrentes, quod corpus Christi ingrederetur sub illis speciebus ventrem peccatoris. Sed hi quoque moti inani deuotione id asserebant, non tamen negabant substantiam panis in substantiam corporis Christi transelementari.

Altera quæstio sub Emmanuele Comneno, Constantino Patriarcha Constantinopolitano, & Ioanne Hierosolymitano,

mitano, anno ab Orbe condito 6664. Christi 1156. Indictione 4. inter Soterichum Panteugenum; Hypopsephium Antiochenum, Eustathium Dyrrhaconū Episcopum, Michaëlem Thessalonicensem Rhetorum Magistrum, Euangeliorum Doctorem, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Protecdicum, Nicephorum Basilacium, & Basilium Diaconum exorta est. Hi cum aliquando Basilium Diaconum inter concionandum audissent asserentem, vnum Dei filium, & sacrificium factum fuisse, & vna cum Patre sacrificium suscepisse, dictum arripientes, quasi ille duas Christi hypostases, seu personas introduceret, vti Hæreticum condemnarunt. Soterichus Sermonis vi, & eloquentia reliquos superans, scripto etiam ad hæc vsque tempora residuo sententiam suum propugnare conatus est. Idque vbi resciuisset Imperator Synodo Constantinopoli congregata, & sententia in deliberatione proposita, cum eam sanctorum Patrum dictis repugnantem comperisset, decreto Præsulum, vna cum assertoribus condemnauit, Ioannes Cinnamus rem nobis eloquentissime sub oculos ponit libro Histor. 4. Ἐν δὲ τούτῳ ἐν Βυζαντίῳ τάδε συνέπεσεν. ἦν τις Λευίτης, οὓς διακόνους καλοῦμεν, ὄνομα τούτῳ Βασίλειος. οὗτος ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν ταῖς ὁπουδήποτε τελεταῖς πεπιστευμένος φωνάς. ἄλλους τε τῶν κατὰ βραχὺ προσκεκρουκότων αὐτῷ ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὁμιλίαις σχήματι καὶ ἐπικρύψει κατηγορεῖν ἤθελε. καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ, καὶ Νικηφόρον ἐπίκλησιν Βασιλάκιον. ὧν ὁ μὲν Ῥητορικῆς ἐς τόδε καιροῦ καθηγητὴς ἐτύγχανον ὤν, ὁ Μιχαὴλ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγελίων ῥητά. ἕτερος δὲ εὐδόκιμος, ἄλλα τε τῶν ἐν λόγοις ἦν, καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός. ἀμέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν ῥητορικὴν μεμελέτητο αὐτῷ ἄγαν δεξιῶς. ἐπὶ τούτοις ὠδῖνόν τε τὼ ἄνδρε τούτω, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, εἰ τηλικούτω τὰ ἐς σοφίαν ὄντε πρὸς τοιούτου διαμυκτηρίζοιντο ἀνδρός. ὅθεν ἑαυτοῖς τε καὶ πλείστοις ἑτέροις, ἀνηκέστων αἴτιοι γεγένηθεν κακῶν. τοῦ Βασιλέως γάρ ποτε εἰς τὴν περὶ τοῦ ἄστεος

Ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου νεὼν, τὴν συνήθη τηνικαῦτος ὢν τῆς λειτουργίαν, ἤεσαν ἀκουσόμενοι καὶ οὗτοι, ἀκοαῖς γε μὲν ἐπιβούλοις, καὶ πλήρεσι δυσμενείας. ὡς γὰρ Εὐαγγελικὴν που, οἶμαι, περικοπὴν ἐκεῖνος διεξιὼν, τὸν αὐτὸν ἔφη καὶ ἕνα τοῦ Θεοῦ υἱὸν, καὶ θῦμα γενέσθαι, καὶ σὺν τῷ πατρὶ τὴν θυσίαν προσδέχεσθαι, ἥρπαταί τε τὸν λόγον εὐθὺς, καὶ ἄνω καὶ κάτω διεχλεύαζον ἰόντες, διττὰς ἐντεῦθεν τὸν Βασίλειον λέγοντες εἰσάγειν ὑποστάσεις. εἰ τὸ μὲν ἐτύθη, τὸ δὲ τὴν θυσίαν ἐδέξατο. ἄλλοι τε οὖν ταύτῃ τῇ δόξῃ συνέθεντο, τῶν ἐπὶ λόγοις τέως δοκίμων. καὶ δὴ καὶ Σωτήριχος, ᾧ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ, καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβαλών. ὃς καὶ τὸν Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαβὼν, οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο. ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ γλώσσης μόνον καὶ στόματος δόξῃ τῇ ἐκείνων παρίστατο. ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντάξας, οἵους ἐκεῖνος ἐξαισίους τινὰς πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἔχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι' ἅπερ αὐτός τε τὴν θρόνου καθαίρεσιν ὑπέστη, βασιλέως τοῖς ἀμφιβαλλομένοις διαιτήσαντος, καὶ ὅσοι ἤδη συνίσταντο τούτῳ. Βασίλειος δὲ τὴν ἐπιτιμίαν αὖθις εἶχεν. ἐτύγχανεν γὰρ ἤδη ταύτην ἀποβαλών. εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον αὖθις ἀπώλεσε ταύτην, οὐκ ὀρθὸς, ὡς ἐλέγετο, τὰ δόγματα φωραθείς. τὰ μὲν δὴ τῆς δογματικῆς ἐκείνης ἀμφισβητήσεως τοιοῦτον εὕρηκε πέρας. *Interea Byzantij hæc contigerunt. Ex Leuitarum numero, quos nos Diaconos nuncupamus, quidam, cui nomen erat Basilio, ad exponendas populo diuinas voces, inter officiorum, quæ vbicunque peragerentur, solemnia constitutus; alios quoque vel leuiter sibi infensos in eiusmodi sermonibus, quasi aliud agens, nec palam redarguebat, & inter eos, Michaëlem, & Nicephorum cognomento Basilacium, quorum hic quidem edocendæ Rhetoricæ tum præerat. Michaël sacra Euangeliorum verba in Sophiæ templo exponebat. Verum primus inter differendum optimus habebatur, & scribendarum orationum instructissimus artifex: quando etiam, & pleraque Rhetorica monumenta quam dexterrime illi elabonta sunt. Propterea viri isti odio in eum concepto ægre ferebant, si, cum ipsi tantum sapientia pollerent, ab eiusmodi homine flocci penderentur, exagitaren-*

renturque. Quapropter sibi, alijsque quamplurimis deploratissimorum incommodorum causa fuere. Cum enim Basilius aliquando in Ioannis Apostoli, & Theologi templo ante Vrbem extructo, suetum sibi munus exequeretur, ipsi quoque ad concionem accesserunt, fraudulentis, & inuidiæ plenis auribus, auditionem illius procurantes. Veruntamen ille cum textum Euangelij, vt ipse opinor, exponeret, dixißetque. Vnum Dei Filium, & sacrificium factum fuisse, & sacrificium accipere, *verbum ipsi arripientes, sesque hac atque illac conferentes incusabant, ex ijs infesti affirmantes, Basilium duas personas inuehere, si hoc quidem in sacrificium oblatum est, illud sacrificium accepit. Multi itaque alij non elingues, sed facultate dicendi exercitati huic assertioni aßensi sunt, & præcipue Soterichus, cui Panteugeno cognomen fuit, vir eo æuo, & sapientia, & dicendi vi, & copia nemini cedens. qui in Antiochenam sedem elatus, nondum fuerat ordinatus. Soterichus itaque non voce solummodo, & ore eorum assertionem propugnabat, & Orationem quam optime instructam componens, & quam ille mirificam ob eam, quam cum Platone gerebat, similitudinem, conscribere poterat, multa in ea absurda congeßerat, ob quæ ipse sede summotus est, ita in ea quæstione sententiam dicente Imperatore, & alijs quicunque vna cum ipso sentiebant. Basilius vero suo est honori restitutus, quem ipse iam diu antea amiserat: quamquam postmodum rursus amisit, male sentire in dogmatibus deprehensus. Et hunc quidem finem habuit Quæstio illa de Dogmate.* Eadem prosequitur Nicetas Choniates de rebus gestis Emmanuelis lib. 7. quorum versionem VVolfianam in Excerptis nostris varijs, Epistola ad Lectorem castigauimus. Sed quid consectamur infectos riuulos, cum Deo auspice integrum sit, & licitum hæc eadem ex puro fonte, nempe ipsius Synodi Actis, haurire. Synodus ipsa cum rarissimum sit, & pulcherrimum antiquitatis monimentum, & quod ipse sciam, nemini vsque dum cognitum, & materiæ de qua tractat accommodatissimum, si e tenebris educatur in solem, non ingratum tibi

fu-

futurum existimo, licet hæc præ fastidio tibi bilem moueant, & plane subsipiant, Creyghtone, primum eam occasione oblata peruulgabimus. Tu interim meis hisce in eandem notulis fruere, quæ tamen si non tibi, certe cordatis viris, & qui pleno pectore sapiunt, iucundissimæ, & acceptatissimæ erunt. In hac sua dicta retractasse Basilacem Nicephorum, Eustathium Dyrrhacenum, Soterichum Hypopsephium, quem & condemnatum, ac depositum multis nominibus fuisse ex Actis huiusce Synodi euincitur, cũ de Michaële Thessalonicensi nullum habeatur verbum. Hinc quidam depositũ concludunt non fuisse Φαίνεται ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, ὅτι οὐ καθῃρέθη. καίτοι λόγος περὶ τούτου κρατεῖ. *Apparet ex hoc scripto depositum non fuiße, licet illius depositionis constans fama sit.* Hic tamen sub finem vitæ professionem suæ fidei emittens, plane Soterichi hæresim aperte damnat, fateturque se continuo ita sensisse quemadmodum Synodus ipsa sentiebat, neque vnquam contra atque fas esset, tenuisse. Vide quæ de eo scripsimus lib. 2. de perpetua Consensione cap. 12. Ephræmius in Chronico asserit eos, cum non mutassent sententiam, condemnatos fuisse;

Ζητήσεως οὖν τηνικαῦτα συμβάσης
Διεξιόντος γραφικοῦ ῥητοῦ πέρι,
Ὡς προσδέχεσθαι, προσφέρειν τε συνάμα
Σάρκα λαβόντα τὸν Θεόν τε, καὶ λόγον
Καὶ τῶν ποτ' αἰδερῶν ἐν λόγοις τεθραμμένων.
Ἀποκλιθέντων εἰς ἐναντία μέρη,
Λόγοι κατῆλθον ἐξ ἑκατέρου μέρους,
Ἀντιστατικῶς ἀντερίζοντος λόγοις.
Τῇ κρείττονι δόξῃ δὲ προστεθειμένου
Καὶ ταξικῇ κάλλιστα τοῦ Βασιλέως
Καθῃρέθησαν ἱερᾶς λειτουργίας
Ἄνδρες λογάδες δὲ τῶν ἐκκλησίας
Ἀντίφρονες μείναντες ἀνεπιστρόφως

Σω-

Σωτήειχός τις Παντεύγενος τὴπίκλην,
Τῆς ὢν ὑποψήφιος Ἀντιοχείας.
Εὐστάθιος πρόεδρος Ἐπιδαμνίων
Ὁ τῶν Θετταλῶν Μιχαὴλ ῥήτωρ τότε
Καὶ Βασιλάκης τῶν σοφῶν Παύλου λόγων
Διδάσκαλος τυγχάνων τε καὶ λειτης.

Cum vero tum quæstio orta esset, & discuteretur illud ex sacra scriptura, sumpta occasione, Deum, & Verbum cum carnem assumpsisset, simul accipere, & offerre: & multi: Viris proceres, & literarum antesignani in aliam atq; aliam sententiam abijssent, multa vtrinque pugnantia interlocuti sunt. Verum Imperatore rectiori sententiæ assensum præbente, & quæ videbatur sanctis Patribus conformior, depositi sunt a sacerdotali ministerio Viri in Ecclesiasticis muneribus præcipui, cum permansissent in contraria sententia, Soterichus quidam cognomento Panteugenus, qui erat Antiochiæ Hypopsephius, Eustathius Præsul Epidamniorum, & qui tum erat Rhetor apud Thessalos, vna cum quodam Basilace, sapientum Pauli sermonum Magistro, & Sacerdote. Quidquid tamen sit de hoc, hic vt vides, tum qui negant, tum qui affirmant Christum esse offerens, & oblatum, Sacerdotem, & victimam, licet interse digladientur, & alter alterum pertinaciter arguat, & letaliter iugulet, vterque tamen transubstantiationem asseuerat firmissime, & antiquum Ecclesiæ suæ Dogma παραπαράδοτον a tua calumnia vindicat. De affirmantibus planum est: inter negantes princeps Soterichus, eo ipso Tractatu, in quo suum dogma defendit. Προσφέρει δὲ καὶ νῦν τοὺς δι' αὐτοῦ σωζομένους, ὡς ἔφημεν. προσφέρεται δὲ διὰ τῆς εἰς τὸ αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ σωτήειον σῶμα, καὶ αἷμα μεταβαλλομένης ὑπερφυῶς θυσίας. *Et nunc quoque offert eos, qui per ipsum saluantur, vt diximus. Offertur vero per sacrificium, quod in viuificum, & salutarem illius sanguinem, & corpus supernaturali quodam modo immutatur.* Et vere παραπαράδοτον esse, non negabis Creyghtone, εἰ μὴ παντελῶς θρασὺς εἶ. Nanque obruent tuam inscitiam,

tiam, & noui, & prisci illius gentis scriptores. Præter enim in synodo laudata Patrum testimonia hæc quoque de meo tibi repono. Athanasius Alexandrinus expositione in illud; *Regium Sacerdotium*, Μελχισεδὲκ τις Βασιλεὺς Σαλὴμ, δύναται δὲ τοῦτο, εἰρήνη, τύπος Χριστοῦ γενόμενος, οὐ μόνον ὡς ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ αὐτὸς τὰ τῶν βασιλέων τε καὶ ἱερέων ποιῶν, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τυπῶν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ οὗτος οὖν τὸ βασίλειον κατέδειξεν ἱεράτευμα. κατὰ δὲ τὴν νῦν πολιτείαν αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Μελχισεδὲκ, ὡς ἐπ' ἀληθείας ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ, τὸ μὲν τὸ πρότερον, τὸ δὲ τὸ δεύτερον, καὶ ἄρχων εἰρήνης, Βασιλεὺς μὲν ὡς Θεὸς, καὶ ἱερεὺς δὲ, ὡς αὐτοῦ τε θύτης τε καὶ προσαγωγεύς. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἱερεὺς, καὶ ἱερεῖον. *Melchisedec quidam Rex Salem, quod denotat pacem, figura Christi existens, non solum vti sine Patre, & sine Matre, sed vt quæ sunt Regum, & Sacerdotum exercens, & incruentæ victimæ figuram representans pane, & vino. Hic itaque & ipse regium Sacerdotium demonstrauit: secundum vero hodiernum institutum ipse Christus verus noster Melchisedec, vt vere sine Patre, & sine Matre, hoc quidem posterius illo prius, & princeps pacis. Rex quidem vti Deus, Sacerdos vero tanquam sui sacrificus, & offerens: ipse enim est, & Sacerdos, & victima.* Idem. Orat. de Incarnat. Verbi; Πρῶτον οὖν τὸ ἴδιον σῶμα ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ κύριος καὶ συνύψωσεν ἑαυτῷ. μετὰ ταῦτα ἐγερεῖ καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἵνα χαρίσηται αὐτοῖς τὰ πάντα ὡς Θεὸς, ὅσα αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἔλαβεν. αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ χαρίζεται ζωὴν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἁγιάζει, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑψοῖ. ὅτε οὖν λέγῃ, ὅτι ὁ πατὴρ ἡγίασεν αὐτὸν, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν. δηλονότι δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ποιεῖ ὁ πατήρ. δι' αὐτοῦ οὖν αὐτὸν ἐγείρει, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸν ἁγιάζει, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸν ὑψοῖ, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ζωὴν αὐτῷ δίδωσιν. καὶ ὅτε παρατίθεται τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ὡς ἄνθρωπος εἰς χεῖρας τοῦ πατρὸς, ἑαυτῷ παρατίθεται ὡς Θεῷ, ἵνα πάντας ἀνθρώπους παραθῆται τῷ Θεῷ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ χεὶρ, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ Θεοῦ. *Primum quidem proprium corpus resuscitauit ex mortuis Dominus, & vna secum exaltauit,*

uit, postmodum resuscitabit & membra corporis sui, illisque elargietur omnia vti Deus, quanta ipse accepit vt homo. Ipse itaque sibimetipsi largitur vitam, & ipse seipsum sanctificat, ipse seipsum exaltat. Quando itaq; dicit; Patrem ipsum sanctificasse, & resuscitasse ipsum, & donasse illi nomen, quod est supra omne nomen, & dedisse illi vitam. Per ipsum nempe omnia Pater operatur, per ipsum itaque illum suscitat, per ipsum illum sanctificat, per ipsum illum exaltat, & per ipsum vitam illi tradit, & cum deponit Spiritum suum, vt homo in manus Patris, sibi ipsi deponit tanquam Deo, vt omnes homines deponat Deo: ipse enim est vnica manus, & plures manus Dei. Gregorius Nazianzenus in Apolog. Ἥτημαι. ταῦτα οὖν εἰδὼς ἐγώ, καὶ ὅτι μηδεὶς ἄξιος τοῦ μεγάλου καὶ Θεοῦ καὶ θύματος, καὶ ἀρχιερέως, ὅστις μὴ πρότερον ἑαυτὸν παρέστησε τῷ Θεῷ θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν. *Hæc igitur cum ego nossem, illudque insuper, neminem magno & Deo, & sacrificio, & summo Sacerdote dignum esse, nisi qui prius se ipsum hostiam viuentem sanctam Deo exhibuerit.* In quem locum Elias Cretensis, Δεῖ τὸν μέλλοντα καθαρῶς τῷ ἀληθεῖ καὶ πρώτῳ ἀρχιερεῖ λειτουργεῖν Χριστῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐξομοιοῦσθαι αὐτῷ, ὃς Θεὸς ὤν, ἐπειδὴ ἄνθρωπος γέγονεν, ἑαυτὸν προσενήνοχεν ὑπὲρ ἡμῶν. κἀντεῦθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ αὐτὸς καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ θύτης, καὶ θῦμα καὶ λέγεται, καὶ ἔστι, καὶ παραστῆσαι ἑαυτὸν θυσίαν ζῶσαν τῷ Θεῷ. *Oportet sacra facturum pure, vero, & primo Pontifici Christo, vti fieri potest, assimilari, qui cum esset Deus, factus homo semetipsum obtulit pro nobis, indeque non incongrue, idem ipse & Pontifex, & sacrificus, & victima dicitur & est, & semetipsum hostiam viuentem Deo exhibere.* Cyrillus Hierosolymit. Orat. in Hypapantem; Βρέφος βλέπω νομικὴν θυσίαν προσάγοντα ἐπὶ γῆς, ἀλλ' αὐτὸν τὰς πάντων εὐσεβεῖς θυσίας δεχόμενον ἐν οὐρανοῖς, αὐτὸν ἐν θρόνῳ χερουβικῷ, θεοπρεπῶς αὐτὸν προσφερόμενον, καὶ ἁγνιζόμενον, αὐτὸν τὰ πάντα ἁγιάζοντα καὶ καθαίροντα, αὐτὸς τὸ δῶρον, αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς, αὐτὸς τὸ θυσιαστήριον, αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον, αὐτὸς ὁ προσφέρων, αὐτὸς ὁ ὑπὲρ κόσμου θυσία προσφερόμενος, αὐτὸς τὸ πῦρ ὑπάρχων, αὐτὸς ὁλοκαύτωσις, αὐτὸς τὰ ξύλα τῆς ζωῆς, καὶ τῆς γνώσεως, αὐτὸς ὁ

ἀμνὸς, αὐτὸς ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος, αὐτὸς ὁ ποιμὴν, αὐτὸς τὸ ἀρνίον, αὐτὸς ὁ θύτης, αὐτὸς ὁ θυόμενος, αὐτὸς ὁ ἀναφερόμενος, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν ἀναδεχόμενος, αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον πληρῶν. *Puerum intueor legale sacrificium super terram offerentem, sed ipsum omnia piorum sacrificia in cœlis accipientem, ipsum in throno cherubico, vti Deum addecet, oblatum, & purgantem. Ipse donum, ipse Pontifex, ipse altare, ipse propitiatoriũ, ipse offerens, ipse pro mundo sacrificium oblatus, ipse ignis existit, ipse holocaustum, ipse ligna vitæ, & cognitionis, ipse agnus, ipse cultellus spiritus, ipse pastor, ipse agnus, ipse sacrificus, ipse sacrificatus, ipse oblatus, & ipse qui victimam accipit, ipse lex, ipse legem complens.* Greg. Nyssen. Orat. in Pasch. & in Resurr. Domini. Ἀλλὰ προλαμβάνει τῇ οἰκονομίᾳ τὴν ἔφοδον κατὰ τὸν ἄρρητον τῆς ἱερουργίας τρόπον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον, καὶ ἑαυτὸν προσήνεγκε προσφορὰν, καὶ θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἱερεὺς ἅμα καὶ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. πότε τοῦτο; ὅτε βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα εἰς βρῶσιν, σαφῶς ἐνδείκνυται παρ' ἤδη γεγενῆσθαι ἐντελῆ τὴν ἀμνοῦ τὴν θυσίαν. εἰ γὰρ ἂν ἦν σῶμα τοῦ ἱερείου πρὸς ἐδωδὴν ἐπιτήδειον, εἴπερ ἔμψυχον ἦν. οὐκοῦν ὅτε παρέχει τοῖς μαθηταῖς ἐμφαγεῖν τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος ἐμπιεῖν, ἤδη κατὰ τὸ θελητὸν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τὸ μυστήριον οἰκονομοῦντος ἀρρήτως τε, καὶ ἀοράτως τὸ σῶμα ἐτέθυτο, καὶ ἡ ψυχὴ ἐν ἐκείνοις ἦν, ἐν οἷς ἡ ἐξουσία τοῦ οἰκονομοῦντος ἐναπέθετο μετὰ τῆς ἐγκεκραμμένης αὐτῇ θείας δυνάμεως τὴν ἐν καρδίᾳ ἐκεῖνον χῶρον περιπολοῦσα. οὐκοῦν ἀφ' οὗ προσήχθη τῷ θεῷ ἡ θυσία παρὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως, τοῦτον ἑαυτοῦ ἀμνὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁμαρτίας ἀρρήτως τε καὶ ἀοράτως ἱερουργήσαντος ἀπὸ τότε τις ἀριθμῶν τὸν χρόνον οὐχ ἁμαρτήσεται. *Sed consilio suo anteuertit, & arcano sacrificij genere, quod ab hominibus cerni non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert, & victimam immolat, sacerdos simul existens, & agnus Dei, ille qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? cum corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem bibendum præbuit, tum aperte declarauit, agni sacrificium iam esse perfectum: nam victima corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare cum corpus edendum, & sanguinem biben-*

dum

dum discipulis exhibuit, iam arcana & non aspectabili ratione corpus erat immolatum, vt ipsius mysterium peragentis potestate collibuerat, & anima in illis erat, in quibus eadem ipsa potestas illam deposuit, simulque cum diuina virtute, quæ cum illa erat coniuncta, in ea regione cordis versata est. Itaque si quis inde tempus incipiet dimetiri, cum sacrificium Deo factum est a magno illo Principe Sacerdotum, qui ratione, quæ nec verbis explicari, nec oculis perspici potuit, se ipsum pro communi omnium salute tanquam agnum obtulit, non recedet a veritate. Cyrillus Alexandrinus contra Theodoretum; Ἐπεὶ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικε καὶ ἱερεὺς, οὐχ ὡς μείζονι Θεῷ προσκομίζων τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' ἑαυτῷ τε, καὶ τῷ πατρὶ, τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. ἐρυθριᾷς δὲ ἀκούων, ὅτι κεχρημάτικεν ἱερεὺς διὰ τὸ ἀνθρώπινον, εἶτα πῶς οὐ τεθαύμακας, ὅτι μὴ κατὰ τὸ τῶν ἱερέων ἔθος ἑτέρως ποιεῖται τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ πατρί. *Quando autem homo factus est, & Sacerdos, non vt Deo maiori sacrificium offerens, sed sibi metipsi, & Patri fidei nostræ professionem pertractans, in eamque incumbens. Rubore suffunderis, cum audis propter humanitatem Sacerdotem factum, & nihilominus non admiraris, quod ille non ea, qua solent Sacerdotes ratione modum sacrificij explet, sed potius sibimet ipsi, & Patri.* Et Oratione ad Imperatores. Αὐτὸς οὖν ἄρα γέγονεν ἀρχιερεὺς κατά γε τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι παρὰ πάντων θυσίας δεχόμενος θεϊκῶς. αὐτὸς τὸ θῦμα κατὰ τὴν σάρκα. αὐτὸς ὁ ταῖς ἁμαρτίαις ἱλασκόμενος ἡμῶν κατά γε τὴν τῆς θεότητος ἐξουσίαν. *Ipse autem factus est Sacerdotum princeps secundum humanitatem, licet ab vniuersis, vti Deum decet, victimas accipiat. Ipse victima secundum carnem, ipse propitius peccatis nostris secundum Deitatis auctoritatem.* Nicolaus Cabasila Orat. 1. de vita in Christo; Καὶ πλάττει μὲν αὐτοῖς ὀφθαλμὸν ἑαυτόν. φωτίζει δὲ ἑαυτῷ πάλιν. παρέχει δὲ ὁρᾶν ἑαυτὸν, καὶ τροφεὺς ὢν καὶ τροφή ἐστι, καὶ αὐτὸς μὲν ἐστιν παρέχων τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς. αὐτὸς δὲ ἐστιν ὃ παρέχει. *Et format quidem ipsis oculum semetipsum, rursusque eo illuminat, & semet ipsum videndum exhibet, & nutritor existens, est idem & ali-*

mentum. Et ipse quidem est, qui porrigit panem vitæ, & ipse est, quod porrigit. Et in Interpretatione Missæ cap. 45. Καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς προσάγει, ὁ δὲ κύριος δέχεται τὰ δῶρα. προσφέρει μὲν γὰρ καὶ ὁ κύριος, ἀλλ' ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, καὶ τὰ δῶρα ταῦτα, ὅταν αὐτὸς γένωνται, ὅταν εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα, καὶ αἷμα μεταβληθῶσιν. ὅτι γὰρ ἑαυτὸν προσφέρει, διὰ τοῦτο λέγεται εἶναι ὁ αὐτὸς καὶ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος ὡς θεὸς, προσφερόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. ἄρτον δὲ καὶ οἶνον ἔτι ὄντα τὰ δῶρα, προσφέρει μὲν ὁ ἱερεὺς, προσδέχεται δὲ ὁ κύριος. καὶ τί ποιῶν τὰ δῶρα προσδέχεται; ἁγιάζων αὐτὰ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλων. *Et Sacerdos quidem offert; Dominus autem accipit dona. Offert enim & Dominus; sed semetipsum Patri, & munera hæc, quando, quod est ipse, facta sunt, cum in illius corpus, & sanguinem transformata sunt. Etenim quod se ipsum offert, propterea dicitur esse & offerens, & oblatus, & accipiens: offerens enim, & accipiens vt Deus, oblatus vero vt homo. Panem vero, & vinum adhuc existentia dona offert quidem vt Sacerdos, accipit vero vt Dominus. Quid enim agens munera accipit? sanctificans ipsa, & in sui ipsius corpus, & sanguinem transmutans.* Theophanes Nicænus Episc. contra Iudæos lib. 8. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς κοινὴν μὲν θυσίαν φαμὲν ἅπαξ τοῦ παρόντος αἰῶνος γενέσθαι ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παρὰ Χριστοῦ, ἀρχιερέως ὄντος τοῦ αὐτοῦ καὶ θύματος. *Vnde & nos commune quidem sacrificium dicimus semel præsenti sæculo factũ esse pro vniuersa humana natura a Christo, qui summus ipse Sacerdos erat, & sacrificium.* Nicolaus Methonensis Tractatu de Azymis, Βαβαὶ τί φρικτὸν καὶ φοβερὸν τὸ μυστήριον, ὃ παραδεδωκὼς διὰ φιλανθρωπίαν, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐπὶ σφαγὴν καὶ θάνατον προερχόμενος, ἵνα τὸν ὑπόδικον τῷ θανάτῳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἄνθρωπον τοῦ θανάτου ἐξέληται, αὐτίκα τῆς παραδόσεως ἡ τῆς μεγάλης ταύτης εὐεργεσίας ἀνάμνησις, σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τὰ τελούμενα. τὸ τῆς τελετῆς τέλος, καὶ ζωὴ αἰώνιος, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, τῶν μετεχόντων ἐκθέωσις. *Papæ quàm horrendum, tremendumque est hoc mysterium, quod nobis tradit Deus ob beneuolentiam in genus humanum*

num tradidit homo factus, & vti homo ad cædem, mortemque procedens, vt morti condemnatum propter peccatum hominem de morte eriperet, statim traditionis immensi huius beneficij recordatio, Corpus, & sanguis Christi, quæ sacrificantur. sacrificij finis, participatio Christi, & vita æterna, quod idem est dicere, participantium deificatio. Et; Οὕτω πιστεύομεν, οὕτω προσφέρομεν ἄρτον τέλειον ζῶντα, εἴτ' οὖν σῶμα Χριστοῦ τέλειον, καὶ μετὸν, τὸ πάθος διαμεμενηκὸς, καὶ ὁλόκληρον. οὐδὲ γὰρ ὀστοῦν αὐτοῦ συνετρίβη, καὶ τῆς θείας ζωῆς ἀχώριστον. τοιοῦτον οἷον αὐτὸς ὁ πρῶτος ἡμῶν καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, καὶ θύτης καὶ θῦμα τοῖς οἰκείοις μύσταις παρέδωκεν. *Sic credimus, sic offerimus, panem perfectum viuum, siue corpus Christi perfectum, participabile, & integrum, quod passionem sustinuit: neque enim os illius confractum, neque vita diuina separatum est. tale, quale ipse primus noster, & magnus Præsul, & sacrificus, & sacrificium suis mystis tradidit.* Oecumenius in c. 5. Epist. ad Hebr. Οὐ γὰρ τὴν παρὰ ἅπαξ γενομένην ὑπὸ Θεοῦ θυσίαν καὶ προσφορὰν εἶπεν αὐ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἀφορῶν εἰς τοὺς νῦν ἱερουργοὺς, δι' ὧν μέσον Χριστὸς ἱερουργεῖ, καὶ ἱερουργεῖται, ὁ καὶ παραδιδοὺς αὐτοῖς ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ τὸν τρόπον τῆς τοιαύτης ἱερουργίας. *Non enim ad ipsam tantum, quæ a Deo semel facta est, Hostiam & oblationem dixit, in æternum; sed ad nostri temporis Sacerdotes respiciens, per quos Christus & sacrificat, & sacrificatur, quiq; eis in mystico illo conuiuio, ac cœna Sacrificij huius tradidit formulam.* Vis plura? Synodicum solitũ legi Constantinopoli, & per totam Græciam singulis annis, dictam hæresim configit; Τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κοσμοσωτηρίου πάθους τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσαχθεῖσαν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ θυσίαν τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ὡς ἀρχιερέως [κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δι' ἡμᾶς χρηματίσαντος, ὅτιπερ ὁ αὐτὸς καὶ θεὸς καὶ θύτης, καὶ θῦμα κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, προσήγαγε μὲν αὐτὸς τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, οὐ προσεδέξατο δὲ ὡς θεὸς μετὰ τοῦ πατρὸς, αὐτός τε ὁ μονογενὴς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς διὰ τούτων ἀποξενοῦσιν αὐτόν τε τὸν θεὸν λόγον, καὶ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τούτοις παράκλητον Πνεῦμα τῆς θεοπρεποῦς ὁμοτιμίας τε, καὶ

ἀξίας

ἀξίας, ἀνάθεμα. Τοῖς καθεκάστην προσφερομένην θυσίαν ὑπὲρ τῶν παραλαβόντων ἀπὸ Χριστοῦ τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίαν μὴ δεχομένοις τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσάγεσθαι, ὡς ἀντιφθεγγομένοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς, καὶ θείοις πατράσιν Βασιλείῳ τε, καὶ τῷ Χρυσορρήμονι, οἷς συμφωνοῦσι καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι πατέρες ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν, ἀνάθεμα. Τοῖς ἀκούουσι μὲν τοῦ Σωτῆρος περὶ τῆς παρ' αὐτοῦ παραδοθείσης τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίας λέγοντος, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, μὴ ἐκλαμβανομένοις μὲν ὀρθῶς τὴν ἀνάμνησιν, ἀλλὰ τολμῶσι λέγειν, ὅτι καινίζει φανταστικῶς, καὶ εἰκονικῶς τὴν ἐπὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προσαχθεῖσαν θυσίαν τοῦ ἰδίου σώματός τε, καὶ αἵματος εἰς κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λύτρον τε καὶ ἐξίλασμα ἡ καθεκάστην προσαγομένη θυσία παρὰ τῶν τὰ θεῖα ἱερουργούντων μυστήρια, καθὼς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ δεσπότης τῶν ὅλων παρέδωκεν, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλην εἶναι ταύτην παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῷ Σωτῆρι τετελεσμένην εἰσάγουσι, καὶ πρὸς ἐκείνην φανταστικῶς, καὶ εἰκονικῶς ἀναφερομένην, ὡς κενοῦσι τὸ τῆς φρικτῆς, καὶ θείας ἱερουργίας μυστήριον, δι' οὗ τὸν τῆς μελλούσης ζωῆς ἀρραβῶνα λαμβάνομεν, καὶ ταῦτα τοῦ θείου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ πανσόφου χρυσορρήμονος διατρανοῦντος τῆς θυσίας τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι φάσκοντος ἐν πολλαῖς τῶν τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητῶν ἐξηγήσεσιν, ἀνάθεμα. *Dicentibus, tempore passionis humano generi salutaris Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi oblatam pro nostra salute victimam preciosi illius corporis, & sanguinis, vti summi Sacerdotis, hominis facti propter nos, quod ipse & Deus, & sacrificus, & victima, vti in rebus Theologicis pertractandis vere Magnus Gregorius scribit. Dicentibus, inquam, eum Deo, & Patri obtulisse, non vero accepisse vt Deum vna cum Patre ipsum Vnigenitum, & Spiritum sanctum, tanquam qui vocibus hisce Deum Verbum, & consubstantialem, & aequali gloria praeditum Spiritum sanctum Paracletum Deum aequo honore, & dignitate spoliant, Anathema. Illis, qui singulis diebus sacrificium oblatum ab ijs, qui sibi traditam a Christo diuinorum mysteriorum sanctificationem, non acceptant sanctae Triadi offerri, tanquam verbis hisce contradicentibus sanctis,*

ctis, diuinisque Patribus Basilio, & lingua aurea prædito Ioanni, cum quibus concordissime sentiunt deiferi reliqui Patres in proprijs scriptis, & commentarijs, Anathema. Audientibus Saluatorem de tradita a se diuinorum mysteriorum sanctificatione dicente: Hoc facite in meam commemorationem: sed audent dicere, eum instituisse imaginarie, & figurate in pretiosa Cruce a Saluatore nostro oblatum sacrificium proprij corporis, & sanguinis in communem humanæ naturæ redemptionem, quotidie oblatum sacrificium a diuina mysteria sacrificantibus, vt Saluator noster, & omnium Dominus tradidit: propterea que aliud hoc esse ab eo, quod initio Saluator absoluit, introducant, & ad illud imaginarie, & figurate relatum, tanquam euacuantibus horrendi diuinique sacrificij mysterium, quo futuræ vitæ pignus suscipimus; licet diuinus Pater noster, & doctissimus Ioannes Chrysostomus declaret sacrificij incommutabile, & vnum idemq; esse dicat, dicta pleraq; Magni Pauli explanans, Anathema. Et argute admodũ nec molli bracchio arguebat Stephanus Drungarius magnus contra Soterichum; Ὅλῃ τῇ θεότητι πεπλημμελήκαμεν ἡμεῖς διὰ τῆς παραβάσεως τῇ ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρουμένῃ πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἢ μόνῳ τῷ πατρί; εἰ μὲν μόνῳ τῷ πατρί, καὶ αὐτῷ μόνῳ κατὰ τοὺς φληναφοῦντας κατηλλάγημεν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἐνανθρωπήσαντος υἱοῦ αὐτοῦ. εἰ δὲ ὅλῃ τῇ τριάδι προσενέχθη τὸ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ αἷμα. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ Χριστῷ, ἤτοι τῇ μιᾷ τούτου ὑποστάσει, θεωρεῖται τὸ φθαρτὸν, καὶ ἄφθαρτον, τὸ θνητὸν καὶ ἀθάνατον, οὕτω καὶ τὸ προσάγον καὶ προσδεχόμενον. ὁ αὐτὸς γὰρ ὡς ἄνθρωπος προσάγει, καὶ ὡς θεὸς προσεδέξατο. *Erga vniuersam Trinitatem, quam nos in tribus Hypostasibus Patris, Filij, & Spiritus sancti speculamur præuaricantes deliquimus, an vero erga Patrem solum? Si erga Patrem solum ipsi etiam soli, vt nugatores isti tradunt, per sanguinem eius incarnati filij reconciliati sumus. Quodsi Triadi vniuersæ vnigeniti filij Dei sanguis oblatus est. Quemadmodum enim in vno, eodemque Christo, siue in vna illius Hypostasi consideratur corruptibile, & incorruptibile, mortale, & immortale, ita & offerens*

offerens & accipiens. Idem enim vt homo offert, & vt Deus accipit. Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses de Christo. Ὅτι καὶ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν καὶ τελετάρχης, καὶ τελεσιουργὸς, καὶ τελῶν καὶ τελούμενος, καὶ αὐτοτελεσιότης μόνος ἐστίν. Et; τὴν δέ γε ἱερουργίαν τοῦ παναγίου σώματος αὐτοῦ τε, καὶ αἵματος δηλῶν, ὡς αὐτὸς ἱερούργησε, καὶ ἱερουργεῖν ἡμῖν παραδέδωκεν. τοῦτο γάρ φησι ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἐν ἄρτῳ δηλονότι καὶ οἴνῳ μηδαμῶς παυόμενος, καὶ αἰώνιος μᾶλλον ἱερεὺς, ὅτι καὶ ἔθυσεν ἑαυτὸν ἑκουσίως διὰ σταυροῦ, καὶ θύει, καὶ προσενήνοχε τῷ πατρὶ. καὶ προσάγει, καὶ σφάγιον κεῖται διηνεκὲς, καὶ αἰώνιον ὑπὲρ ἡμῶν ἱλαστήριον. Et; καὶ ἓν σῶμα ὁ εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ ἄρτος, κἂν πολλοὶ, καὶ ὅσοι ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ παρὰ πάντων ἱερουργοῦνται ἱερουργῶν, ἐπεὶ διὰ πάντων αὐτὸς ἑαυτὸν ἱερουργεῖ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, καὶ θῦμα τελῶν, καὶ θύτης. *Quod & autor vitæ, & salutis nostræ, & ceremoniarum conditor, & perfector operum: item initians & initiatus, & ipsa initiatio solus est.* Et, *Sacrificium vero sanctissimi corporis, sic & sanguinis, manifestum est ipsum sacrificasse, & sacrificare nobis tradidiße. Hoc siquidem, ait, facite in meam commemorationem; quod & ipse est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, in pane videlicet, & vino nullo modo ceßans, & sempiternus potius Sacerdos; quod Sacrificauit semetipsum perlibenter per Crucem, & sacrificat, & obtulit Patri, et offert, & victima iacet perpetua, & sempiternum pro nobis propitiatorium.* Et; *Et vnum corpus qui in memoriam illius offertur panis, licet multi, & quotquot in vniuerso mundo ab omnibus Sacerdotibus sacrificantur, cum per omnes semetipsum ipse magnus Pontifex sacrificat, et sacrificium existens, et sacrificus.* Et luculentiora ex Græcis poscis? Nihil pro sano facis, & talpa cæcior veri luminis purpuram non dignoscis. *Sed Pontificiorum longe alia sunt*, tum laboras ex inscitia Creyghtone. Cyprianus Epistola 63. *Iesus Christus Dominus, & Deus noster, ipse est summus Sacerdos Dei Patris, & sacrificiū ipsum primus obtulit.* Ambrosius lib. 3. de Fide cap. 5. *Idem*

ergo

ergo Sacerdos, idem & hostia, & Sacerdotium. & lib. Officiorum cap. 48. *Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Christus offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offert se ipse quasi Sacerdos, vt peccata nostra dimittat*. Augustinus serm. 49, aut quisquis est illius auctor; *Nouum est altare huius sacrificij, quoniam et immolatio noua est, & admirabilis. Ipse enim & hostia erat, et Sacerdos*. Hieronymus Hedibiæ; *Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse conuiua, et conuiuium, ipse comedens, et qui comeditur*. Paulinus Epist. 5. ad Seuerum; *Ipse enim pro nobis et animam et carnem suam posuit, et recepit, qui et Sacerdos, et hostia, et agnus, et pastor, et pro pastoribus suis agnus occisus est. Ipse enim Dominus hostia omnium Sacerdotum est, qui semetipsum pro omnium reconciliatione Patri libans victima Sacerdotij sui, & Sacerdos suæ victimæ fuit*. Quid ergo garrit Montacutius contra Bullengerum? *Quæso te, ne sæui magnus Sacerdos. Non est cur in Tragœdia debaccheris. Donum, siue sacrificium est symbolum corporis Christi. Hoc nouum est absurdum, inauditum. Nunquam ne tibi lectæ auditæ istæ voces, nec quidem sub Grammaticorum ferulis? An sic nusquam auditæ? vt donum sit sacrificium, aut vice versa, aut vt Symbolum corporis Christi dicitur donum, vel sacrificium? Sacrificium est enim, quod iugulatur. Dona autem illa non iugulantur. Christus ergo ipse an transfoditur? Certe in figura. Ergo Græci in sacris adhibebant λόγχην. Et tamen θυσίαν τὴν ἀναίμακτον hoc nuper nominabas, hic agnoscas licet tua illa pessima γνωρίσματα, nouum absurdum inusitatum, vt symbolum corporis Christi sit sacrificium. Est etenim, vt vulgo statuunt, sacrificium oratio rei aspectabilis puta vituli, vel agni, qui ritu legitimo a Sacerdote publico ita tractatur, vt res, quæ offertur, mutetur, aut vratur*. Et; *Ideo non sequitur, quod συλλογίζεις. Si Christus offertur, & offert, tum non est panis qui offertur. Neque enim vllus syllogismus admittit, idem offerens, & oblatum seruatis legibus oppositorum. Casauboni eruditio videbat istud, quod videns tu, non*

videas, tibi cura sit, & magistris tuis. Et; *Sacrificium est θυσία corporis mystici. Sacrificium est Christi ipsius oblati, illud nos sumus, & Deo offerimus. Hoc repræsentamus sæpe, olim semel factum: non repetimus idem semel consummatum.* Plane quicquid ex suo cerebro συλλογίζει de rebus diuinis extra Ecclesiam Catholicam est. Interim sciat, se ab Ecclesia Græca, & Pontificia anathemate plecti, sacrari inferis, sibique, si non resipiscat vltimæ animaduersionis exempla statui, execrandum & detestabile caput. Et hæc Montacutio. Quid Creyghtono? multo plura eiusdem generis; qui si tot Sanctorum Græcorum, & Pontificiorum auctoritatibus, & traditioni & memoriæ, etiam Hæreticorum atque Schismaticorum testimonijs fundatissimæ non cesserit, facilemque se dederit, sed eadem per eadem dixerit; *Panis Eucharistici Transelementationem sub Innocentio III. in Lateranensi IV. primum orsam esse in Ecclesiam introduci: diuersum esse Canonem tam D. Basilij, quam D. Chrysostomi a Canone Romano, & Græcorum sacramentum a Pontificio: Græcos ipsos de Transelementatione nunquam cogitasse, nec per somnia quidem: & hostiam sine fermento primitus Transubstantiationem peperisse, & hostiam ab illa stabilitam fuisse:* Sciat sese, quod & sancte, pace tamen sua, adiurauerim, esse ὄνον νωθρὸν ἄγοντα μυστήρια.

Anno Christi 1199. sub Alexio Comneno Fratre Isaacij Angeli, auctore eodem Choniata, Ecclesiasticos Orientales in factiones dogma de hoc eodem sacramento diuisit, cuius sub Georgio Xiphilino Patriarcha pullulauit, & successoris Ioannis Camateri animi mollitia, & Doctorum contentionibus superuacanea operositate intendentium, scintilla a Sicidita Monacho succensa eiusdem seditiosi condemnatione perleui momento extingui poterat, nec extincta, in immensas faces excreuit, & præcordia hominum iactauit. Erat in quæstione, vtrum corpus Christi post perceptionem incorruptibile esset,

quale post passionem, & resurrectionem fuit, an corruptibile, vt ante passionem? Sicidita, & illius, vt ita dicam, a pedibus serui, id mysterium non esse confessionem resurrectionis, sed sacrificium, & proinde corruptibile, & amens, & inanime, ad quod qui accedit, non totum Christum percipiat, sed partem. Nam si incorruptibile esset, esset etiam mentis particeps, & animatum, & intactile, & inaspectabile: neque dentibus scinderetur, nec moleretur, & in scindendo nullam prorsus molestiam, aut dolorem sentiret, præsertim cum Christus dicat; *Qui manducat me, viuet: Quemadmodum misit me Pater, & ego viuo propter Patrem.* Quibus videbantur corporum etiam resurrectionem improbare, cum dicerent; Nos post resurrectionem nullo modo sub tactum, aspectum, & figuram humanam repræsentandos fore, sed vt incorporeas vmbras volaturos. Prætereaque Christi per clausam ianuam ingressum non miraculum, sed aliquid cognatum, & aptum resurgentibus ex mortuis esse asserebant. Et hæc quidem Sicidıtani. Catholici vero incorruptibile esse, cum diuinorum mysteriorum perceptio confessio sit, & recordatio Domini propter nos mortui, & rediuiui, & quam partem quisque acceperit, ab eo Christum integrum percipi, quem Thomas palpauit, & post resurrectionem comeditur. Longa esset oratio, si Nicetam transcriberem. Volenti obuia sunt lib. 3. Histor. Adde Ephræmium eadem contractius prosequentem.

Τούτου κρατοῦντος Κομνηνῶ ἀγχωνύμου.
Ἰωάννου δὲ Καματηροῦ τὸν θρόνον
Βυζαντίδος ἰθύνειν εἰληχότος.
Δόγμ' ἀνεφύη καινοφανὲς καὶ νόθον
Γεννήτορά τε καὶ διδάσκαλον φέρον
Τινὰ μοναχὸν Σικιδίτην τοὐπίκλην,
Λαλοῦντ' ἀληθῶς ἀπὸ γῆς καὶ κοιλίας.
Ζητήσεως οὔσης γὰρ, εἰ χρὴ καὶ λέγειν

Νοεῖν τε σαφῶς σῶμα Χριστοῦ δεσπότου·
Ὃ ληπτόν ἐστιν ἡμῖν ἐν μυστηρίοις,
Ἄφθαρτον εἶναι καθάπερ μετὰ πάθος
Καὶ θείαν ἀνάστασιν, ἢ φθαρτὸν λέγειν,
Ὁποῖον ἦν περὶ θανάτου, καὶ τοῦ πάθους;
Ἄφθαρτον οἱ μὲν ἀπεδείκνυον τόδε,
Διδασκαλικαῖς χρώμενοι μαρτυρίαις,
Σοφοῦ Κυρίλλου, καὶ πατρὸς Χρυσοστόμου,
Εὐτυχίου τε ποιμένος Βυζαντίδος,
Καὶ Γρηγορίου φωσφόρου Νυσσαέων,
Οἵπερ παριστῶσι διδασκαλίαις,
Ἐκεῖνο σῶμα δεσπότου πεφυκέναι,
Τὰ νῦν πρὸς ἑστίασιν ἡμῖν τυγχάνον,
Ὃ κρεῖττον ὀφθὲν θανάτου μετὰ πάθος
Ζωῆς κατεῖρξεν ἀφθίτου βροτῶν χάριν,
Οὗ κἂν μέρος τις τυγχάνῃ δεδεγμένος,
Ἅπαν λαβὼν ἄπεισι σῶμα κυρίου.
Καὶ πρὸς θεουργεῖ τοὺς μεταχόντας ξένως.
Οἱ δ' ἐκ μερίδος τῆς ἐναντίας πάλιν,
Ἔφασκον, αὐτὸ μηδὲ τύπον παρέχειν
Σεπτῆς μακαρίας τε παλινζωΐας.
Τεθυμένον δὲ θυσίαν μόνην φέρειν.
Κἀντεῦθεν ἄνουν φθαρτόν, ἄψυχον πέλειν,
Καὶ τὸν μεταχόντα δὲ λαμβάνειν μέρος,
Οὐχ ἅπαν αὐτὸ σῶμα Χριστοῦ δεσπότου.
Εἰ γάρ φασιν ἄφθαρτον ὑπῆν καθόλου,
Ἦν ἂν ἀναφὲς, ἀθέατον τοῖς ὅλοις.
Τοιαῦτα συνείροντες οἵδε δυστρόπως,
Ἁπλουστέρους ἔπειθον ὑπείκειν σφίσιν
Τῇ κρείττονι δόξῃ δὲ προστεθεὶς ἄναξ
Εἶτα φθινύθειν τελέως τοὺς θατέρας.

Imperante Alexio Angelo Comneno, & Sedem Patriarchalem Byzantinam gubernante Ioanne Camatero, nouum dogma, & spurium exortum est, parentem, ac magistrum agnoscens Monachum quen-

quendam cognomine Siciditem, vere loquentem ex humo, & ventre. Nanque cum esset quæstio, An dicendum esset, & plane tenendum, & plane confitendum, Christi Domini corpus, quod sumimus in mysterijs, incorruptibile esse, vt erat post passionem, et diuinam resurrectionem, an vero corruptibile, vt erat ante passionem, & mortem? Id incorruptibile esse nonnulli demonstrabant, testimonia Patrum vsurpantes Cyrilli sapientis, & Patris Chrysostomi, Eutychij Præsulis Byzantini, & illuminantis Gregorij Nysseni, qui suis documentis stabiliunt, illud corpus Domini, quod nunc nobis manducandum traditur, esse illud ipsum, quod post passionem morte potius apparens, vitæ dedit initium immortalis mortalium causa, cuius licet partem quispiam assumpserit, totum Domini corpus assumit, & peregrino quodam modo assumentes deificat. Qui vero partis contrariæ erant, asserebant, illud nec vestigium quidem in se continere venerandæ, beataq; resurrectionis, sed consecratum sacrificium tantum præseferre, indeque exmens, corruptibile, & inanimatum existere, & assumentem partem accipere, non integrum ipsum Christi Domini corpus: Nanq; aiebant, si incorruptibile esset in vniuersum, non subijceretur neq; tactui, neq; visui modis omnibus. Hæc isti malitiose concludentes simpliciores cogebant sibi credere. Sed rectiori sententiæ assensus Imperator, huiusce alterius opinionis auctores paulatim in nihilum redegit, & prospexit in posterum. In hac quoq; concertatione nullus siue corruptibilitatem, siue incorruptibilitatem assereret, transelementationem panis, & vini in verum corpus, & verũ sanguinem Christi negauit, sed in commune iactis calculis omnes eam agnouerunt, & fassi sunt. Et vt a Michaële Glyca defensore, & propugnatore dissolubilitatis acerrimo exordiar; en illum: sed attentius inspice, ex Epistola ipsius ad Ioannicium Monachum, quam sic inchoat; Ὅτι μὲν οὖν ἐσιώπατε ἄνερ ἐπὶ τῆς μεταλήψεως τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, σάρκα τεθεωμένην ἐσθίομεν, αὐτὴν δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι θυόμεθα δι' αὐτῆς. καὶ ὅτι δίδοται ἡμῖν ἐντεῦθεν ἄφεσις ἁμαρτιῶν, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς αἰώνιοι γενόμεθα μέτοχοι

ζωῆς,

ζωῆς, οὐδὲ ἡμεῖς ἐπὶ τούτοις ἀμφιβολίαν ἔχομεν οἱανδήτινα. μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ ὡς ὁρᾷς, ἀπονήρως ταύτῃ καὶ ἀπεριέργως δεχόμεθά τε, καὶ στέργομεν τὴν τῶν θείων μυστηρίων παράδοσιν. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι παρελάβομεν ἀπό τε τῶν θεηγόρων Εὐαγγελιστῶν, καὶ τῶν εἰς ὕστερον ἀναφανέντων ἁγίων πατέρων, ἢ φρονοῦντες, ἢ λέγοντες εὑρισκόμεθα τέως, ὡς ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν, ἐφ' ὧν καὶ σιωπᾶν ἡμᾶς ἐπὶ τούτοις τέλεον ἔπρεπεν. *Nos itaque sanctissime Vir, in participatione immaculatorum Christi mysteriorum carnem deificatam manducare, eiusdem nempe Christi, & per eam sanctificari, & inde nobis remissionem peccatorum tradi, & per eam sempiternæ fieri vitæ participes, neque nos de hisce incerti sumus, neque vllo modo ambigimus. Absit hoc. Namque vt vides, absque malitia, & curiositate accipimus, & amplectimur sacrorum mysteriorum traditionem. Neque enim aliud quidpiam traditum a diuiniloquis Euangelistis accepimus, & a sanctis Patribus, qui post eos exorti sunt, siue sentientes, siue dicentes vsquedum reperimur, vt nos suspicamur, de quibus prorsus silentium nobis esse seruandum ducimus.* Et infra; Εὔδηλον οὖν, ὡς εἴγε καὶ ἄρτον τῷ φαινομένῳ ἐσθίομεν, ἀλλὰ σάρκα τεθεωμένην ἐσθίομεν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ εἰπόντος· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. *Itaque manifestum est, licet panis sit secundum aspectum, quem manducamus, sed carnem deificatam manducamus ipsius Christi qui dixit; Hoc facite in meam commemorationem.* Idem ibidem; Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε τὸ αἷμα αὐτοῦ, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καὶ ζητῶ τηνικαῦτα μαθεῖν, ποίαν ἐνταῦθα σάρκα χρὴ νοεῖν; τὴν σφαγιασθεῖσαν τότε, καὶ τῷ τάφῳ δοθεῖσαν, ἢ τὴν ἐκ νεκρῶν ἐγερθεῖσαν, καὶ τοῖς μαθηταῖς οὕτως ὀψίας ἐμφανισθεῖσαν; δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. ἡ μὲν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἐγερθεῖσα, καὶ ἄφθαρτος ἠγέρθη, καθὼς ἐδιδάχθημεν, καὶ λεπτή, καὶ κούφη, καὶ πνευματική, καὶ λεπτὴ τοσοῦτον, ὥστε καὶ ἐσφραγισμένου τοῦ τάφου ἐξελθεῖν, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθεῖν. ἡ δὲ σφαγιασθεῖσα τότε, καὶ τῷ τάφῳ δοθεῖσα, φθαρτὴ κατὰ φύσιν ἐτύγχανεν, καὶ μὴν καὶ παχεῖα. καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὅλως ἐδέχετο τομήν. οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου τοῖς μαθηταῖς εἰς βρῶσιν ἐδίδοτο.

δοτο. πρόσεχε οὖν. τὴν μὲν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἐγερθεῖσαν ἄφθαρτον αὐτίκα γεγονυῖαν, καὶ λεπτὴν, ὡς εἴρηται, καὶ κούφην, καὶ πνευματικὴν ἀδύνατόν ἐστι καὶ ὀδοῦσι τέμνεσθαι, καὶ ἐν ἀληθείᾳ βιβρώσκεσθαι. καὶ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος ἀριδηλότατα παραστήσει τῇ σῇ λογιότητι. ἐπειδὴ καὶ γὰρ ἀπήλλακτο πάσης αὕτη παχύτητος, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησὶ, πῶς λοιπὸν ἐμφορηθήσεταί τις καὶ κρεῶν, καὶ αἵματος; ἀμήχανον τοῦτο πάντων. ἀμήχανον. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Tum instrui postulo. Quæ caro hic intelligenda veniat, mactata ne eo tempore, & sepulturæ tradita, & quæ ex mortuis resurrexit, & Discipulis verpere apparuit. Responde sodes. Namque quæ resurrexit a mortuis, incorruptibilis exsuscitata est, vt edocti sumus, & subtilis, & leuis, & spiritalis, & adeo subtilis, vt ex obsignato sepulcro emerserit, & portis clausis introiuerit. Quæ vero tum mactata est, et sepulturæ tradita; natura sua corruptibilis erat, adhuc etiam præterea concreta. Namque si id non esset, nusquam casuram admitteret, nunquam in cœna mystica discipulis in alimoniam dederetur. Attende itaque. Quæ ergo e mortuis resurrexit, illico incorruptibilis facta, et subtilis, vt iam diximus, et leuis, et spiritalis, non potest et dentibus scindi, et re ipsa manducari. Et hoc subsequens oratio manifestissime comprobabit tuæ singulari facultati dicendi; cum nulli esset concretioni obnoxia, vt lingua aureus inquit, Qua ergo ratione quispiam replebitur et carnibus, et sanguine? Id fieri prorsus non potest, non potest;* Et; Σάρκα μὲν οὖν ἀληθῶς τεθεωμένην ἐσθίομεν. εἰ γὰρ καὶ ἄρτος τῷ φαινομένῳ καὶ οἶνός ἐστι τὰ θεῖα μυστήρια, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταβάλλονται τοῦ Χριστοῦ. πλὴν οὐ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο τὸ μεταβάλλεσθαι δηλαδὴ, καὶ ἄφθαρτον αὐτὸν εἶναι παντάπασιν εἴποι τις. *Carnem itaque vere deificatam manducamus. Licet enim aspectu panis, et vinum diuina mysteria sint, vt sæpius diximus, sed aduentu Spiritus sancti in carnem, et sanguinem Christi transmutantur. Nihilominus non propterea quod transmutantur, etiã incorruptibilem esse prorsus quispiam assereret.*

Et; Πλὴν ἐπὶ τούτοις χαλεπαίνειν, οὐχ ὅσιον. εἰ γὰρ καὶ βιβρώσκεται παρ' ἡμῶν ὁ ἄρτος οὗτος ὡς ἐν ἀληθείᾳ σὰρξ ὑπάρχων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' οὔτε διαφθορὰν ὑφίσταται μετὰ ταῦτα, οὔτε μὴν εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καθάπερ ἡ συνήθης αὕτη καὶ ῥέουσα βρῶσις, ἀλλ' ἅμα τῷ βρωθῆναι καὶ ταφῆναι τροπήν τινα παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης παραπλησίως δηλαδὴ τοῖς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Χριστοῦ σαρκὶ πεπραγμένοις. ἡνίκα θανοῦσα καθ' ἡμᾶς αὕτη τῷ τάφῳ γέγονε κάτοχος, ἀλλὰ διαφθορᾶς ὁ τοιοῦτος ἀνώτερος ἀκολούθως εἶναι διαγινώσκεται. καὶ πῶς ἀκολούθως. ἐπειδὴ καὶ ἡ σὰρξ αὐτὴ τοῦ Χριστοῦ φθορὰν μὲν ἐδέξατο θανάτου, διαφθορὰν δὲ οὐκ οἶδε κατὰ τὸν εἰπόντα. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. *Nihilominus hæc permoleste ferenda non sunt. Etenim si editur a nobis panis hic in veritate, caro existens ipsius Christi, sed postmodum non subit, neque in ventrem degreditur, vti suetum hoc, & profluens alimentum, sed simul atque comestus fuerit, sepultusq; immutationem aliquam, vti Damascenus Ioannes inquit, patitur eo ipso modo, quo in carne illius sancta multa actitata sunt, quæ more nostro demortua sepultura inclusa est; sic iste corruptione superior esse dignoscitur. Et qua ratione? Quod & caro ipsa Christi corruptionem quidem mortis suscepit, totalem vero corruptionem non subijt, vti ille dixit, non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

Hæc & alia Michaël Glycas Epistola satis prolixa ad Ioannicium Monachum ad hæresim comprobandam dicenda tacendaque verbosa loquacitate, vt tu etiam Ceyghtone sæpissime facis, comminiscitur. Huius etiam Epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus Exercit. in Baronium 16. §. 49. sed sub Zonaræ nomine non dum editam, quam Glycæ esse Codices antiqui repræsentant. Cuiusnam vero sint illæ Epistolæ, quæ sub nomine Glycæ, & Zonaræ nomine in Manuscriptis prostant, alius erit differendi locus. Ipsam vero tibi Epistolam, quia exigua est non inuidebimus. Titulus Epistolæ est; Εἰ φθαρτή ἐστιν ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μετάληψις, εἴτε καὶ ἄφθαρτος. *An corruptibile sit sanctum Christi corpus, an vero incorrupti-*

corruptibile. Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἴτε φθαρτή ἐστιν ἡ ἁγία τοῦ Χρι-
στοῦ μετάληψις, εἴτε καὶ ἄφθαρτος. οἶδα μὲν οὖν ἀγαπητέ, ὅτι τῷ
ἰδίῳ προσνεμόμενοί τινες λογισμῷ, καὶ περὶ τῆς φύσεως τῶν ἀχράν-
των μυστηρίων οὐ μικρῶς ἀμφιβάλλουσι, ποτὲ μὲν ἄφθαρτον αὐτὴν
ἀποκαλοῦντες, ὡς ἀθανάτου ζωῆς παρεκτικήν. ποτὲ δὲ φθαρτὴν
εἶναι διϊσχυρίζονται. ἐπειδὴ δαπανᾶται τοῖς ὀδοῦσιν ἡμῶν, καὶ βι-
βρώσκεται. ταύτῃ τοι, καὶ πολλὰ μὲν ἐπιχειροῦσιν λέγειν οἴκοθεν,
ἀσυλλόγιστα δὲ παίζειν, ὡς ἔοικεν ἐν οὐ παικτοῖς, καὶ γράφειν ἐν ἀσε-
λαστέροις οὐκ ἀσφαλῶς περισσαγόμενοι. ἀλλὰ μὴ κατ' ἐκείνους,
ἀγαπητέ, τὰ θεῖα καὶ σὺ πολυπραγμόνει μυστήρια. μηδ' οἷα τε-
θαῤῥηκὼς ἑαυτῷ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα θέλε πηδᾷν, εἴτε φθορᾶς
ἀνωτέρα ἐστὶν ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μετάληψις. εἴτε καὶ πρόσκαιρος
αὕτη περιεργαζόμενος. τὰ γὰρ τοιαῦτα σιωπῆς μᾶλλον, ἢ ἐξετά-
σεως ὑπάρχουσιν ἄξια. πλὴν μὴ ἐπὶ τοσοῦτον ἀμφιβαλλέτω σου ὁ
λογισμὸς, τῷ μὲν αὐτῷ ὡς εὐσεβὴς δῆθεν προσκείμενος, τῷ δὲ πά-
λιν ὡς ἀσεβὲς μὴ παραδεχόμενος. εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τῆς κοινωνίας
ταύτης ἀμφότερα, εἴγε καλοθελῶς ἐξετάσεις τοῦ λόγου τὴν δύνα-
μιν. ὁ μὲν οὖν ἄρτος τῆς προθέσεως αὕτη ἐκείνη ἐστὶν ἡ τοῦ Χριστοῦ
σάρξ, ἡ ἁγιασθεῖσα τότε, καὶ τῷ τάφῳ δοθεῖσα. καὶ δῆλον ἐξ
ὧν αὐτὸς ἔλεγε τοῖς Ἀποστόλοις ὁ κύριος, ἡνίκα τὰ τῆς καινῆς διαθή-
κης ὑπετίθη μυστήρια. τοῦ γὰρ ἄρτου μεταδιδοὺς αὐτοῖς ἔλεγε, λά-
βετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον εἰς
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. πρόσχες οὖν, εἰ μὴ φθαρτὴ ἐτύγχανεν ἡ τοῦ κυ-
ρίου σάρξ, οὐκ ἂν ὑπέπεσε τῇ τοῦ θανάτου φθορᾷ. τὸ γὰρ ἄφθαρτον
πάσης ἀνώτερον ὑπάρχει φθορᾶς. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ τῆς προθέ-
σεως ἄρτος, φθορᾷ ὑποκείμενος, ἅτε σάρξ ὢν, ἀληθῶς τοῦ Χρι-
στοῦ, καὶ τέμνεται τοῖς ὀδοῦσιν ἡμῶν. καὶ ἀλήθεται. εἰ γὰρ ἄφθαρτος
ἦν, οὐκ ἂν ἐδέχετο τομὴν οἵαν δήτινα. οὐκ ἂν ὅλας παρ' ἡμῶν ἐβι-
βρώσκετο. πλὴν μὴ ἐπισυνιστάσῃς τῷ λόγῳ, μηδὲ βαρὺ δόξῃς καὶ
φορτικὸν τὸ λεχθέν. εἰ γὰρ καὶ φθορὰν ἤκουσας ἐπὶ τῆς θείας ταύτης
καὶ φρικτῆς μεταλήψεως, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἀφθαρσίας ἐφέπεται ὕστε-
ρον, ὡς ὁ λόγος ἤδη γνωρίσει σοι. ἡ τοῦ κυρίου σάρξ, εἰ καὶ θανά-
τῳ περιέπεσεν, εἰ καὶ τῷ τάφῳ δοθῆναι ἔφθασεν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ
διαφθορὰν ὑπέστη κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην, οὐδὲ δώσεις τὸν

δαίου σου ἰδεῖν διαφθορὰν. τῇ γὰρ θειότητι διαφυλαχθεῖσα παντάπασι γέγονεν ἄφθαρτος. οὕτω καὶ ὁ τῶν προθέσεων ἄρτος, μετὰ τὸ δαπανηθῆναι τοῖς ὀδοῦσι, καὶ τῷ οἰσοφάγῳ καθάπερ τάφῳ παραδοθῆναι, πρὸς ἀφθαρσίαν αὐτίκα χωρεῖ, κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην τῇ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ καταπλεκόμενος. ἐντεῦθεν καὶ οἱ ἐκδημῆσαι τῶν ὧδε μέλλοντες, ἐὰν τυγχάνωσι μετεχόντες ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, ὑπ' Ἀγγέλων δορυφορούμενοι ἀπάγονται δι' ἐκεῖνο πάντως τὸ ληφθὲν, ὡς ὁ θεῖος ἔφη περὶ τούτου Χρυσόστομος. ἀλλ' ὅρα κἀντεῦθεν φιλανθρωπίαν Χριστοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ πολυμήχανος δράκων, διὰ γεύσεως ἡμῖν ἐπῆξε τὸν ὄλεθρον, διὰ γεύσεως αὖθις καὶ τὰ τῆς θεραπείας ἐπινενόηται. ὅθεν οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς, ὁπωσδήποτε τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ κοινωνίας μετὰ τῶν ζώντων ὅλως εἶναι οὐ δύνανται. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ κύριος ἔλεγε, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε τὸ αἷμα αὐτοῦ, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. οὐκοῦν ἐκκαθαίρωμεν ἑαυτοὺς, καὶ τῇ πνευματικῇ τραπέζῃ, καὶ οὕτω τροφῆς ἀθανάτου γενόμενοι μέτοχοι, ζήσομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. *Adhuc etiam de hoc ambigitur, An sancta Dei participatio corruptioni, vel incorruptioni subiaceat? Scimus, dilectissime, nonnullos proprijs cogitationibus distractos de natura mysteriorum intaminatorum non parum animo fluctuare, interdum eam corruptionibus non obnoxiam compellantes, tanquam quæ æternam vitam elargiatur, interdum vero corruptibilem esse eam contendentes, quod dentibus nostris consumetur, et manducetur: hinc multa de propÿs blaterant, luduntque absque vlla ratione, vt videtur, ex quibus iocus amandatur, ridentque a quibus longe risus abest, non suam tuto rationem tenentes. Verumtamen tu, dilectissime, non vti illi; diuina curiosius inquire mysteria, neque tibi confidens super scrobes transili, curiosius inquirens, siue illa supra corruptionem sancta Christi participatio, siue etiam temporaria sit, Hac siquidem silentio magis, quam perquisitione digna sunt. Nihilominus ne tantum tua mens suspensa atque incerta pendeat, idem vti pietati addictum tenens, idemque vti impium non acceptans: namque vtraque in communione hac de-*

pre-

prehendes, si recto iuditio orationis vim conquisiueris. Panis itaq; propositionis eadem illa est Christi caro, quæ tum sanctificata est, & sepulturæ concredita. Idque manifestum est ex ijs, quæ Dominus Apostolis dicebat, cum noui testamenti subministraret mysteria. Nam panem illis tradens dicebat; Accipite, manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur in remissionem peccatorum. Itaque aduerte animum; ni corruptibilis esset caro Domini, nunquam mortis corruptioni subiacuisset, quod enim corruptioni obnoxium non est, corrumpi nullo modo potest. Pari ratione & panis propositionis corruptioni obnoxius, tanquam qui caro Christi, vere erat, & dentibus nostris conteritur, & frangitur. Etenim si incorruptibilis esset, nullam admitteret scissuram, neque prorsus a nobis manducaretur. Hunc tamen sermonem ne grauiter audias, neque tibi grauis atque submolestus appareat. Licet enim in diuina hac, atque tremenda assumptione corruptionem exceperis, nihilominus postmodum incorruptionis momenta sequentur, vt oratio tibi manifestabit. Domini caro etsi morti subiacuit, & sepulturæ tradita est, attamen corruptionem nullam passa est, vt Propheta dixit, Non permittes sanctum tuum videre corruptionem. Nanque diuinitate conseruata prorsus incorruptibilis, illæsaque euasit. Sic & panis propositionis postquam dentibus cominutus, & gulæ veluti sepulturæ contraditus fuerit, statim ad incorruptionem facit profectionem, vt Ioannes Damascenus tradit, cum essentia animæ collocatus. Hinc qui e vita migrant, si participes facti sunt, in pura conscientia Christi mysteriorum, ab Angelis stipati deducuntur ob illa tantummodo recepta, vt diuinus dixit Chrysostomus. Veruntamen considera in hoc amorem Christi in homines. Versutissimus enim Draco per gustum mortem, Christus per gustum vitam attulit. Vnde fit, vt qui semetipsos quomodocunque e sancta Christi communione elongant, cum viuentibus commorari non possint. Idque innuens Dominus dicebat; nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis illius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Itaque purgemus nosmetipsos hac spiritali mensa, et sic immortalis alimenti facti participes viuamus in Christo Iesu

Domino nostro, cui gloria in secula. Amen. Horum itaque corruptionis assertorum sententia Transelementatio est. An eadem sentiunt, qui e contraria parte illis sunt? Ita profecto. Petrus Antiochenus Epist. ad Cerular. in qua videtur Azyma vti mortua reijcere, recipere enzyma vti viua, Εἰ δὲ καὶ πιστεύομεν σάρκα Θεοῦ ἐσθίειν ζῶσαν, τοῦ τελείου ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι, τί κοινὸν ἐμψύχῳ, καὶ ζώσῃ σαρκὶ Θεοῦ, καὶ ἀζύμοις ἀψύχοις νεκροῖς; τὸ γὰρ ἄζυμον οὐκ ἄρτος. οὐ γὰρ ἄρτιον οὐδ' αὐτοτελές, ἀλλ' ἐλλιπές, καὶ ἡμιτελές, καὶ δεόμενον τοῦ πληρώματος τῆς ζύμης. ὁ ἄρτος δὲ ἄρτιος, αὐτοτελής, τέλειος, καὶ πληρέστατος. καὶ συνιέτε τῇ δυνάμει τοῦ λόγου προσέχοντες συνετώτατε. ἐν τοῖς ἀζύμοις οὐκ ἔστι τις ζωτικὴ δύναμις. νεκρὰ γάρ, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες. ἐν δὲ τῷ ἄρτῳ, ἤγουν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ τρία τὰ ζῶντα, καὶ ζωὴν παρέχοντα τοῖς αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν, τὸ Πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ ἐπιστήθιος Ἰωάννης μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ, οὕτω λέγων διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως, τὸ Πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι, δηλονότι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ὃ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ κυρίου σταυρώσεως δῆλον γέγονεν, ὁπηνίκα τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς αὐτοῦ ἔρρευσε, λόγχῃ νυγείσης αὐτοῦ τῆς σαρκός, τὸ δὲ ζῶν ἅγιον Πνεῦμα ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ αὐτοῦ σαρκί, ἣν ἐσθίοντες οἱ πιστοὶ ἐν τῷ λαμβανομένῳ ἄρτῳ διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς σάρκα Χριστοῦ ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες. *Quod si credimus, carnem Dei comedere, illius viuam, qui perfectus est in diuinitate, & humanitate, quid commune fuerit animatæ, viuæque Dei carni, & azymis inanimis, & demortuis? Azymus siquidem panis non est, neque enim integrum quid est, & absolutum, sed mutilum, & diuiduum, cui opus est supplementum fermenti. Panis vero integer, absolutus, perfectus & plenissimus est. Et sic, attento animo vim orationis aduerte, prudentissime. In azymis nulla est facultas viuifica; demortua enim sunt, vt iam diximus. Sed in pane, corpore scilicet Christi, tria sunt, quæ viuunt, & vitam elarginntur participantibus, Spiritus, aqua, & sanguis, vt Ioannes ipse, qui in pectore Christi recubuit, dicto suo testatur, hæc proferens in*

Apocalypsi, Spiritus, aqua, & sanguis, & tres vnum sunt, corpus nempe Christi, quod tempore crucifixionis Dominicæ manifesto enituit: cum sanguis, & aqua ex immaculato illius latere effluxit, tum cum lancea caro illius perfossa est. Spiritus vero viuens, sanctusq; in deificata illius carne permansit, quam edentes fideles in pane, quem assumunt per Spiritum sanctum in carne Christi viuimus in ipso, vti qui vitam, & deificatam carnem absumimus. Ergo contra atque tu colligis sacrificium Pontificiorum, & Græcorum non erat aliud atque aliud, sed vnum, & idem. Adde Petro Antiocheno Theophanem Nicenum Episc. lib. 3. contra Iudæos de Sacrificio Missæ c. 19. Καλεῖ τοίνυν αὐτὴν πρῶτον εὐφροσύνην, ἔπειτα οἶνον. διότι τῇ μὲν ἀληθείᾳ, καὶ τῷ ὄντι αὐτοευφροσύνη ἐστὶ, καὶ γλυκασμὸς, καὶ ἐπιθυμία. ἀθανασία γάρ ἐστι, καὶ ζωὴ αἰώνιος. συμβολικῶς δὲ καὶ αἰσθητῶς, ὡς οἶνος ὁρᾶται καὶ μετέχεται, διὰ τὸ καὶ τὸν οἶνον εὐφραίνειν κατὰ τὸν προφήτην καρδίαν ἀνθρώπου. *Vocat itaque primum ipsum lætitiam. postmodum vinum, quoniam vere, & re ipsa & dulcedo est, & desiderium. Existit enim immortalitas, & vita æterna: Symbolice vero, & sensibiliter, vt vinum videtur, & participatur, quod vinum, vt Propheta ait, lætificat cor hominis.* Supra paulo ante dicta sunt pleraque his similia, quæ strangulabunt tibi fauces, cum Reformatorum tuorum tintinabulis numerosiora procedunt.

EXERCITATIO XXVII.

Recentiorum Græcorum Quæstio de Verbis consecrationis Transsubstantiationi non officit. Hottingeri impudentia in asserendo id quod non est. Siue Azymus, siue fermentatus panis, si panis triticeus sit, est huius Sacramenti materia. Stultissima Caluinistarum opinio de materia huius Sacramenti. Vtilitas ex hoc Sacramento communicantibus.

SED

SED propius rem adeamus. Recentissime orta est inter Græcos Quæstio quarta, de forma huius Sacramenti. Quidam contendebant; Verba Christi ad transubstantianda panem, & vinum tantum necessaria esse, preces vero ex institutione, atque consuetudine Orientalis Ecclesiæ, non vero absolute. Alij præter verba Christi omnino planeque requiri preces adiunctas in Liturgijs Basilij, & Chrysostomi. Hanc videntur defendisse Nilus Cabasila, Simeon Thessalonicensis, Marcus Ephesius, Gabriel Seuerus Philadelphiensis. Quibus videntur quodammodo fauere ex Latinis Hieronymus Epist. ad Euagrium de Sacerdotibus sermonem habens; *[illegible] torum preces corpus Christi, sanguisq; conficitur*. Et Tractatu de septem gradibus Ecclesiæ cap. vltimo. *Visibilia per Verbum, & orationem sanctificata, corpus Christi effecta sunt*. Et Augustinus lib. 5. contra Donatistas cap. 20. Precibus Sacerdotum videtur ascribere consecrationem Eucharistiæ. His respondent Pontificij apud Veteres, vt plurimum intelligi omnia mystica Verba, quæ a Sacerdote consecrante proferuntur, siue proprie dicta precationis formam habeant, siue non. Nam & aliorum Sacramentorum formæ non raro a precibus precationum nomine designantur. Primam Bessario, & alij. Sed siue verbis solis Christi, siue etiam annexis precibus Sacramentum conficiatur, de qua re alibi diximus, id ratum fixumque est, apud Græcos panem, & vinum, in verum corpus, & sanguinem transubstantiari. Pontificiorum decreta, coniunctis sententijs comprobantes, vt videre est in Actis Concilij Florentini Romæ editis, & Collationibus Andreæ Sanctacrucij, quibus testimonium suum præbet testis apud te classicus, & omni exceptione maior, quem si sapis, & Græca vel leuiter assequeris, non reijcies Creyghtone. Namq; sectione 10. c. 8 Syropulus scribit, cum accessissent Græci ad Eugenium, & Nicænus dicendi

sibi

ſibi partes compleret, ſuã orationem de conſecratione panis, & vini, & eorũ tranſubſtantiatione his verbis exegit; Ὅπερ δοξάζει ἡ ἁγία Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία περὶ τῆς τελειώσεως τῶν θείων δώρων, τοῦτο δοξάζομεν καὶ ἡμεῖς, ὅτι αἱ θεῖαι, καὶ δεσποτικαὶ φωναί εἰσιν αἱ ἁγιάζουσαι, καὶ τελειοῦσαι τὰ θεῖα δῶρα, ἤγουν τὸ, λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ τὸ, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. καὶ συμφωνοῦμεν, καὶ κατὰ τοῦτο ἡμῖν. οὐ γὰρ δοξάζομεν ἄλλο παρ' ὃ ὑμεῖς λέγετε, καὶ δοξάζετε. συμβάλλεσθαι δὲ φαμὲν, καὶ τὸν ἱερέα πρὸς ταῦτα, ὡς τὸν γεωργὸν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων. τὸ δὲ πᾶν εἰς τὰς δεσποτικὰς ἐκείνας φωνὰς ἀνάγομεν, καὶ ἴσμεν, καὶ εἰς τοῦτο σύμφωνοι ὑμῖν. ἐστὶ μὲν οὖν ὁ σκοπὸς τῶν λόγων τοῦ Νικαίας. ἐπλάτυνε μὲν τούτους μετὰ φιλοτιμίας, καὶ φράσεως ῥητορικῆς, καὶ εἶπεν αὐτοὺς ὡς ἀπὸ κοινότητος, μὴ εἰδότων ἡμῶν, μηδὲ τῆς κοινότητος συμφωνούσης εἰς ταῦτα. Tu vertis; *Quidquid S. Rom. Eccl. in articulo conſecrandi Sacramentũ credit, idem & nos credimus, nempe diuina Domini noſtri verba, ſumite, edite. Hoc eſt corpus meum: Bibite ex illo omnes, Hic eſt ſanguis meus, elementa conſecrant. In hoc vobiſcum conſentimus, nec a vobis quicquam diuerſum opinamur. Conferre tamen Sacerdotis miniſterium, & plane modo, quo agricolæ labor, vt terra fruges emittat. Sed tota benedictio a Dominicis verbis pendet. Id vobiſcum tenemus, nec a veſtris ſenſibus vel latum vnguem variamus. Ad hunc ſcopum Nicænus collimauit, oratione ſatis prolixa, quam venuſtis phraſibus, & Rhetorica eloquentia explicuit, tanquam a communi Græcorum conſenſu, nobis nec conſentientibus, nec ſcientibus.* Et quamuis Syropulus adnectat. μὴ εἰδότων ἡμῶν, μηδὲ τῆς κοινότητος συμφωνούσης εἰς ταῦτα. τοῦτο δὲ ὅλον πανουργία, καὶ συσκευή. *Nobis nec conſentientibus, nec ſcientibus, ſed tota erat doloſa machinatio, & callida vafrities.* Non id intelligitur de Tranſubſtantiatione panis, & vini, de qua Græci non dubitabant, ſed de intentione Latinorum, quorum illud erat propoſitum, vt iſta quoque declaratio in decreto Synodi apponeretur, quod ex Syropuli verbis demonſtratur;

Τοῦτο

Τοῦτο δὲ ὅλον πανουργία, καὶ συσκευή. οἱ λατῖνοι γὰρ ἐζήτουν γράψωσι τοῦτο καὶ εἰς τὸν ὅρον, ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδ᾽ ὅλως παρεδέχετο τοῦτο. *Hoc vero totum erat dolosa machinatio & callida vafrities. Nanque Latini volebant, vt id quoque in definitione scriberetur. Imperator vero id nullatenus admittebat.* Nempe in definitionem Concilij indi: qui tamen dicta Bessarionis de consecratione per verba solummodo Domini probauerat, & consilium de disceptatione inierat, vt Nicænus ea concionaretur coram Papa, quasi a toto Concilio Græcorum, astantibus eorum aliquot præcipuis, quæ a Latinis ibidem transcripta in Latinum genus omne peruolarent; Τῶν οὖν λατίνων ἐπικειμένων, καὶ ζητούντων ἔχειν, καὶ περὶ τούτου ἔγγραφον ἡμῶν ὁμολογίαν, συνεσκεύασεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα κηρυχθῇ τοῦτο παρὰ τοῦ Νικαίας ἐνώπιον τοῦ Πάπα, ὡς ἀπὸ τῆς κοινότητος πάντων, καὶ τῶν κρειττόνων ἐξ ἡμῶν, καὶ γραφῇ ἐκεῖσε κηρυχθῇ παρὰ τῶν λατίνων, εἰς ἅπαντα τὰ ἐκείνων γένη. *Sed Latini cum nobis grauissime incumberent, & instantissime flagitarent confessionem aliquam nostri consensus cum illis ad eum articulum habere scriptam, quæ maneret ad posteritatem, Imperator ita rem struxit, vt Nicænus ea concionaretur coram Papa, quasi a toto Concilio Græcorum astantibus Græcorum aliquot præcipuis, quæ a Latinis ibidem transcripta in Latinum omne genus peruolitarent.* Concertatio itaque illa inter Græcos, & Latinos. non fuit de Transmutatione mysteriorum, sed de verbis consecrationis addendis, vel non addendis in Definitione Concilij. Et in Actis Concilij Florentini Romæ editi post subscriptam definitionem inter alia quærunt Latini a Græcis; Καὶ διατί οὐκ ἀρκεῖσθε εἰς τὰ κυριακὰ λόγια τὸ, λάβετε, φάγετε. ἀλλὰ λέγετε μετὰ ταῦτα, καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ, μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. ἀμὴν, ἀμὴν, ἀμήν. *Et quare non contenti estis Domini verbis, Accipite, & comedite, sed postea dicitis; Et fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui, &, Transmutans ea Spiritu sancto tuo. Amen, Amen, Amen.*

Hic

Hic non est sermo de Transubstantiatione, de qua apud Græcos, & Pontificios nunquam dubitatum fuerat, sed de precibus additis post verba Christi. Græci siquidem, etiamsi in ea essent sententia, ad consecranda mysteria necessarias esse preces, attamen Transubstantiationem non inficiabantur. Qua ergo fronte impudentissimus Hottingerus sæculo xv. insanit: *Ex literis etiam vnionis inter Græcam, & Romanam Ecclesiam specie tenus sancitæ, patet Episcopos Orientales seueriter apud Eugenium Romanum Pontificem institisse, ne controuersia de Transubstantiatione in disputationem traheretur, palam testificatos, quæstionem illam sine totius Orientalis Ecclesiæ auctoritate non posse tractari. Ex qua Græcorum difficultate manifestum est Ecclesias Græcas antehac non fuisse eiusdem cũ Romana Ecclesia sententiæ de panis Transubstantiatione.* In literis vnionis nec vmbram quidem Transubstantiationis repereris, quamuis de forma illius modo, quo scripsimus, controuersia habita est. Vnionem inter Græcam, & Romanam Ecclesiam non specie tenus, & vt stolidissime garrit, sed sancte incorrupteque sancitam fuisse, infra probabitur. Episcopi Orientales nunquam institerunt, ne controuersia de Transubstantiatione in disputationem traheretur: nunquam illi testificati sunt, quæstionem illam sine totius Orientalis Ecclesiæ auctoritate non posse tractari. Quid enim impediebat, ne in Concilio Florentino totius Ecclesiæ auctoritate firmato hæc controuersia tractaretur, cum maiora, & spinosiora pertractata sint, & definita? Sic perperam, ac fallaciter concludit, ex ista difficultate manifestum esse, Ecclesiam Græcam non fuisse eiusdem cum Romana sententiæ de panis Transubstantiatione. In prolixa oratione aliquando mendacio fallere, & centones facere, vnam hanc noxiam missam facere; sed in vno orationis circuitu, nec membrum, nec cæsum esse, quod non sit apertum mendacium, proprium ac perpetuum

tuum Hottingeri eſt, καὶ γλώσσης μεγίστης ἀσέβειαν. Et ne videamur figmenta conſectari, & meras nugas, vt tu facis, Creyghtone, addam hic ſcriptores Græcos tum eos qui dicunt, verbis ſolummodo Chriſti panem, & vinum tranſmutari, ſecundum eos, qui verbis Chriſti, & precibus annexis conſecrationem tribuunt. Io. Chryſoſt. Πειθώμεθα πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς, καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν, καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες, ἀλλὰ καὶ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες. ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος. ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. ἐκεῖνος οὐδέποτε διέπεσεν, αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησί, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πειθόμεθα, καὶ πιστεύομεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. *Credamus vbique Deo, nec repugnemus ei, etiam ſi ſenſui, & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur, quod dicit. Superat ſenſum, & rationem noſtram ſermo ipſius, quod in omnibus rebus, ſed percipue in myſterijs faciamus. Non illa, quæ ante nos iacent, ſolummodo aſpicientes, ſed verba quoque eius tenentes. Nam verbis illius defraudari non poſſumus, ſenſus vero noſter deceptu facillimus. Illius ſermo nunquam aberrauit: ſenſus vero noſter plerumque fallitur. Quoniam ergo ille dixit; Hoc eſt corpus meum, nulla dubitatione teneamur, ſed credamus, & mentis oculis illud aſpiciamus.* Gregorius Nyſſenus Oratione Catechetica capitulo 37. Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν, ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. οὐκοῦν ὅθεν ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. ἐκεῖσε γὰρ ἡ τοῦ λόγου χάρις ἅγιον ἐποίησε τὸ σῶμα, ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου ἡ σύστασις ἦν. καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος ἦν. ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως, καὶ πό-

σεως

σιως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τοῦ λόγου, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου μεταποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Recte igitur etiam nunc Dei Verbo sanctificatum panem in Verbi corpus credimus immutari. Etenim corpus illud panis potentia, sanctificatum est autem inhabitatione Verbi, quod in carne habitauit. Itaque qua ex causa panis in eo corpore mutatus, in diuinam virtutem transijt, eadem de causa, nunc etiam idem fit. Vt enim illic Verbi Dei gratia sanctum effecit illud corpus, cuius firmamentũ ex pane constabat, & ipsum etiam quodammodo panis erat, sic etiam hic panis, vt ait Apostolus, per Verbum Dei, & orationem sanctificatur, non quia comeditur, & bibitur, eo progrediens, vt Verbi corpus euadat, sed statim per Verbum in corpus mutatur, vt dictum est, a Verbo, Hoc est corpus meum.* Ioannes Chrysostomus Homil. 2. in 2. ad Timotheum. Βούλομαί τι παράδοξον εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε, μηδὲ θορυβηθῆτε. τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι, κἂν ὁ τυχὼν προσενέγκῃ, κἂν Παῦλος, κἂν Πέτρος, ἡ αὐτή ἐστιν, ἣν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε, καὶ ἣν νῦν οἱ ἱερεῖς ποιοῦσιν. οὐδὲν αὕτη ἐλάττων ἐκείνης, ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἁγιάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας. ὥσπερ γὰρ τὰ ῥήματα, ἅπερ ὁ Χριστὸς ἐφθέγξατο, τὰ αὐτά ἐστιν, ἅπερ ὁ ἱερεὺς καὶ νῦν λέγει, οὕτως καὶ ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστιν, καὶ τὸ βάπτισμα, ὅπερ ἔδωκε. *Volo quiddam adijcere plane mirabile. Et nolite mirari, neque turbemini. Quid vero istud est? Sacra ipsa oblatio, siue illam quilibet Sacerdos, siue illam Paulus, siue Petrus offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quamque Sacerdotes modo quoque conficiunt. Nihil habet ista, quam illa minus. Cur id? Quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui illam ante sacrauerat. emadmodum enim verba quæ locutus est Christus, eadem sunt, a Sacerdotes nunc quoque pronunciant: ita & oblatio eadem est. Eademque Baptismi ratio est.* Et ne alios referam, Iustinus Martyr Apologia 2. ad Antoninum Imperatorem; Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκο-

ποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς, λόγου Θεοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα, καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Non enim vt communem panem, neque communem potum hæc sumimus, sed quemadmodum per Verbum Dei incarnatus Iesus Christus Saluator noster & carnem, & sanguinem pro salute nostra habuit; sic etiam per orationem verbi Dei ab ipso Eucharistiam factum cibum, ex quo sanguis, & carnes nostræ per mutationem aluntur, illius incarnati Iesu, & carnem, & sanguinem esse edocti sumus.* Et ex recentioribus Ioannes Plusiadenus Dialogo pro Concilio Florentino. Ἀλλ' ἀπίσω τὸ βλάσφημον. ὁ λόγος γὰρ τοῦ κυρίου μεταστρέπει, καὶ μεταποιεῖ, καὶ τὸ ἓν καὶ τὸ ἕτερον εἰς σῶμα αὐτοῦ. καὶ οὕτω δὴ πάντα τὸν βουλόμενον σωτηρίας τυχεῖν, ἀναμφιβόλως πιστεύειν. *Sed longe sint blasphemia. Verba siquidem Domini immutant, & conuertunt vnum, & alterum in corpus. Et sic quibus propriæ salutis cura est, absque vlla hæsitatione credendum est.* Illud etiam consideratione dignum est, An Christus pronunciando verba, Hoc est corpus meum, nullis precibus additis vere confecit? Non confecisse dicere, blasphemum est. Quo enim fine commonuisset Apostolos, vt illud facerent in sui commemorationem, cum nihil esset, quod agerent? Quare necessario aliquid factum est, perficiendum etiam Apostolis, vt eo ipso Christi memoriam, & passionem renouarent. Si prolatis verbis confecit, ne nulla fide esse deprehenderetur; ergo verbis illis vim indidit, & facultatem communicauit, vt panem illum, & vinum in corpus illius, & sanguinem transformarent; cum vis illa ablata non est, imo etiam corroborata noua Christi iussione, quæ postmodum vti forma consecrandi mysteria ab Apostolis, & eorum Vicarijs conseruata sunt in Ecclesia, antequam preces in Liturgijs adderentur, & potissimum illæ, quas addidere

Ba-

Basilius, & Chrysostomus ex traditione non scripta receptas, vt supra vidimus. Et si formæ sacramentorum eç præcipue, quæ expresse traditæ sunt a Christo, manent firmæ atque immutabiles. quarum si totum corpus aut partem immutaueris, in aliam sententiam transformans, vi innata illis dispersa, ad vanum, & irritum rediguntur, certe preces illæ tum Basilij, tum Chrysostomi, siue cuiuscunque alterius fuerint, cum non sit vna omnium facies, sed longissime diuersæ, multoque etiam, vt ita dicam, dissociabiles forma sacramenti esse non poterunt. Confer tu per te singulas, ne ipse earum recitatione Lectori fastidium facessam, & quantum sit iustum discrimen agnosces. Vnum ipse si adnotauero, quod multos excruciauit, & etiamnum excruciat, & tantum non cerebrum illis excutit. In precibus consuetis post verba Christi legitur memorandum illud ποίησον, *fac*, quod licet in Chrysostomiana locum habeat, & recta constructione sententiam referat catholicam, attamen in Basiliana non videtur apte cohærere, cum subsequentibus. Hinc multi suspicantur additum esse a Schismaticis, quod ex Manuscriptis, illisque vetustissimis Euchologijs Vaticanis, & editis Venetijs Annis 1526. 1616. & 1570 non habetur, apertissime fraudem manifestat. Neque illud legit Bessario, & quod magis est, Marcus Ephesius in Opusculo, in quo suam hæresim probat. Quare si hoc præcipuum verbum in conficiendis mysterijs ex oculis rapitur, vndenam probabunt Schismatici præ verbis Domini hasce preces requiri necessario ad conficiendum corpus Domini. Probandum modo illis est, si in hoc adeo ad confirmanda sua necessario verbulo tantum ausi sunt, quis nobis certa fide indicauerit, alia quoque eos non immutasse, vel supposuisse Basilio, quæ nullum momentum habebunt ad consecrationem? Et hæc fuit recentior Quæstio inter Græcos ipsos, vt diximus, quam

refert

refert etiam disputatam fuisse in Concilio Florentino Andreas Sanctacrucius in Collationibus. Transubstantiationem porro Græcis, atque Latinis sua vetustate antiquissimam, sua continuitate persuasissimam, & asseueratione sanctorum Patrum Græcorum, etiam Schismaticorum diuulgatissimam, & scriptis omnium temporum testatissimam, tu pudoris oblitus, nescio qua mente, & fronte colligis, nunquam Græcos cogitasse, nec per somnium quidem. Siccine ratiocinaris? Siccine consuetudines Ecclesiæ manu tenes? Siccine scripta Patrum retractas? Siccine rebus a te dictis assensionem hominum captas? vilis anima, ignominiæque victima!

Sed Græci in Enzymo, Pontificij in Azymo conficiunt. Quis negat? Ergo, concludis, Græcos de Transubstantiatione neque per somnium cogitasse. Hæc tu, qui laruatus Theologus, & animo parum valens, non item Pontificij, & Græci. Græci dicunt, in hoc sacramento Azymum, & Enzymum adiaphoron esse, & veram materiam sacramenti, ideoque in vtroque validè sacrificium fieri. De Græcis fuse probauimus contra stolidissimum Hottingerum. Pontificij, Græcique asserunt, panem triticeum non tantum necessitate præcepti, sed etiam necessitate sacramenti requiri, & in quacunque alia matetia consecrationem irritam esse. Hinc reijcitur oriza, auena, milium, ordeum, ex quibus panis non conficitur nisi ob defectum tritici; & ex triticea farina, & aqua elementari, non alio liquore subactum, atque ignis calore tostum esse materiam sacramenti, cum hic panis sit hominibus vsitatus. Et sic Sacerdos quilibet sequi debet propriæ Ecclesiæ consuetudinem. Latinus peccat, si in fermentato consecret; item Græcus, si in azymo; quamdiu inter terminos suæ Ecclesiæ commoretur. Ita definitum in Concilio Florentino; *Item definimus in Azymo, siue Fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter*

con-

confici, Sacerdotesque in alterutro ipsum Domini corpus conficere debere, vnumquemque iuxta Ecclesiæ suæ Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem. Cum enim de hisce accidentalibus non extet præceptum cuiuscunque Ecclesiæ consuetudo tanquam lex obseruanda est. Hinc nonnulli Pontificij concludunt etiam in casu necessitatis similem ritum præuerti non esse licitum, quod sacramentum hoc non sit absolutæ necessitatis. Nec aliter Græci sentiunt de vino, quod de vite esse necesse est. Et excludunt vuas, cum potus rationem non habeant; agrestam, quod nondum vini naturam consecuta; acetum, quod substantialiter corruptũ, & putrefactũ sit, licet admittant acescens, sicuti & panem mucidum, qui nondum corruptus est. & huic vino modicam aquam miscendam esse statuunt. Illa cum vtrisque communia sint, stulte tu colligis non esse vnum idemque amborum Sacramentum. Hinc deridenda, ne dicam deploranda recentissima Caluinistarum in Sacramento Eucharistiæ excogitata materia, quam nec Græci, nec Pontificij vnquam cogitarunt, ne per insomnia quidem; & quam, ni videretur expresse scriptis mandata, nemo equidem bene sanus crederet. Hi quippe pro vero Christi corpore non panem triticeum, & vinum ex vuis, verum etiam deficientibus illis, alimentum quodlibet, quo vrgente necessitate vesci homines compelluntur, substituunt. Verba sunt Theodori Bezæ Epistola Theologica secunda ad comministrum suum Thomam Tilium; *Vbi igitur panis, aut vini vel nullus est vsus, vel nulla certo tempore copia, num cœna Domini nulla celebrabitur? Imo rite celebrabitur, si quod panis aut vini vicem, vel ex vsu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis aut vini loco adhibeatur*. Et Bezam non pudet erroris sui venenum Christo ipsi acceptum referre, cum subiungit; *Hæc enim mens fuit Christi, quum panem, & vinum ad hæc mysteria deligeret, vt propositis earum rerum signis, quibus corpus*

no-

nostrum alitur, notam alimoniam spiritualem velut ob oculos repræsentaret. Itaque a Christi sententia nihil aberrat, qui nullo prorsus nouandi studio pro pane, & vino substituet, quæ etsi non panem, similem tamen alimoniæ analogiam habeant. Et mox vbi de materia Baptismi hoc ipsum asserit; *Si desit aqua, & tamen Baptismus alicuius differri cum ædificatione non possit, nec debeat, se quouis alio liquore non minus rite, quam aqua baptizaturum.* In aurem Bezæ Christus suam mentem in instituendo hoc Sacramento allocutus est, & mentem suã exposuit, cum quo vti vitæ purissimæ homine sæpe sæpius colloquia serebat, & suorum institutorum rationes communicabat; vt per os illud putidum putidioribus hominibus ingererentur: & excogitari potest scelestius? Et commentum hoc vtrumque pestilentissimum, scribit Iacobus Gualterus in Chronologia, in eos, qui nihil magis auersantur, qui nihil acrius refellunt, hoc est in Doctores Scholasticos per intolerabilem calumniam refundit; *Nec aliter*, inquit, *de his rebus ipsi etiam superstitiosissimi Scholastici scriptores censuerunt.* Et in Epistola 25. in qua respondet ad quæstionem de Abstemijs id tum a Caluino, tum ab alio ministrorum cœtu comprobatum affirmat; *Rogatus piæ memoriæ Vir D. Caluinus a fratribus, qui tum in America erant, vbi nullus est vini vsus, liceret ne pro vino vti in cœna Domini, vel aqua simplici, qua plerumque illic vtuntur, vel alio illic non inusitato potionis genere; Respondit fuisse Christi in hoc instituendo Sacramento consilium, vt spiritualis alimoniæ, idest, sui ipsius κοινωνίαν nobis sub communis cibi ac potus symbolis repræsentaret; ac proinde si non fuisset tum in Iudæa communis vini vsus, procul dubio alia vulgari potione vsurum fuisse, quod ex ipsius scopo de consilio liqueat. Itaque nihil a Christi consilio ac voluntate alienum facere videri, qui non contemptu, neque temeritate sed ipsa necessitate adacti pro vino aliud in ijs regionibus vsitatæ potionis genus vsurparent. Hoc Domini Caluini responsum, vt optima ratione nixum, & Christi consilio consen-*

ta-

taneum noster cœtus adeo comprobauit, vt eos superstitiose facere censuerit, qui a vini symbolo vsque adeo penderent, vt alteram cœnæ partem omittere mallent, quam ἀνάλογον aliud symbolum, ita cogente necessitate vsurpare. Et mox ad obiectionem *de analogia panis ex multis granis, & vini ex multis acinis confecti ad mutuam coniunctionem testandam, respondemus*, inquit, *ad illam mutuam coniunctionem testificandam sufficere, quod ijsdem in genere symbolis nempe cibo, & potu vtamur*. Et tandem ad quæstionem de Abstemijs respondet; *In hac autem quæstione eandem valere rationem arbitramur, si modo is, de quo agitur vel minimam vini degustationem ferre nequit, vt videlicet potius, quam integram cœnam non peragat, vel aqua, vel alia sibi familiari potione vtatur: neque dubitet, tam sibi sub hoc potu, quam sub vino sanguinem Christi communicari, cum promissio sit generalis, & ad omnes fideles spectet*. Hæc ille, perinde sane ac si diceret, se suosque symmistas vere, & ex Christi mente Eucharistiam celebraturos, si penuriæ tempore hydriam aqua, cistamque nucibus, pomis, castaneis, rapis, caulibus, radicibus, alijsue cibis, quibus fames compellit homines vesci, plenam suis asseclis distribuant. Idem autem cum Caluino, & Beza, sequitur Gaulterus, etiam nunc sentire posteriores ministros, abunde nuper in hac vrbe Lugdunensi testificatus est quidam Vlmensis Minister, quando ea de re a suis interrogatus, haud semel respondit, deficientibus pane, & vino substitui posse quoduis aliud alimentum in locum panis, & vini, narrauitque, quod in obsidione Sanserrena, quæ ante annos quadraginta contigit, suos tanta fame intra vrbem pressos fuisse, vt etiam ex Ardosio lapide panem conficerent, scilicet ad docendum, Eucharistiam quoque in tali penuria posse ex lapide, seu lapideo pane confici. Vbi Lectorem velim, subdit Gaulterus, attenta animi cogitatione perpendere, quo nexu dogma hoc vniuersum assui queat, siue ei, quod venditat,

Caluinifmus, axiomati, fcripto Dei verbo nihil addendum effe, nihil detrahendum, cum de hac panis, & vini a Chrifto tam expreffe determinati in aliud, imo in quodlibet aliud alimentum mutatione penitus fcriptura fileat: fiue diuinæ, Chriftique, vt miniftri annuunt, propriæ Sacramentorum inftituendorum autoritati, cum Sacramentum mutari, ac nouum inftitui neceffe fit, mutata materia, vt pote quæ illius eft pars effentialis: feu denique puræ Sacramentorum adminiftrationi, in qua alteram ex duabus veræ Ecclefiæ notis, quas indubitatas vocant, fitam effe arbitrantur; cum nemo non videat, doctrinam hanc multo plus habere cognationis cum diabolicis materiæ Euchariftiæ mutationibus, quas olim inuexere Gnoftici, Montaniftæ, Artotyritæ, Aquarij, & Manichæi, a Deo, & Ecclefia reprobati; imo vero quo ad Euchariftiam illam Ardofiam, feu lapideam, Diaboli malitiã modo quodam fuperare; fiquidem Diabolus Chrifto quidem efurienti lapidem ad corporis fuftentationem obtulit, fed quem prius conuertendum in panem autumabat. Miniftri vero lapideum fuum panem etiam ad animum reficiendum obtrudunt, omni aditu conuerfioni, feu Tranfubftantiationi intercluſo. &c. Nec miramur præterea, fi quibus Euchariftia Dominici corporis, & fanguinis fignũ tantum eft, fi res aliæ præter panem, & vinum ad huiufmodi fignificationem pro placito poffint adhiberi. Græci, quidquid tu ofcitanter fomnies, profitentur, & palam teftantur Tranfubftantiationem: Verba quibus conficitur Euchariftia effe verba Chrifti; materiam panem vfualem, & vinum; damnantque aliter fentientes: hoc idem affeuerant Pontificij. Collige itaque, fi fapis, Sacramentum Græcorum, & Pontificiorũ effe idem, & Tranfubftantiationem eandem. Neq; in his coniurant, fed præterea in alijs, nempe huius Sacramenti affumptione, fi integre, pureq; accipiunt, promereri regnum

Cœ-

Cœlorum, gratiam consequi, dona spiritalia obtinere, & peccatorum remissionem adipisci. Excipe quæ illi scribunt testimonia. Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses; Ἡ κοινωνία δὲ αὐτῷ ἑνοῖ τῷ δεσπότῃ, καὶ αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἀληθῶς, καὶ τοῦ αἵματος κοινωνοῦμεν. καὶ ἐπεὶ διὰ βρώσεως ἀπεθάνομεν, καὶ Παραδείσου, καὶ Θεοῦ ἐχωρίσθημεν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον διὰ τῆς κοινωνίας ἀναλαμβάνομεν αὖθις, καὶ τὴν φθορὰν ἀποβαλλόμενοι τῷ ἀθανάτῳ ἑνούμεθα, θνητῷ δι' ἡμᾶς διὰ σαρκὸς γεγονότι. *Communio porro nos ipsi vnit Domino, et ipsius carnis, & sanguinis vere participes euadimus. Et cum ob esum morti subiacuimus, & Paradiso, & Dei gratia excidimus, vitam æternam media communione rursus recipimus, & corruptione deposita, immortali adiungimur; qui propter nos media carne mortalitatem induit.* Nilus, Ἀδύνατον ὅλως σωθῆναι τὸν πιστὸν, καὶ ἄφεσιν πλημμελημάτων λαβεῖν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, εἰ μὴ μεταλαμβάνει μετὰ φόβου, καὶ πόθου τῶν μυστικῶν, καὶ ἀχράντων σώματος, καὶ αἵματος. *Fieri prorsus nequit, quemquam ex fidelibus salutem consequi, et remissionem peccatorum nancisci, & regni cœlorum compotem fieri, nisi cum timore, & desiderio mystica, immaculataque corpus, & sanguinem assumat.* Magnes in Responsionibus ad Gentes; Οὔτε σὰρξ τοῦ Σωτῆρος τρωγομένη φθείρεται, οὔτε ἐξαναλίσκεται τὸ αἷμα πινόμενον, ἀλλ' ὁ τρώγων μὲν εἰς αὔξησιν θείων δυνάμεων αἴρεται. τὸ δὲ τρωγόμενόν ἐστιν ἀδαπάνητον. ἐπειδὴ τῆς ἀδαπανήτου φύσεως λόγῳ τινὶ συγγενὲς ὑπάρχει, καὶ ἀχώριστον. *Neque caro Christi manducata absumitur, neq; sanguis haustus exhauritur, sed manducans magnis in diuinis virtutibus incrementis augescit: & quod editur, nusquam consumitur, quod nulli corruptioni subiacentis naturæ est, & modo quodam congeneum, & inseparabile.* Cyrillus Catech. 5. Ὁ ἄρτος οὗτος ὁ κοινὸς οὐκ ἔστιν ἐπιούσιος. ἄρτος δὲ οὗτος ὁ ἅγιος ἐπιούσιός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς κατασκευαζόμενος. οὗτος ὁ ἄρτος οὐκ εἰς κοιλίαν χωρεῖ, οὐδ' εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, ἀλλ' εἰς πᾶσάν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται εἰς ὠφέλειαν σώματος, καὶ ψυχῆς. *Panis hic communis non est supersubstantialis. Sed panis ille*

ſanctus eſt superſubſtantialis, eſſentiam animæ conſtituens. Hic panis non vadit in ventrem, & per ſeceſſum non eijcitur, ſed in omnem tui conſtitutionem diſtribuitur, & diffunditur in vtilitatem corporis, & animæ. Ephræm ſermone de Iudic. cap. 3. Ἰδοὺ τὸ ποτήριον τοῦ φρικτοῦ σου αἵματος, πλῆρες φωτὸς, καὶ ζωῆς. τούτῳ ἡμῖν χαρίζῃ σύνεσιν, καὶ φωτισμὸν, ἵνα μετὰ πίστεως πόθῳ, καὶ ἁγιασμῷ προσερχώμεθα αὐτῷ. *Ecce poculum tremendi ſanguinis tui plenum lumine, & vita. Per hoc nobis gratificaris intelligentiam, & illuminationem, vt cum fide, deſiderio, & ſanctificatione ad illud accedamus.* Athanaſius in primam, & magnam Dominicam; Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸν παράδεισον ἀνέῳξεν, ἀπολαβεῖν ἡμᾶς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ τίμιον, καὶ ζωοποιὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, δι' οὗ καθαιρόμεθα, καὶ ἁγιαζόμεθα, καὶ ἐγκαινιζόμεθα. *In hac die aperuit Paradiſum, vt acciperemus de ligno vitæ, quod eſt ipſius corpus pretioſum, & viuificus ſanguis, quo purgamur, & ſanctificamur, & renouamur.* Et Diſputatione cum Ario; Ὁ λόγος καὶ Θεὸς ἀπέστειλε τοὺς Ἀποστόλους πρὸς πάντας τοὺς ἄφρονας, τοὺς ἀσυνέτους ἐθνικοὺς, τοὺς μὴ εἰδότας τὸν Θεὸν, προτεθεικὼς τράπεζαν, τουτέστι τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄρτον οὐράνιον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ πᾶσι ζωὴν χαριζόμενον τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ τὸ ἅγιον, καὶ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα. οἶνόν τε εὐφραίνοντα καρδίαν, καὶ νῆψιν ἐμποιοῦντα ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ τῶν ἀπογευομένων ἐξ αὐτοῦ. *Verbum Deus Apoſtolos ad omnes ſtultos, brutosque miſit Gentiles; Deiq; ignaros propoſita menſa, nimirum ſacro altari, & in eo panem cœleſtem, & incorruptibilem, & omnibus vitam donantem, qui inde participarent. Sanctum videlicet, & Sacroſanctum ſuum ipſius corpus exhibuit, vinumq; exhilarans mentem, quod ſobrietatem facit in cuiuſcunq; animo, qui inde deguſtat.* Samonas Gazæus de ſanguine, & corpore Domini; *Hoc igitur corpus, & hunc ſanguinem aſſumimus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, Domino noſtro dicente. Qui manducat meam carnem,* &c. Et tandem Sacerdos dum porrigit fidelibus corpus Chriſti, dicit; Σῶμα ἅγιον τοῦ κυ-

ρίου,

ρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον. ἀμήν. *Corpus sanctum Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, quod porrigitur fidelibus in remissionem peccatorum, & vitam æternam. Amen.* Et quem tu non reijcies, Photius Patriarcha Epist. ad Nicolaũ cuius principiũ. Ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον. Ὅρα δέ, εἰ βούλει, πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν ἑτερότητας, τὰς ἐν ταῖς εὐχαῖς, τὰς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι, τὰς ἐν τάξει, καὶ ἀκολουθίᾳ, τὰς ἐν τῷ τοῦ χρόνου μήκει, καὶ τῇ βραχύτητι, τὰς ἐν πλήθει, καὶ ὀλιγότητι, καὶ τὸ δι' αὐτῶν, ὢ τοῦ θαύματος, ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει τοῦ λύτρον ἡμῖν ἐξ οἰκείας πλευρᾶς τοῦτο σὺν ὕδασι βλύσαντος. καὶ ἡ τῶν εἰρημένων ἑτερότης, καὶ παραλλαγὴ τὴν ἑνοειδῆ, καὶ θεοποιὸν χάριν τοῦ Πνεύματος ἀπληθύντως, καὶ ἀπαραλλάκτως ὑποδέξασθαι τὰ ἐφ' οἷς ταῦτα τελεῖται, οὐ διεκώλυσεν. *Ad hæc aspice, si vis, & ministeriorum varietates, quæ in orationibus, quæ in inuocationibus, in ordine, & consequentia; in temporis diuturnitate, & breuitate, in multitudine, & paucitate: & quidem in ijs, o miraculum! communis panis in corpus Christi mutatur, & commune vinum sanguis eius fit, qui eum in redemptionem pro nobis de proprio latere effudit: & horum discrimen, & varietas vniformem, deificamque Spiritus gratiam multipliciter, & inuariabiliter suscipi ab ijs, propter quæ hæc geruntur, non prohibuit.* Discito ex tuo Photio, licet diuersi sint Canones Liturgiæ, & preces, & ritus longiores, vel contractiores, communem nihilominus panem in sanctum corpus Christi transmutari, & commune vinum in sanguinem, qui cum aqua ex proprio latere effluxit; & horum discrimen, & varietatem non prohibere gratiam illis, qui mysteria suscipiunt. Hic tantus apud te Heros, si tibi id non persuaserit, dicam eum, contra atque tu dixeras, & indoctissimum, & nequissimum fuisse. Pontificij quoque firmissime non alia asserunt. Cyprianus de cœna Domini; *Quotiescunq; his verbis, & hac fide actum*

est,

est. panis iste supersubstantialis, & calix benedictione sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque profuit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandum infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Iulius Firmicus Maternus, de errore profanarum religionum cap. 19. *Salutaris cibi gratiam quærite, & immortale poculum bibite. Christus nos epulis suis reuocat ad lucem, & graui veneno putres artus, & torpescentia membra viuificat. Cœlesti cibo renouate hominem perditum, vt quidquid in vobis mortuum est, diuinis beneficijs renascatur. Didicistis quid vos facere conueniat, eligite quod vultis. Inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur.* Ambrosius lib. 5. de Sacramentis cap. 4. *Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est cœleste, ac venerabile Sacramentum, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit.* Ruffinus in Psalmum 22. *Hoc pane cor iusti confirmatur, hoc oleo lætificatur, hoc calice inebriatum mutatur a peccatis, per misericordiam abluitur, virtutibus deriuatur*, Et alij, ne ad vnum omnes recenseam. Tu vero cum tuis dices; *Vsitata sed hæretica sententia est, sacramenta nouæ legis dare gratiam non ponentibus obicem: Non iustificant signa; Circumcisio nihil est, Baptismus nihil est, participatio mensæ Domini nihil est: Caro Christi nihil prodest ad iustificandum, si comedatur: Qui in sacra cœna quærunt remissionem peccatorum, pani hoc attribuunt, & adimunt Christo: Sacramentum non est panis vitæ: Impossibile est panem sacræ cœnæ esse panem vitæ. Detestandum est docere homines credentes, in cœna accipientes verum corpus Christi accipere vna remissionem peccatorum: Corporalis manducatio Christi non conferre salutem & vitam, neque nos ea quæ ore fit, manducatione corporis Christi vniri cum Christo, Antichristi est figmentum, & somnium docere, & credere, meram manducationem, et bibitionem corporis, & sanguinis Christi in cœna sacra conducere ad vitam, & salutem æternam.* Quare Syropulus iste tuus, & cordati viri, quorum nomina malitiose

litiose silentio dissimulas, quia nulli sunt, nisi Reformatos hosce tuos in scenam traducas, si vna tecum sentiunt, næ illi Anticyras simul tecum amandandi sunt. Sed quis non mirabitur acumen istud tuum. *Primum Græci de Transubstantiatione nunquam cogitarunt, nec per insomnia quidem, operati semper Sacramentum in pane vulgari, & fermentato.* Græci semper operati sunt Sacramentum in pane vulgari, & fermentato; ergo Græci de Transubstantiatione nunquam cogitarunt, nec per insomnia quidem. Festiue admodum. Eat nunc Aristoteles, & organum bene ratiocinandi componat.

EXERCITATIO XXVIII.

Azyma quo tempore in Ecclesia Latina cæperint? multo esse antiquiora Cerulario, & Achrideno. Quare Photius non obiecit Latinis? Ex sententia Græcorum Azymum esse introductum in Ecclesiam Latinam tempore Caroli Magni. Græci videntur confudisse Felicem Vrgelitanum, cum Lucio, & Felice Papa. Azymum ad antiquiora tempora etiam referri. Multa Hebræis Apostolos concessisse, vt expeditior ad propagandam fidem via aperiretur. Caluinus in Ecclesia Romana Azyma ad Alexandrum primum amandat. Et conluditur contra Creyghtonum vnum idemque esse sacrificium Græcorum, & Latinorum. Reformatorum iudicia de rebus Ecclesiasticis insulsa. Ritus, Consuetudines scindere Ecclesiam.

RECens Auctor, in antiquitate Ecclesiastica versatissimus, tempore Photij nondum azyma in Ecclesia Latina recepta fuisse arbitrabatur, quod tum Photius, qui quæcunq; a Græcorum moribus, & disciplina discrepabant, etiam leuissima, Latinis crimini dederat, quæ vel recensuisse, hominis suo otio abutentis videbatur esse, inter alia omnino nullam vsquam eorum mentionem

fe-

fecisse. Hinc coniectura ducebatur, non multo ante procacissimi hominis Michaëlis Cerularij, & Leonis Noni ætatem in vsu posita fuisse. Cerularius siquidem fuit, qui primus Ecclesiæ Latinæ Azymorum nomine bellum indixit vna cum Leone Achrideno, & Niceta Stethato, qui scriptis ea etiam impugnarunt, quando Humbertus Cardinalis, Fridericus Cancellarius, & alij Azymorum partes sustinuerunt, & hanc esse, scribit VVibertus Archidiaconus in Leonis Noni vita quam eo tempore natam hæresim Fermentaceorum, Græcorum videlicet, qui, fermento affixi, Latinos Azymorum causa impetebant. Et sic Hugonis Tusci, & Ruberti Tuitiensis opinionem reijcit, quorum alter Ecclesiam Latinam Azyma perpetuo immolasse, alter illam nunquam fermentum in sacrificio admisisse, scripsere. Nec Leo, nec Humbertus, cum Azymorum causam agerent, ista perpetui moris præscriptione defenderunt. Refugitq; deinceps ad Demetrium Chomatenum Bulgariæ Archiepiscopum, qui cum animaduerteret, Azymorum, quæ in Christianorum sacris adhibentur, nullos vnquam meminisse Canones Conciliorum, coniecit, Latinos, qui his nunc vtuntur, olim vsos non esse, mutationemque istam Canonibus antiquis, ideſt Photiano Schismate posteriorem videri, sic enim scribit ille ad Episcopum Dyrrachij, Λατινικῶν ἀζύμων ὐδεὶς ὐδαμῦ κανὼν μέμνηται οἷα ὕϛερον, ὡς ἔοικε, τῦ τῶν ἀζύμων ἔθυς ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπεισκωμάσαντος. *Latinorum Azymorum nullus vsquam meminit Canon, quippe quod posterius, vt probabile eſt, eorum mos in Romanam Ecclesiam se insinuauit*. Hæc magnus iste Vir, in cuius sententiam libentissime abirem, ni me ad se euidentiora argumenta pellicerent. Photius minutissima quæque a Græcorum moribus discrepantia Latinis obiecit. Verum eſt. Ergo si fuissent suo tempore Azyma, illa quoque obiecisset. Ita eſt, si Photius Latinorum

Azyma

Azyma profana, & ad conficiendum corpus Christi inepta censuisset: tum inter alia, & Azyma crimini Latinis dedisset. Non dedit. Ergo non damnauit, sed illa inter adiaphora numerauit, ideoque silentio inuoluit; ne capitale facinus videretur obijcere, quod sanum in Ecclesia reputabatur, & falsis criminibus innoxiam Ecclesiam appetere, & perperam insimulare: ideoque etiam in veris, quas ipse existimabat culpas, fides sua concideret. Quare quæ in vituperationem adducere non poterat, satius esse duxit, si tacitus secum taceret. Sed ista coniecturę sunt. Annon etiam, quæ de Azymis apud Latinos vsu recentissimo afferuntur, coniectura colliguntur? Et Latinorum Azyma, sub Carolo Magno introducta plane Photium latere non potuere, cum Legati Nicolai Byzantij immorarentur, Rodoaldus, & Zacharias, non lingua, & verbo tenus, sed re, factisque Photij palpatores pessimi, & altera vice Donatus, Stephanus, & Marinus Adriani ad illum deponendum, restituendumq; Ignatiū, quos diuina non vt Græci fermento, sed vt Latini Azymo celebrasse verosimile est, præsente videnteque Photio. Neq; enim Photius rerum minimarum pro carpenda Romana Ecclesia, si opus illi fuisset, obseruantissimus, rem tanti momenti per transennam aspexisset, sed perquam diligentissime captasset. Et Photio consuetudines omnes, ritusque Latinorum ante dissidium innotuisse, extra controuersiam est: si modo illius Circularis Epistola fuerit ad manus, in qua dum adhuc spe bona lactabatur, thronum male occupatum secundum ius, fasque retinendi, consuetudines, quas spe deiecta postmodum iudicio accersiuit, vel excusauit, vel taciturnitate cælauit. Hoc quoque adnotauerat Ioannes Veccus Patriarcha post verba Photij, tum ex Epistola ad Nicolaum, antequam throno pelleretur, tum ex Encyclica post expulsionem recitata. Ὅρα·

ταῖς ῥηθείσιν ἐντυγχάνων περικοπαῖς τῆς πρὸς τὸν Πάπαν Νικόλαον ἐπιστολῆς Φωτίου, ὅπως τε ἀκριβῶς εἰδὼς τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἔθιμα ᾔδει, καὶ ὅπως ὡς πρὸς ἀπειλὴν ἐκκλησιαστικοῦ σχίσματος ὑπετείνε ταῦτα. τοῦτο γὰρ ἡ τούτων ἀπαρίθμησις ἐμφαντικωτέρα βούλεται. καὶ συνίες μὲν ἄν ποτε εἰς μάχην λαμπρὰν ἀναρρῆξαι τοῦτον αὐτά, εἴγε παρ' αὐτοῦ Νικολάου ἀναδοχῆς ἠξιοῦτό τινος. ὅτε δὲ αὐτός τε Νικόλαος μετέστη τῆς ὧδε κανονικαῖς ἐνισχημένον πέδαις ἀφῆκε τὸν Φώτιον, καὶ ὅτε Ἀδριανὸς Νικόλαον διαδεξάμενος σιβαρωτέροις τῶν ἐπιτιμίων σὺν κλοιοῖς αὐτὸν ἐπεχάλκευσε, γέγονε καὶ Φώτιος τοῦ ἔργου, καὶ λύει τὸ πτερὸν ἡ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας παρ' αὐτοῦ λογογραφηθεῖσα ἐπιστολή, καὶ τὴν οἰκουμένην διίπταται, ἧς καὶ τὰ τεμμάχια ἐπισυνάψαι μέρεσιν ὁ λόγος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ ἐπαγγελμάτων ἀπαιτεῖται νῦν, ἃ καὶ ἔχουσιν οὕτως. ἀλλ' ὦ πονηρᾶς τε. *Attende, qui huiusce Photianæ Epistolæ ad Nicolaum Pontificem pericopas legis, discitoque, quam pulchre Vir iste Romanæ Ecclesiæ consuetudines calleat, & qua ratione Ecclesiastici Schismatis tantum non futuri minas proponat. Hoc siquidem earundem enumeratio satis manifesto indicat: tum intelligito, nunquam eum similia in apertum bellum exclusurum fuisse, si ipsius Nicolai reconciliatam voluntatem obtinuisset. Verum cum ipse Nicolaus ex hominum vita migrans Canonicis vinculis compeditum Photium reliquisset, & Adrianus, qui Nicolao successit, validioribus poenarum ligaminibus obstrinxisset, Photius ad opus accingitur, expanditque liberas alas aduersus Romanam Ecclesiam ab eodem elucubrata Epistola, & per vniuersum terrarum orbem auolans expatiatur, cuius particulas suis addere membris oratio exposcit, vt promissis stet, & sunt; Sed o improbum,* &c. Quare hoc, si alijs Corœbis, & Creyghtonō concederemus, Photio certe viro in rebus agendis perspicacissimo, & ad perspiciendum sagacissimo nunquam ipse tribuerim. Hinc non leue fuerit argumentum. Vsus Azymorum temporibus Photij in Romana Ecclesia vigebat, & Photius illud non obiecit, ergo ritum non condemnabat, sed legitimum esse reputabat. Adde, si Græcorum dictis atten-

attendendum eſt; ante Photium abſque vllo dubio vſus in Latina Eccleſia fuit, quod bene percalluiſſe Photium certum eſt. Græcorum etiam Schiſmaticorum ſententia, Azymum in Latinam Eccleſiam introductum eſt ſub Carolo Magno, qui imperium inijt anno 801. Epiphanius Patr. Conſtantin. de diſſidio inter Græcos, & Latinos; Μετὰ δὲ παρέλευσιν τῆς ἑβδόμης Συνόδου δεύτερος χρηματίσας Πάπας Λέων, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰκονομαχούντων, μετεκαλέσατο πρὸς ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἐνδοτέρας Φραγγίας Κάρουλόν τινα, ὃν ἔστεψεν εἰς βασιλέα. ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου ἐκείνου τῆς Φραγγίας συνηκολούθησαν τῷ Καρούλῳ, καὶ αἱρεσιῶταί τινες τοῦ Ἀρείου μαθηταί, καὶ τοῦ Ἀπολιναρίου, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἤρξαντο διαστρέφειν τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν, οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον ἐκπορεύεσθαι τὸ πανάγιον Πνεῦμα λέγοντες, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἄζυμα θύεσθαι παραδιδόντες, καὶ ἄλλα τινα ἀνοίκεια τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει. *Poſt abſolutam ſeptimam Synodum, cum præſediſſet Papa Leo II. & Byzantÿ oppugnarentur imagines, ex interiori Francia ad ſe aduocauit Carolum quendam, eumque inſigni regio accinxit. Ex ea Franciæ regione comites ſe præbuere hæretici quidam Arÿ, Apollinarÿque diſcipuli, qui Romam ingreſſi Dei populum præuertere inceperunt, dicentes, ſanctiſſimum Spiritum non ſolum ex Patre procedere, ſed etiam ex Filio, tradenteſque azymum conſecrare, & alia nonnulla Eccleſiaſticis traditionibus minime conſona.* Niceta Seidus, qui ſcribebat ſub Alexio Comneno; Εἶτα Βάνδαλοι τῆς Ῥώμης κρατήσαντες πρὸς τὰ σφῶν ἤθη μετήνεγκαν ὑμᾶς, καὶ ἐξ ἐκείνων παρελάβετε τὰ μέχρι τοῦ νῦν ἐλαττώματα, καὶ ἐν ἕξει τύπων γινόμενοι, ὑπερμαχεῖτε τῆς ψευδοῦς παραδόσεως, ὡς Ἀποστολικῶν καὶ θείων δογμάτων, συνήγοροι, καὶ τὸν μακρὸν χρόνον φέροντες. τίνα δὲ, ἅπερ ἐξ ἐκείνων παρελάβετε; τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι δογματίζειν, τὸ ἄζυμα προσάγειν. *Poſtmodum occupata a Vandalis Roma, vos in proprios eorum mores contraxerunt, & ab illis accepiſtis, quos adhæc tempora errores fouetis: quibus iam aſſueti falſam traditionem propugnatis, ac ſi Apoſtolica diuinaque dogmata eſſent, lon-*

gum etiã tempus vobis fauens habentes. Quæ autem ex illis accepistis? Spiritum S. etiam ex Filio procedere, & offerre Azyma. Simeon Hierosolymit. de Azymis. Πόθεν δὲ τὰ ἄζυμα ἐπενοήθησαν παρ' ὑμῖν διηγήσομαι. τις τῶν Ἀπολιναρίου ἐκείνου τοῦ δυσσεβοῦς μαθητῶν, Λεύκιος τοὔνομα, μᾶλλον δὲ Φῆλιξ. διώνυμος γὰρ ἦν ὁ παράφρων. ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς χώρᾳ τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ παραγενόμενος, ὑπόκρισίν τε, καὶ ψευδευλάβειαν περικείμενος, καὶ δὴ ταύτῃ τοὺς λατίνους ἐξαπατήσας, ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸν Ἀποστολικὸν ἀνάγεται θρόνον, καὶ τὴν τοῦ Πάπα ἀρχὴν διαδέχεται. πρὸς τὸ δυσσεβὲς οὖν τοῦτο δόγμα μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ἐδίδασκεν, ἄνουν καὶ ἄψυχον ἐκ παρθένου εἰληφέναι σάρκα τὸν κύριον, ἀντὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ τυγχάνειν αὐτοῦ τὴν θεότητα παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν θυσίαν ἄζυμον Χριστῷ προσφέρειν ὑμεῖς ἐδιδάχθητε. ὅπερ τὸ ἄζυμον νεκρὸν, καὶ ἄζυμον, καὶ τὸ πᾶν ἐστιν ἐλλιπές. ἐπεὶ δὲ μὴ πειθομένους ὑμᾶς καθορῶ. λέξω περὶ τούτων πολλάκις πάντα τὰ τῆς ἀληθείας ἐχόμενα, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πρακτικῶν τῆς πέμπτης ἁγίας Συνόδου δείξω σαφῶς τὰ λεγόμενα παρακατιών. καὶ γὰρ ἴσασι πάντες τὰς κατὰ τῶν Ἀρμενίων ἐξενεχθείσας ἀποφάσεις περὶ τῶν ἀζύμων, παρὰ τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ Συνόδῳ συναχθέντων ἁγίων, καὶ θεοφόρων ἀνδρῶν. εἰ οὖν οὕτως ταῦτα, καὶ παρόντων τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ ὁρώντων, καὶ συναινούντων ἡ τοιαύτη συνοδικῶς ἐξηνέχθη ἀπόφασις, πῶς οὐκ ἀντεῖπον οἱ λατῖνοι; πῶς κατεδέξαντο τὴν ἀπόφασιν; ἢ δῆλον ὡς μόνοι οἱ τῶν Ἀρμενίων φοιτηταὶ, καὶ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου ἐκείνου τὰ ἄζυμα ἐθυσίαζον, οἱ δὲ τῆς μεγάλης Ῥώμης τὸν ζυμίτην, ὡς καὶ ἡμεῖς; εἰ μὲν γὰρ τοῦτο ἦν, σχίσμα ἂν τηνικαῦτα μέσον ἡμῶν καὶ τῶν λατίνων ἐγεγόνει διὰ τὴν κατὰ τῶν ἀζύμων ἀπόφασιν, οὐ συναίνεσις. εἰ δὲ συνέθεντο σαφῶς οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ταῦτα πραχθῆναι, πρόδηλον ὡς οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἡ τῶν ἀζύμων θυσία ἐπενοήθη ὑμῖν. *Unde nam vero Azyma a vobis excogitata sunt, & a quo principium nacta sunt, vobis enarrabo. Ex Apollinarij illius impij vnus discipulus nomine Leucius, quinimo Felix; nanque erat binominis delirus ille in vestra Vrbe magna Roma cum venisset, ac vitæ sanctimoniam, & pietatem dissimularet, propter eaque Latinos decipiens, ab illis in Apostolicum Thro-*

num

num euehitur, & Papæ principatum assumit. Itaque is inter alia dogmata hoc quoque impium edocebat, amentem, inanimatamque carnem Dominum ex Virgine accepisse, vicem animæ, mentisque illius Diuinitate gerente, & sic Azymum sacrificium Christo offerre instructi fuistis, quemadmodum Azymum demortuum est, & inanimatum, & totum est mancum. Cum videam vos rursus pertinaces, repetam de his sæpius, quæ non aliena a veritate fuerint, et ex ipsis actis Sextæ Synodi infra dicenda aperte demonstrabo. Namque nemo non nouit, ab illis, qui in illam synodum conuenerunt, sanctis ac deiferis Patribus contra Armenos lata decreta: quæ si ita lata sunt, præsentibus qui ex Vrbe Roma accesserant, & videntibus, & comprobantibus, hoc plena synodo decretum publicatum est; qua ratione Latini non sese opposuerunt, sed acceptarunt decretum? annon manifestum est, Armeniorum sequaces, Apollinariique impii sacrificasse azyma, magnæ vero Romæ fermentatum, quemadmodum & nos? id si non fuisset, dissidium inter nos, & Latinos tunc exortum fuisset, propter quod decretum contra Azymum latum non approbassent. Quod si assensum præstarunt Romani, vt illa scriberentur, vel puero notum est, non a principio sed deinde sacrificium in Azymo excogitatum fuisse. Et infra;

Ἐπεὶ γὰρ τὸ συστατικὸν τῶν ἀζύμων γραμματεῖον, ὡς ἀσκυρόν τινα καὶ προπύργιον ἀνερυθριάστως ἡμῖν προκεκομίκατε, οἰόμενοι δῆθεν μέγα τι φέρειν εἰς ἀπολογίαν καὶ εὔλογον, ἰδοὺ δι᾽ ὧν μαθήσεσθε σαθρὸν τοῦτο τυγχάνειν τέλεον, καὶ ἀνίσχυρον, καὶ συχνὴν ἐπικουρίαν, ὃ δὴ λέγεται, εἴσεσθε ἀληθῶς. καί μοι προσέχετε τὸν νοῦν. ἐπιστήσατε ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, καὶ γνώσεσθε τὴν δύναμιν τῶν ἐγκειμένων ῥητῶν, ὡς κακῶς, καὶ νοουμένης, καὶ παρερμηνευομένης παρ᾽ ὑμῶν. ὁμολογήσατε γὰρ ἐγγράφως ἐν ταύτῃ μὲν ἀγνοεῖσθαι παρ᾽ ὑμῶν. ὡς παρὰ πάντων ἐξ ἀρχῆς σοφωτάτων ἁγίων, καὶ θεηγόρων πατέρων αὐθεντικωτάτων ὑπαρχόντων, καὶ δοκιμωτάτων εὐσεβῶς προφέρεσθαι τὸν ζυμίτην ἄρτον εἰς θυσίαν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν. προσέχετε δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ γραφῇ. ὡς εἰ καὶ διὰ ζυμίτου ἄρτου πάντες οἱ ἐξ ἀρχῆς ἅγιοι, καὶ θεοφόροι πατέρες τὴν θυσίαν θεῷ προσήγαγον. ἀλλ᾽ ὑμᾶς τοὺς λατίνους οὐδέποτε διεμυκτήρισαν διὰ τὰ ἄζυ-

ἄζυμα, ἢ διεχλεύασαν. *Postquam vero, qui confirmat azyma, Commentariolum, veluti anchoram quandam, & antemurale inverecunde nobis proposuistis, rati aliquid magnum, & rationi consentaneum ad vestram causam tutandam afferre, ex quo addiscere bene poteritis flaccidum esse, atque imbecillum, & quod fertur, ficulneum adminiculum, quod proponitis: & aduertite animum, attentaque mente excipite, & deprehendetis allatorum testimoniorum vim, vt male a vobis & intelligatur, & explicetur. Namque in scripto fassi estis, non ignorari a vobis omnes a principio Sanctos sapientissimos, & Deiloquos Patres, qui maxima pollebant auctoritate, omnium consensu receptos pie panem fermentatum in sacrificium Christo Deo nostro obtulisse. Ad hæc in literis vestris addebatis, etsi panem fermentatum omnes ab initio sancti, & Deiferi Patres sacrificium Deo offerrent, a vobis tamen Latinos nunquam propter azyma ludibrio habitos, neq; mimico dente carptos fuisse.* Eadẽ Athanasius Cydonius, & Anonymus; Ἐν ἐκείνοις οὖν τοῖς καιροῖς παρέλαβον οἱ Βανδῆλοι τὴν Ῥώμην. ῥῆγας δέ τις ἦν ἐξ αὐτῶν καταγόμενος ὀνόματι Κάρυλος. ἐκεῖνοι εἶχον τὰ ἄζυμα, καὶ τοῦ Συμβόλου τὴν προσθήκην, καὶ ὅλην αὐτὴν τὴν παράδοσιν, ἥνπερ ἔχουσι, καὶ ἀντέχονται, ὡς καθολικὴν τὴν παράδοσιν ταύτην. Et infra; ταύτην οὖν τὴν διδασκαλίαν ἐμπνευσθεὶς ὁ δόλιος Φῆλιξ, ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν τῶν Βανδήλων Πάπας Ῥώμης, τῆς τούτου θανατηφόρου λοιμικῆς δεινῶς ἐνόσησεν, ὡς φασί τινες, καὶ ἐξ Ἰουδαίων καταγόμενος. καὶ ὡς ἀνωτέρω ὁ λόγος ἐδήλωσε τὴν Ῥώμην κρατήσαντες οἱ Βανδῆλοι τὴν ἑαυτῶν πλάνην κατέσπειραν ἐκεῖ τοῖς ἀνοήτοις. καὶ τὸ μὲν διὰ τῆς ἐξουσίας, τὸ δὲ διὰ χρημάτων καὶ κολακείας συνεφώνησεν ὁ προειρημένος δεινὸς Φῆλιξ, ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην Ῥώμης. *Eo itaque tempore Vandali Romam diripuere, Rege ex ipsis oriundo, Carolo nomine, duce. Illi azymis vtebantur, & symbolum cum additione recitabant, & reliquis suis traditionibus inhærebant, easque tanquam vniuersales propugnabant.* Et infra; *Hac itaque doctrina imbutus Felix, qui tum Romanæ Ecclesiæ præsidebat, mortifera illa peste mirum in modum inficitur, ex Iudæis, vt nonnulli tradunt, originem trahens.*

Van-

Vandali ergo, vt supra dictum est, Roma potiti, suos errores inter stultos illos diseminarunt, & partim auctoritate, partim pecunia, partim officiorum blanditijs impium Felicem eo tempore Romanum Episcopum in suam sententiam traxerunt. Mattheus Hieromon. Πολλοῖς γὰρ ὕστερον χρόνοις πρὸς τῶν Οὐανδήλων τῶν νῦν Νεμιτζίων λεγομένων, ἡ νόσος τοῖς λατίνοις εἰσεκώμασεν αὕτη. τῆς γὰρ Ῥώμης πολέμου νόμῳ παρὰ ἔθνει τούτῳ ἁλωμένης, καὶ τοῦ ῥηγὸς αὐτῶν τῆς Ἀρειανικῆς ὄντος αἱρέσεως, τὴν λάβην ταύτην, καὶ ἄκοντες Ῥωμαῖοι πάντες ὡς εἰπεῖν εἰσεδέξαντο. *Etenim multos post annos a Vandalis, qui nunc Nemitij dicuntur, morbus similis in Latinos irrepsit. Nanque Roma iure belli subacta ab illa natione, cum Rex eorum Ariana heresi esset infectus, hanc pestem Latinis licet inuitis omnibus, vt ita dicam, communicauit.* Io. Claudie de Azymis; Καὶ ὅπερ ὕστερον ἐν τοῖς κατόπιν χρόνοις ὑπό τινος κακογνώμονος ἀνδρὸς, καὶ Ἰουδαιόφρονος, ἤγουν ἀπὸ τῶν Βανδήλων ἐλάβετε τὸν οὗτον εἶναι Νέμιτζον λεγόμενον, ὡς τῆς Ῥώμης κυριευθείσης ὑπ' αὐτῶν, καὶ τοῦ ῥηγὸς ὑμῖν ὑποτάττοντος Ἰουδάζειν ὅπερ αὖ ἐπιτάξειεν ταῦτα, καὶ μὴ βουλομένοις ποιεῖν. πῶς παρὰ τοῦ Ἀποστόλου διϊσχυρίζεσθε λαβεῖν; *Quod postmodum annis subsequentibus a quodam male feriato homine, & cum Iudæis sentiente, Vandalis nempe, & NemitZum dictum accepistis, cum eius potestati Roma succubuisset, & Rex vobis precepisset Iudaeorum sacra amplecti, & vos licet coacti mandatis paruissetis; qua ratione nunc illud ab Apostolo accepisse contenditis?* Auctores nihilominus hi in multis delirant, potissimum in Canone Sextę Synodi de abolendo Azymo, Leucio, seu Felice Episcopo Romano, quæ cum non sint ad rem, paucis discutiemus. Canon de tollendo Azymo, nullus vsquam apparet in sexta synodo, quod ante me Hilario quoque Monachus Oratione Dialectica obseruauerat; Πόθεν δὲ ἐκεῖνα τὰ ἐνύπνια τῶν εἰπόντων, κατὰ τὴν ἕκτην Σύνοδον ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως Ἀγάθωνα τὸν Πάπαν, καὶ Γρηγόριον τῶν Ἀκραγαντίνων Ἐπίσκοπον κατὰ τῶν ἀζύμων νομοθετοῦντας, ταῦτα ὕστερον μὴ γίνεσθαι παρά τινος τῶν πιστῶν. ἀφ' οὗ γὰρ καιροῦ ἤρξαντο οἱ λατῖνοι τὴν τῶν ἀζύμων θυσίαν, ταύτης

πώ-

πώποτε οὐκ ἀφίστανται. καὶ μᾶλλον περὶ τῆς ἕκτης Συνόδου ἀνέγνων τοὺς πατέρας μετὰ τὸ ἀποδοκιμάζαι τὴν τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσιν τῇ ὀγδοάδι τοῦ Πάσχα ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας τῷ Θεῷ χάριτας χαριζομένους ἑορτάσαι λατινικῶς ἐπαινούντων ὅλων τῶν ἑλλήνων τρόπον θυσίας λατινικῆς. *Vnde nam ergo nata sunt eorum somnia, qui asseruerunt in Sexta Synodo sub Constantino Imperatore, Agathonem Papam, & Agrigentinum Episcopum Gregorium aduersus azyma legem tulisse, ne in posterum fierent a quoquam fidelium? Ex quo enim Latini Azymorum sacrificium cæpere, nunquam ab eo destiterunt. Imo Patres in Sexta Synodo comperi, postquam Monothelitarum hæresim reprobaßent, octaua Paschatis apud Vrbem Constantinopolim in templo sanctæ Sophiæ Deo gratias reddentes, ex præscripto Latinorum solemnitatem peregisse, Græcis omnibus modum sacrificij Latini collaudantibus.* Et sic Photio ipso in Ecclesia Romana sunt Azyma antiquiora, peruulgata, & decantata, ideoque illi erant satis perspecta. Non obiecit, ergo non reputauit reprobanda, sed vt rem adiaphoram prætermisit. Hinc puto nonnullos Græcorũ ansam honestiorem reprehendendi Latinos arripuisse, calumniantes eos more Iudæorum in Paschate super altare agnum cum Dominico corpore benedicere, & offerre. Cum enim vidissent, Latinos oua, agnique carnem benedictionibus Sacerdotum subijcere, vanam sibi fixerunt speciem, vna cum Azymis agnum Deo offerri; vel etiam proterue ritum optimum inquinarunt, & famam Latinorum falso facinore insimularunt. De Leucio, siue Felice Papa purum putum mendacium est; cum nec antea, nec post per multos annos, nec sub ipso Imperio Caroli Leucius, vel Felix Romanus Pontifex vllo in loco recenseantur. Existimo Græcos similitudine nominis deceptos, quæ de Felice Vrgelitano, & illius hæresi pro restituendo Arianismo, condemnatione, abiuratione, restitutione in integrum, & demum ad vomitum reuersione, & tandem noua il-

lius

lius in Synodo Francfordiensi iudicio damnatorio ab historicis illius temporis narrantur, ad confictum a se Romanum Episcopum Felicem transfudisse. Et quod etiam animaduersione dignum videtur, errores illius a Carolo condemnatos, eidem Carolo, Caroliq; contubernalibus affixisse. Veruntamen eo tempore motam fuisse quæstionem inter Græcos, & Latinos de Azymo, & fermentato probabile est; cum eadem fere ætate Monachus Engolismensis S. Eparchij in vita Caroli Magni scribat, Quæstionem de processione Spiritus sancti a Patre, & Filio Aquisgrani a Ioanne quodam Monacho Hierosolymitano motam fuisse, quod etiam habetur in Annalium Francorum scriptore: & post hanc Synodum missos esse legatos ad Papam Leonem III. quo iudicium eius cognoscerent, & quæstio definiretur. Probabile inquam est, non tantum de additione in symbolo, sed de Azymo quoque, & Fermentato quæstionem habitam, & forte etiam definitam. Hinc induco, Azymum sub Carolo Magno in Ecclesia Romana inter sacra vsitatissimum fuisse ante Photianas in Romanam Ecclesiam literas annos 66. Et si tempore sextæ Synodi Romani in Ecclesia sanctæ Sophiæ Azymis consecrarunt, ante annos 189. Sed Azymorum Chomatenus scribit Latinorum, nullum vnquam meminisse Canonem, ideoque probabile est, eorum vsum in Romanam Ecclesiam post Photium insinuatum fuisse. Quare vero potius non infert? Latinorum Azymorum nullos Canones, adde etiam, si oneri non est, nulla Concilia, nullos prorsus Patres vsquã meminisse; ergo in ea Ecclesia Latinorum Azymorum vsus antiquissimus ab ipsis Apostolis, vel eorum Discipulis minimum traditus est, cum Augustino decernente Epistola ad Ianuarium; *Quæ non scripta sed tradita custodimus: quæ vero toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia*

Dddd *salu-*

saluberrima authoritas commendata, atque statuta retineri, sicuti quod Domini passio, et resurrectio et ascensio in coelum et aduentus de coelo Spiritus S. anniuersaria solemnitate celebrantur, et si quid aliud tale occurerit, quod seruatur ab vniuersa quacumq; se diffundit Ecclesia. Ecclesia Romana vniuersa, & quacumque diffusa in Eucharistico sacrificio vtitur azymo, cuius origo quonam tempore in eam Ecclesiam irrepserit, nescitur, nec scriptura traditum est; ergo datur intelligi, nisi nos fallit Augustinus, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs commendatum, atque statutum retineri. Quodsi non scripta, longissimo tamen tempore in ea conseruata fuerint, & longa traditione comprobata, si reijcias, grauissimum Euangelio detrimentum afferes, Basilio actore ad Anphilochium de Spiritu sancto capitulo 27. Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων, καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα. ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν. καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐγχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. *Dogmata, & instituta, quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus a doctrina scripto tradita, quædam rursus ex doctrina Apostolorũ traditione in mysterio, idest in occulto tradita recepimus: quorum vtraq; parem vim habent ad pietatem. Nec his quisquã contradicet, quisquis sane, vel tenuiter expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica. Nam si consuetudines, quæ scripto prodita non sunt, tanquam haud multum habentes momenti, conemur reijcere impudenter, Euangelio detrimentum inferimus, imo potius ipsam fidei prædicationem, ad nudam nomen contrahemus.*

Et nodum tandem persoluet Leo IX. ad Cerularium Patriarch. & Leonem Achridenum, a quibus accusatus fue-

fuerat, quod azymis noua inducta consuetudine celebraret; *Ecce incauta reprehensio vestra. Ecce non bona gloriatio vestra, quando ponitis in cœlum os vestrum, cum lingua vestra transiens in terra, humanis argumentationibus, & coniecturis antiquam fidem confodere, ac subuertere moliatur. Ecclesiam post mille, ac ferme viginti a passione Saluatoris nostri annos incipit per vos discere Romana Ecclesia, qualiter memoria passionis eiusdem sit recolenda: quasi nil ei contulerit præsentia, conuersatio, & diuina institutio, seu qua clarificauit Deum mors pretiosa illius venerabilis senis, cui specialiter Christus filius Dei viui dicit; Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis. Non ergo perpenditis, quanta impudentia dicatur Pater, qui est in cœlis, abscondisse a Principe Apostolorum Petro cultum, siue ritum visibilis sacrificij per dispensationem vnigeniti sui, cui per semetipsum plenissime reuelare dignatus est illud ineffabile arcanum inuisibilis diuinitatis eiusdem filij sui*. &c. Dicto itaque Leonis in Azymis sacra peragere, fides antiqua est, & cultus, & ritus visibilis sacrificij a mille & viginti annis accepta, vsuque continuo comprobata, & diuturna institutione, & morte senis Petri firmata, & tradita. Quod vero proximum est, corroboraturque alijs ritibus a Petro Ecclesiæ Romanæ concreditis. Nationum Orientalium Ecclesiæ, & ex Occidentalibus pleręque substruebantur Eotholæ, vt rem diuinam faciens orientem solem aliorsum atque Hebræi occidentem prospiceret. Per Palæstinam alia dispositio Ecclesiarum obseruabatur. Sic notat Eusebius de vita Constantini lib 3. qui Constantinum, & Paulinum Tyriorum Episcopum, ex parte contraria struxisse morem Iudæorum secutos, qui ad occidentem conuersi orabant. Petrus Apostolus Iudæorum consuetudinibus addictus, ne eos, vt alibi adnotabam, consuetudinum immutatione ab excipienda Christi fide deterreret, modum templorum exædificandorum Hebræis familiarem retinuit, quem primum Antiochiam

deinde Romam inuexit. Et ne laudabilem, Deoq; gratum ad Orientem orandi ritum simili structura excluderet, aram in medio Ecclesiæ ædificandam præscripsit. Sic enim celebrans terga vertens ad Occidentem, faciem ad Orientem, ad ipsas Ecclesiæ valuas eopylas, rite ac commode precabatur. Quodsi attentius expendatur. Petrum Antiochenæ, & Romanæ Ecclesiæ fundatorem remotis dissidij causis comprobari videbatur. Hinc etiam verosimillimum fit, eundem vti templum ad ipsam faciem, & exemplum Iudæorum fabrefecerat, consimilem etiam illis ritum sacrificandi constituisse, vt illos alacriores, & fecundiores similitudine rituum ad fidem Christianam alliceret. Non itaque æque bene concluditur, quidquid sit de Humberto. Leonem cum Azymorum causam ageret, ista perpetui moris præscriptione defendisse, et si Chomatenus obiecit, Azymorum nullos vnquam meminisse Canones, non propterea sequitur, ut ex Augustino probauimus, eorum esse recentiorem vsum. Et satis fuerit, illis Leonem apposuisse, eorum ritum a D.Petro in Romanam Ecclesiam influxisse. Et vt cautior factus Creyghtonus in posterum dexterius pronunciet, noscat, inter Cerularium, & Latinos concertatum fuisse non de Transubstantiatione, quam ait nimis impudenter orsam in concilio Lateranensi sub Innoc.III.Sed Latini condemnabant Cerularium,& asseclas, vt Fermentarios, Cerularius Latinos, vt Azymitas. Fac ita esse. Ergo tum neque Cerularius, neque Romani de Transubstantiatione, neque per somnium cogitabant. Ridicule. Alter alterum condemnabat, non quod celebraret in materia inepta ad consecrandum: sed quod assumeret alienam a Christi institutione: Ideoque Latini condemnabant Cerularium, & asseclas, qui ita adhærescebant fermentato, quod sibi ex institutione Christi traditum, ita asserebant, vt negarent Azy-

mi

mi per Christum institutionem, & Græci Latinos, qui mordicus azymum a Christo consecratum defendebant, vt fermentum prorsus ab illa consecratione reijcerent; salua tamen sententia, tum Græcos in fermentatō, tum Latinos in Azymo, cum vterque panis sit, & vsu receptus, reapse verum corpus Christi conficere.

Sed quid ego in Romana Azymorum vsum, accepta, vt ita dicam, lampade inuestigo, cum testem habeam per te, quamuis mihi illius λόγοι ἐλάττονές εἰσιν, ἢ πιθήκων, omni exceptione maiorē, qui illum antiquissimum ex historia confirmat. Ibis puto, si sanus es, in meam sententiam manibus pedibusq; & fasces submittes. Is est Io. Caluinus vester Institut. lib. 4. *Fermentum, & vulgatum panem fuisse ante tempus Alexandri Romani Episcopi, narrant historiæ, qui primus azymo pane delectatus est, qua id ratione non video, nisi vt plebis oculos nouo spectaculo in admirationem traheret magis, quā vt animos proba religione instrueret.* Hæc sunt ipsissima illius verba in editionibus, quas ipse vidi, vidi vero plerasque. Tum sic. Alexander iste Romanus Episcopus, de quo verba facit Caluinus, & dicit primum azymo pane delectatum fuisse, vt plebis oculos in admirationem traheret, non est alius, cum ipse non expresserit, quis ordine sit, nisi Alexander I. qui Pontificatum tenuit Anno Christi 125. Ergo vsus Azymi in Eccl. Rom. antiquissimus est, & verosimile fit, ad ea tempora si non Apostolos, sin minus Apostolorum discipulos vitam plerosque produxisse. *Narrant Historiæ*. Debebat minimum vel vnicum nominatim indicare historicum, & non augurandum nobis relinquere, *Qua id ratione fecerit, non video*. Sed non intelligit Alexandrum primum. Quis igitur fuerit? Alexander II. post Leonem Nonum Pontificatum inijt annos duodecim. Sub Leone palam, & aperte Latini in Azymo, Græci in fermentato sacra faciebant, indeque inter eos contractis litigijs discordiæ exercebantur, & alter al-

teri

teri ingressum templi, & communionem cum alijs interdicebant. Græci Latinos vti Azymitas, Latini Græcos vti Fermentarios execrationibus deuinciebant. Non potuit ergo Alexander II. & multo minus alij subsecuti eiusdem nominis Azymum instituere. Et ritum adeo antiquum præscribit Caluinus, vel alij de Caluini familia? Non equidem. Ipse enim in eadem lance ponit fermentum, & azymum ibidem; *Panis sit fermentatus, an azymus, vinum rubrum, an album, nihil refert; hæc indifferentia sunt, & in Ecclesiæ libertate posita.* Nihil itaque refert, siue in azymo, siue in fermentato sacrificium fiat, Caluino auctore, cui tu Creyghtone non aduertens animum, inueheris in azymum, *idololatricum* clamitans. Si dicas idololatricum vocasse; quia a Latinis cultu, qui Dei est proprius, ac veneratione colatur, cum Christus in eo non sit, eadem ratione & fermentum, quod eodem modo colitur a Græcis, fixa animo firmitudine tenentibus, sub speciebus illis verum corpus Christi esse, idololatricum dicetur a te. Hoc licet perridicule diceres, nihilominus Chreyghtonum sibi ipsi cornua obuertere dices, cum scribit, *diuersum esse Græcorum a Pontificio Sacramentum.* Cum enim nihil referat, an panis sit fermentatus, vel azymus, cum sint indifferentia, & in Ecclesiæ potestate posita, in his cũ illud ipsum sit, differentia tantummodo fuerit in cultu, & veneratione: sed eadem apud Græcos, & Pontificios est. Ergo Creyghtonus amens inuita Delia venatur discordias. Augustinus Enarrat. in Psalmum 98. in illa verba; *Adorate scabellum pedum eius*, scribit; *Fluctuans conuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio, quomodo sine impietate adoratur terra, sine impietate adoratur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum*

est,

eſt, quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolum non peccamus adorando, ſed peccamus non adorando. Simeon Theſſalonicenſis Dialogo contra hæreſes. Ὅθεν προσεκτέον τῷ ἱερεῖ εἰς πάντα τὰ ἅγια, καὶ τὴν ἱερὰν παρακαταθήκην, τὸν προηγιασμένον, καὶ ἡνωμένον τῷ θείῳ αἵματι ζωοποιὸν, καὶ πανάγιον ἄρτον, ὥστε ἐν πυξίῳ καθαρῷ, καὶ ἀσφαλεῖ ἔχειν, καὶ μετὰ καθαροῦ ἠσφαλισμένον ὑφάσματος, καὶ τιμίου, αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ θειότατον σῶμα, καὶ αἷμα τὸ δεσποτικὸν, καὶ προσκυνεῖν, καὶ θυμιᾶν, καὶ τιμᾶν χρὴ, καὶ ὅλῃ προθέσει, καὶ ὑπεραίῳ πρὸς ἀνατολὰς τῆς θείας τραπέζης ἠωρημένον ἔχειν, καὶ ἐπιβλέπειν, ἵνα μή τι συμβαίη ἀμελείᾳ τῶν μὴ δεόντων. *Hinc diligentur animo attendendum eſt, Sacerdoti in omnia Sancta, & Sacroſanctum depoſitum præſanctificatum, & ſanguini diuino vnitum, viuificum panem, vt nempe eum reponat in pura, tutaque pyxide, puro pretioſoq; linteo inuoluta. Ipſe ſiquidem eſt diuiniſſimū corpus, & ſanguis Dominicus. Et adoret, & ſuffumiget, & veneretur ex toto corde, appendatq; ſuper diuinam menſam ad orientem, & obſeruet, ne quid illi contingat indecorum ſua incuria.* Et libro de Sacerdotio: Μέσος ἡμῶν πρόκειται, καὶ ἀοράτως Χριστὸς, καὶ ὁρατῶς τῷ θείῳ ἄρτῳ τοῦ σώματος, καὶ τῷ σεπτῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος τὰ πάθη δεικνὺς ἑαυτοῦ, τὴν σφαγὴν, τοὺς ἥλους, τὸ σῶμα, τὸν θάνατον. τρόμῳ παραστῶμεν ἐγγίζοντες αὐτῷ, καὶ ἀμέσως τοῦτον ὁρῶντες, τέμνοντές τε, καὶ ἐσθίοντες, καὶ πίνοντες ἐκ τοῦ αἵματος, καὶ ἑτέροις μεταδιδόντες κατὰ τὴν δοθεῖσαν χάριν ἡμῖν. τότε θαυμάζει τὰ Χερουβὶμ. ἐξίσταται τὰ Σεραφὶμ: πᾶσα θειοτάτη δύναμις πέφρικε καθορῶσα, καὶ δέος παρίσταται, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιγινώσκει φύσιν, ὡς κτιστὴ, καὶ ἀσθενὴς, καὶ ἐκπλήκτως δοξάζει τοῦ Θεοῦ τὸ ἄμετρον ἀγαθότητος. μεθ' ἡμῶν ἵσταται ταῦτα κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου συστελλόμενα φόβῳ μείζονι. ἐπιθυμοῦσιν ἀτενίζειν τῷ μυστηρίῳ. οὐ γὰρ ἀφράκτως παρίστανται. ἐκεῖθεν τοῦ ἰδίου φάους δέχονται τὴν ἀκτῖνα. αὐτόθεν γὰρ τοῦ φωτὸς αὐτῶν ἡ πηγὴ, ἡ τοῦ πυρὸς αὐτῶν θέρμη, ἡ ζωὴ, ἡ σοφία, ἡ μύησις. *Medius ante nos iacet, & inuiſibiliter Chriſtus, & viſibiliter diuino pane corporis, & venerando calice ſanguinis paſſionem ſuam commoſtrans, cædem, clauos, corpus, ſangui-*

guinem. Cum ipsi proximamus, adstemus cum tremore, & immediate ipsum intuentes, secantes, comedentes, bibentes ex eius sanguine, & alijs exhibentes gratia nobis data. Tum demirantur Cherubim, extra se fiunt Seraphim, vniuersæ diuinissimæ virtutes timore concutiuntur videntes, & metu adstant, propriamque naturam agnoscunt creatam, & perimbecillam, & cum stupore glorificant diuinæ bonitatis immensitatem. Vna nobiscum assistunt, circumcirca altare fastu contracto, metuque pauida, recta intueri mysterium peroptant: neque enim frustra operam sumunt, cum inde proprij luminis radios hauriunt. Hinc enim luminis eorum fons, effluit, ignis eorum, calor, vita, sapientia, initiatio. Quare Nicolaus Cabasila in Expositione Missæ cap. 24. Græcorum cultum immodicum in adorandis diuinis muneribus in introitu Magno Missæ, cum nondum consecrata sunt, erroris originem tradens, scribit; Εἰ δέ τινες τῶν προσπιπτόντων εἰσιόντι μετὰ τῶν δώρων τῷ ἱερεῖ, ὡς σῶμα Χριστοῦ, καὶ αἷμα τὰ κομιζόμενα δῶρα προσκυνοῦσι, καὶ διαλέγονται ἀπὸ τῆς εἰσόδου τῶν προηγιασμένων δώρων ἠπατήθησαν, ἀγνοήσαντες τὴν διαφορὰν τῆς ἱερουργίας ταύτης, καὶ ἐκείνης. αὕτη μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ ἄθυτα ἔχει τὰ δῶρα, καὶ οὔπω τετελειωμένα, ἐκείνη δὲ τέλεια, καὶ ἡγιασμένα, καὶ σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ. *Quod si qui sese prosternunt Sacerdoti ingredienti cum muneribus, adorantque illa munera deportata, & supplicant, quasi essent corpus, & sanguis Christi, in errorem deducti sunt, ex introitu præsanctificatorum, cum ignorarent sacrificij vtriusque differentiam. Nam hæc munera in hoc introitu, nondum sacrificata, nec absoluta, illa vero perfecta, & sanctificata defert, & corpus, & sanguinem Christi.* Alio itaque cultu prosequenda sunt munera in Missis vsualibus, dum deferuntur in introitu, cum nondum sunt consecrata, alio in Missa Præsanctificatorum, cum consecrata sunt, factaque corpus, & sanguis Christi. Et tu a pietate, & religione perquam remotissimus furiosa temeritate azymum consacratũ a Sacerdote, & verũ corpus Christi & sanguinem Idololatricum nuncupas.

cupas. Οὐκ ἄξιος εἶ καλεῖσθαι αἱρετικός, ἀλλ' ἀπάνθρωπος. Legitissime, nec iniuria?

Rem perspicuam, & tot tantisque, & illis liquidissimis Ecclesiæ Patrum, etiam palam hostium, auctoritatibus testatam non negabis, si animo integer es, eamque non per insomnia cogitaueris: neque enim indoctorum hominum discrepantibus sententijs firmatur. Iam video te vrgeri angustijs, & moliri responsum: Si alia deerunt, corruptela iudicij, vel ex tuis promens, vel ex tuorum Reformatorum eruditione furto subtrahens redundabit. Respondebis ergo cum Zvuinglio, *Multa me roboraße, exemplis Patrum: Sacerdotes isti minimum sunt & Doctores, quos non multum moraris, nec enim tibi otium est, vt illos reuoluas. Et licet ipse carnem, Patres Patres, nempe* Patres *sic tradiderunt, Tu mihi refers, non Matres, sed Verbum Dei requirere*. Cum Pomerano, *Me non debere Patribus credere, qui ex eodem ore calidum, & frigidum efflant*. Cum Musculo, *Vbi ex scriptis Patrum aliquid contra Reformatos adfertur, palam dicere, nolle te ad illorum auctoritatem astringi: planeque stultissimum esse, vel studiose malignum in Ecclesia Dei, quemquam illorum conscientias fidelium obstringendas esse putauerit:* Cum Martyre, *in restauratione Ecclesiæ, nihil consultius esse, quam omnia reuocare ad prima Ecclesiæ principia, & religionis primordia. Quandiu enim consistimus in Concilijs, & Patribus, versabimur semper in eisdem erroribus*. cum Humfredo; *Quid nobis cum Patribus, cum carne, & sanguine; aut quid ad nos attinet, quod Episcoporum Pseudosynodi constituunt?* cum Sommero, *Antiquitas, in qua nos damnari obiectant, nihil habet ponderis: nam si recta sentiente antiquitate loquuntur, qua appellatione Christum, & Apostolos intelligimus, res ipsa clamat, eam a nobis stare; si de Patrum auctoritate, id non æque ægre feremus, damnari ab illis verbum Dei*. cum Beza; *Quantumuis ista vetusta sunt, optimo iure esse abdicata*. cum Caluino; *Non esse recipiendam Augustini argutiam, in spe fuisse dimißa peccata baptismo Ioannis, Christi*

Baptismo re ipsa dimitti. Fabula de Limbo Patrum, ad quos liberandum Christum descendisse narrant, tametsi magnos habeat auctores, nihil tamen aliud, quam fabula est. Dictum est Hieronymi, cuiuscunque sit, quam plane impium sit, excusari nequit: Scio exorcizandi vsum fuisse in Ecclesia temporibus Cypriani, & Augustini; verum non quæro, quid fecerint Patres, sed quid Christus instituerit, & quod Apostoli fecerint: cum Bullingero, *Scio quid Doctor Ecclesiæ insignis Augustinus, quid eloquentissimus Chrysostomus, alijque viri vetusti, & clari hac de re scriptum reliquerunt, sed quæro, num hæc recte fecerunt*: cum Lutero, *Tametsi esset Apostoli Iacobi illa Epistola, non licet Apostolum sua auctoritate Sacramentum instituere, idest, diuinam promissionem, cum adiuncto signo dare. Concilijs, Sanctorum Patrum conuentibus Spiritum S. non ita præsuisse, vt tam in omnibus quam in fide errare non potuerint*. Et; *Christum Episcopis, Doctoribus, & Concilijs indicandi de doctrina potestatem ademisse, & omnibus Christianis in genere dedisse*. Et; *Papam, Doctores, & Pastores potestatem habere dicendi, sed oues iudicare debere, an vox illorum sit vox Christi*. Et; *Statuant illi, & decernant quidquid volunt, nostrum erit iudicare*, Et; *Papa tu cum Concilijs tuis conclusisti: at ego iam iudex esse volo, an illa suscipere debeam, & an potuerint errare*: Et; *Etiam si quid ab omnibus Concilijs decretum est, se tamen illud per Scripturam examinaturum, ne vt humanis traditionibus decipiatur passurum*: cum Brentio, *Quædam Concilia iubent, quosdam libros e veteribus Apocryphos; vt canonicos agnoscere. Non ignoro, quid factum sit, illud autem quæro, num iure factum sit*: vel cum dementissimo Hottingero Eccles. Histor. parte 1. sect. 4. *Pone plurima tradi Veterum Doctorum scriptis, quibus sophistæ possunt abuti. Nihil tamen causæ hoc nostræ derogat. Clara satis, ac perspicua sunt citata Auctorum testimonia, quæ religioni nostræ patrocinantur; a nobis tamen non propterea approbantur, quod hominum sint dicta, magnorum licet, & in Ecclesia illustrium: sed quod eadem illa verbo Dei congrua sint, & ad eius illustrationem consignata. Vbi alias, exor-*

bi-

bitarint, & posthabita auctoritate Scripturæ allucinati fuerint, malumus ea moderari generali Canone. Homines sunt, nihil ergo humani a se æstiment alienum excusare, quam impudenter in errorum varia præcipitia nos coniecere. Hæc & similia tu quidem ex pulchellis tuis hisce, atque acutulis Doctoribus, ingurgitata refundes amplissime, sed risu omnium, sannisq; excipienda. Quo enim iure, & qua auctoritate isti tui Patroni de Ecclesiæ decretis, atque statutis iudicium sibi assumunt? Quo diuino eloquio antiquitatem reijciunt? Quo munere dicta Patrum præscribunt? Qua sibi facta facultate consuetudines Ecclesiasticas pessundant? Qua firmitate fidem suam præfulciunt? Quo stabilimento se sustinent, vt magis illis adcredatur, quam Ecclesiæ Patribus? Multa dicuntur expresse, quæ explicite in Scriptura non sunt, quod ipsorum etiam Reformatorum decreto supra, alibique probatum est. Neque enim impedit, nouis excogitatis rebus, noua adinuenire vocabula, quæ extra verbum Domini Patres vsurpant, dummodo non refragantur diuinis eloquijs, neque contra veritatem nituntur, sed obscure prolata, & inuolucris obuoluta in lucem alijs, atq; alijs vocibus educuntur. Hisce sat fuerit, quod Puppiano Schismatico stultitiam illius irridens reposuit Cyprianus; *Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio ad cogitationem suam Præpositos, & Sacerdotes vocare, ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti, ecce iam sex annis, nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs Præpositum, nec grex Pastorem, nec Ecclesia Gubernatorem, nec Christus Antistitem, nec Deus Sacerdotem? Subueniat Puppianus, & sententiam dicat, & iudicium Dei, & Christi in acceptum referat, nec tantus fidelium numerus, qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis, & pacis exisse videatur; ne nouus credentium populus nullam per nos consecutus esse Baptismi, & Spiritus sancti gratiam iudicetur: ne tot lapsis, & pœnitentibus pax data, & communicatio nostra exa-*

minatione concessa, indicij tui auctoritate soluetur. Annue aliquando, & dignare pronunciare de nobis, & Episcopatum nostrum cognitionis tuæ auctoritate firmare, vt Deus, & Christus eius agere tibi gratias possint, quod per te sit Antistes, & Rector altari eorum pariter, & plebi restitutus. Hinc Basilius Magnus, & alij Patres in rebus Theologicis sæpius vtuntur dictionibus nullo diuino scripto traditis, quę tamē alienę non sunt a pio Scripturarum sensu. Hinc Io. Vecci scitum aureum est, de processione Spiritus S. cap. 3. de hac Basiliana consuetudine; Ὁ γοῦν λέξεσιν ἀγράφοις ὁμολογῶν χρήσασθαι, διαμαρτυρόμενος δὲ, μὴ ἀπεξενωμένας εἶναι αὐτὰς τῆς κατὰ τὴν γραφὴν εὐσεβοῦς διανοίας, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπί τινι τῶν παρ' αὐτοῦ θεολογηθέντων διαπιστεῖσθαι; εἰ γὰρ καὶ ἄγραφοι μέχρις ἐκείνου τινὲς τυχὸν ὑπῆρχον τῶν λέξεων τούτων, ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἀπεξενωμένας τῆς εὐσεβείας ταύτας ὁ ἅγιος μαρτυρεῖ, οὕτω δεῖ προσέχειν αὐταῖς, ὡς ἐκείναις, αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ διδάσκαλοι τῆς εὐσεβείας ἐχρήσαντο. καὶ γὰρ κἀκείνων ἑκάστη καιροῖς ἰδίοις πρὸς ἀποστροφὴν τῶν ἀναφυομένων αἱρέσεων ἐλάμβανε τὰς ἀρχὰς, ταῖς μὲν συλλαβαῖς ἴσως οὐ διειλημμένη ταῖς πρὸ τοῦ δὲ, ἢ τοῦ δὲ τῆς αἱρέσεως θεολογηθείσαις γραφαῖς, οὐ δὲ τῆς ἐννοίας αὐτῶν εἰς ἔγγραφον ἔκθεσιν παραδιδομένη. ἐπεὶ γοῦν ὁ μέγας Βασίλειος ταῖς ἐννοίαις τῶν προγενεστέρων αὐτοῦ θεολόγων ἀκολουθῶν, λέξεσιν ἀπεθάῤῥησε χρήσασθαι ἀγράφοις μὲν, ἐξηρτημέναις δὲ ταῖς τῶν παλαιοτέρων θεολογιῶν ἐννοίαις, θαῤῥητέον καὶ ἡμῖν ταῖς τοιαύταις λέξεσι χρῆσθαι, ὡς ἐξ αὐτοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν λαβούσαις, μὴ ἀπεξενωμέναις δὲ τῆς κατὰ τὴν γραφὴν εὐσεβοῦς διανοίας. *Qui itaque dictionibus scripto minime traditis se vsum fatetur, simulque contestatur easdem neque alienas esse a pio sacrarum scripturarum sensu, quomodo dignus fuerit, cui in nonnullis ex dictis suis Theologicis fides adhibenda non sit? Nanque licet ad illius tempora scripto consignatæ ex his dictionibus quæpiam forte non sint, attamen cum eas a pietate alienas non esse, Sanctus ipse contestetur, illis attendendum est æque atque alijs, quas ante ipsum pietatis doctores vsurparunt. Earum quippe singulæ certis temporibus ad refellendas recens exortas hæreses originem habuere: syllabis fortaße ante*

hanc

hanc vel aliam enatam hæresim in Theologicis scriptoribus non comprehensis, veruntamen ex sensu earum expositæ, scriptoque demandatæ. Cum igitur Magnus Basilius sententijs Theologorum, qui eum præiuerunt, insistens, dictionibus non scriptis vti ausus est, sed quæ tamen ab antiquorum Theologorum sensu penderent audendum quoq; & nobis fuerit, illas easdem voces vsurpare, tanquam quæ ex eo principium sumpsere, nec a pio scripturarum sensu, ac mente recedunt. Dignum cedro est, & frequenti memoria reuoluendum, retinendumque Athanasij in Disputatione cum Ario monitum; *Ecclesiasticæ semper moris est disciplinæ, si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouitates rebus immutabiliter permanentibus nominum vocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimere, quæ tamen existentiam causarum virtutibus congruunt, & quæ magis easdem antiquitus fuisse demonstrant, non ortus nouitatem mensurarent.* Idque fuse, exemplisque, quæ laudabiliter multis modis prouenere, probat. Post Christum discipulorum nomine, qui nunc Christiani, designabantur, inter quos cum essent multi nouorum dogmatum auctores, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, sectatores suos discipulos nominabant, nec erat vlla nominis discretio inter nouos falsosq; discipulos, & eos, qui doctrinam Apostocam sequebantur: ideo Apostoli conuenientes Antiochiam, Luca auctore, Discipulos Christi sectatores nouo nomine Christianos appellarunt, discernentes eos a communi falsorum Discipulorum vocabulo. Et subdit; *Hanc ergo ab Apostolis traditam nouis vtendi nominibus formam Ecclesia tenens, contra diuersos Hæreticos, vt sane fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates.* Et sic Sabellianam hæresim genitum ex Virgine Patrem, *ingenitum* contra confitendo Ecclesia tradidit, quod in diuinis Scripturis non traditur. Sic Arianam, quæ docebat eundem passum esse destruendo, *impassibilem* decreuit, & hanc de Filio confessionis formam statuit; *Deum de Deo, lumen de*

lumine.

lumine. Sic Photinianam, ex humana generationis natura initium traxisse Filium, docentem repressit; Sic contra Eunomianam hæresim *similem Patri Filium*, creberrimis conciliorum decretis definiuit. Hæc scripta neque leguntur, neque Prophetæ, neque Symbola authentica, neque ipsi Apostoli tradiderunt. Et concludit. *Ergo tu Ari, qui me hodie tali constringis articulo, vt homousion proprie positum in Scripturis ostendam; aut facere contra insolentes, & furtiuas hæreticæ intelligentiæ rancitates quædam confessionis nomina non temere præsumpta, sed et consequenti ratione collecta fidei auctoritatibus fuisse inserta: ita vt non nouorum verborum religioso intellectui extiterint absolutiones, quot fuerint quæsitæ, & subministratæ perfidiæ occasiones: aut si, fateri volueris tuis tecum obiectionibus agam. Ostende mihi non ex coniecturis, non ex verisimilibus rebus, non ex ratione vicini sermonis, non ad intelligendum prouocantibus rebus, non ad profitendum pietate fidei suadente, sed pura, & nuda verborum proprietate. Ostende scriptum ingenitum, aut impassibilem Patrem, verum Deum ex Deo, Lumen de lumine, Filium aut similem esse. Nolo mihi dicas. hoc ratio fidei poscit, hoc pietas docet, ad hoc me Domini professionem scripturarum consequentia prouocat. Nolo, inquam, mihi talia ostendas, quia in me similia de homousij professione respicis proferentem, sed serto in manibus diuinorum voluminum Codices, & eodem sono: ijsdemque syllabis prædictorum vocabula nominum indita lege*. Annon integrum, liberumque fuerit, quod Apostolis primum, ac deinceps Ecclesiæ, tandem per multa sæcula eadem via pergentis moderniori quoque, nouis exortis erroribus, in rem suam voces vertere, & noua vocabula, si opus fuerit, ad profligandos dictos errores vsurpare? Quis id impedit? quæ lex, quod ius facultatem eripit? Doceant ipsi sua, indicent. Iniustum est alijs præfigere, quæ tu vti pessima despicis. Annon iniquius, indigniusque est, quod tibi, & tam ampliter concedis, id inuitis manibus Pontificijs dare? & quam

po-

potestatem nequiter arrogas, catholicis remorari. I mecum, Creyghtone, prome diuinos Codices, profer foras diuina eloquia, prouulga Symbolum. Vbinam hæc digeruntur? *Corpus Christi per vnionem ad Verbum, id assecutum est, vt non solum in cœlo, & in Eucharistiæ Sacramento, sed vbicunque secundum humanam naturam præsens est: substantia panis materialis, & similiter substantia vini manet in Sacramento altaris post consecrationem: Vbi panis, & vini nullus est vsus, rite cœna Domini celebrabitur, si quidquid panis aut vini vicem supplet, offeratur, & illud adhibendum esse, & hanc esse mentem Christi: Vbi desit aqua, quouis alio liquore, non minus recte quam aqua simplici baptizari posse: Licere pro vino vti in cœna Domini, vel aqua simplici, vel alio non inusitato potionis genere: et quod magis stultum est, & dentibus non admodum salutare in defectum panis Ardosio lapide: Baptismum nihil esse: participationem cœnæ Domini nihil esse: Eucharistiæ vsum non tollere peccata*, & sexcenta alia, ne singula recenseam. Id si non egeris, vt plane non ages, quare id a Pontificijs exigis? Vis dicam? Si hæc apud Suetonium, Dionem, Petronium Arbitrum, Athenæum, Varronem legerentur, vera esse non dubitares, sed quia Christiani, & Patres, & Doctores Ecclesiæ ea literis mandarunt, fabulas reputas. Non mirum. In cognatorum, & gentilium opiniones siue probas, siue malas eundum est. Hoc enim didicisse non inficiaberis ex Geneuensi prostibulo, in quo, scriptore Hieronymo Bolseco Herme, in vita Caluini cap. 20. testanteque se id accepisse a Caluinianis Ministris, *certum est, ac constitutum quasi dogma, vbi Dei gloria agitur*. (Si quæ apud Reformatos Dei gloria est) *mentiri, & mendacium deinde veritatis specie fucare, non modo licitum esse, sed nonnunquam necessarium*. Hæc si non admiseris, fœtidum tu rusparis sterquilinium, dum Patrem vocas ἄχρονον, & ἀγέννητον, quod similes voces in Scripturis de eo, Gregorio Nazianzeno teste, non digeruntur. Vel si tibi ille est

est ἄχραντος, & ἀγέννητος, summa labe, & immedicabili vulnere conscientiæ tuæ, si tamen conscientia munitus res Ecclesiasticas tractas, & in tuos Reformatos perfidia culpam commereris, qui vocas in scriptura non traditas Patri appingis. Quæ ritus, & consuetudinis sunt, licet varia, & multiformia sunt, non scindunt Ecclesias. Dogma est, quod vel minimum proscindit, & diuidit. Sed quia hostia Pontificiorum in orbem cogitur, Græcorum quadrata est, & quamuis aliquando orbiculata in pane imprimatur, dum præparatur tamen, & scinditur in angulos quatuor efformatur: Pontificij cum eleuant, super caput eam extollunt ambabus manibus, quod aliter faciunt Græci. Adde etiam Gtæcos Græca lingua sacra peragere, Pontificios Latina, & alia quædam minutiora non eodem modo peracta, non puto propterea inter Pontificiorum, & Græcorum Sacramentum diuersitatem vrgebis, quod faceret dementissimus Hottingerus consueto illo suo axiomate, *est tamen aliquod discrimen*. Sic enim ille, suum inter has duas Ecclesias dissensum argutatur. Si quocunque discrimine, vel minimo seiunguntur Ecclesiæ, refragatur tamen Photius Epist. 64. ad Theodorum Abbatem, qui similem ratiocinandi modum eludit, ab Iconoclastis profectum, qui similbus nugis oppugnabant imagines; Christi effigies, vel Deiparæ aliter apud Romanos, aliter apud Indos, aliter apud Græcos, aliter apud Æthiopes repræsentantur, nec vllam inter se similitudinem seruant: cum quæ vera sit ignoretur, omnes reprobandæ venient. Nugas ex aliquo discrimine desumptas, sic irridet Photius; Sic Euangelium Christi abnegandum esset, cum alijs formis, & literarum notis apud Romanos, alijs apud Indos, alijs apud Ænthiopas exaratum est; nec solummodo notis figurisque, sed sonis, & votum notionibus valde inter se discrepantibus enunciatur. Apud nationes

omnes

omnes non vna de Deo ſententia eſt; & licet in plurimis maximiſque abſe ipſis diſſideant, quia vero in communium principiorum ſenſu, vna omnium eſt exiſtimatio, nullus omnium, niſi qui ſine vllo religionis cultu viuit, Deum eſſe,ob hoc aliquod diſcrimen abnegauerit. Et ſi Crucem adorandam eſſe fatentur, quamnam ex illis venerabuntur? eamne, quæ cum titulo efformatur, an eam quæ ſine titulo, cum certo affirmare nequeant, quænam vera ſit, & quæ ad primigeniæ ſimilitudinem accedit. An etiam ob hanc eandem varietatem, & aliquod diſcrimen ſacra omnia, & potiſſimum, quæ de Sacroſancta Euchariſtia, & immaculata oblatione peraguntur, reſpuenda ſunt? Et vt magis rideas hoc aliquod diſcrimen; Chriſtum dicunt Græci ſibimet ipſis ſimilem ſtitiſſe, Romani ſibi potius, Indi figura ſua, Æthiopes ſua; ideoque non conſtat, quis pro vero Chriſto habendus ſit. Ergo credendum non eſt ob hoc diſcrimen, in carne Chriſtum fuiſſe. Et nihilominus, qui renuebant imaginum cultum ob hoc aliquod diſcrimen, ſibi adſciſcebant, quibuſcunque notis, ac lingua exaratum Euangelium, Deum eſſe confitebantur, Crucem Chriſti venerabantur, ſacris ſe initiabant, ſacra myſteria per verba Chriſti tranſelementata agnoſcebant, & Chriſtum generis humani redemptorem in carne paſſum prædicabant. Et Hottingerus, ob aliquod diſcrimen non permagni momenti lynceis oculis penetrat diſſidium inter Eccleſiam Græcam, & Pontificiam. Et non dicetur omnia perdidiſſe,cum ſe non habeat? Ad te redeo Creyghtone. Tot reſponſionum ſalebræ contra Patres, & Concilia, præter noſtrum inſtitutum ſunt. Ipſi rem quærant. Nos diſſenſum inter Pontificios,& Græcos in Sacramento altaris quærimus, & an illi conueniant in Tranſubſtantiatione, & veritate corporis Chriſti in pane, ſiue illud fermentatum ſit, ſiue Azymum. Tu omni aſſeueratione

affirmas; *Græcorum Sacramentum diuersum esse a Pontificio, Græcos de Transsubstantiatione nunquam cogitasse, nec per somnium. Hostiam sine fermento peperisse Transsubstantiationem, & hoc non ante Innocentium III. in Lateranensi Concilio.* Sed dicta nulla firmas argumentatione, semissis ac infima de gente homo. Qua dignitate? Quo titulo? Satis, superque respondere tibi poteram vnico verbo, Pernego. Cui tu nihil posses opponere. Turpe siquidem est, nec omnino ferendum, te ab altero veritatis rationem reposcere, quam pro tuis reddere potis non es. Ego tamen, vt hoc Græcorum Sacramentum a tuis aliorumque calumnijs eximerem, ex multis pauca, sed opportuniora ad probandum, vnam esse Græcorum, & Pontificiorum de hoc Sacramento sententiam, ex Græcis testes potissimum produxi, qui sua satis aperte demonstrant. Male locabis operam, si in Pontificiorum, vel Græcorum dicta inueharis. Modo quæstio est, non de veritate dogmatis, sed de opinione Græcorum, & an ea Pontificiorum respondeat. Respondere non negabis in omnibus non semel, sed sæpius ad vniuersis, tum Catholicis, tum Schismaticis inculcata. Si voces sunt cogitationum atque animi indices, mentem Græcorum, ex iam adductis, quidquid Reformati insipiant, planam atq; apertam habemus. Quare cum dicant, substantiam panis, siue ille fuerit fermentatus, siue azymus, verbis Domini, & hoc ab initio Ecclesiæ ante Innocentium, & Lateranense Concilium, transelementari vere in substantiam corporis Christi, & in substantiam sanguinis. Ergo re ipsa, non *per somnia* de Transubstantiatione cogitarunt: ideoque Sacramentum Græcorum non est a Pontificio diuersum, sed vnum & idem. Et sic τὰ τῶν αἱρετικῶν γλωσσαλγίας, καὶ ἐρεσχελίας τὰ κύματα εἰς ἀφρὸν διαλύονται. Quare cnm Creyghtonus, Hottingerus, & alij imprudentia lapsos homines non erigunt, sed proterue, sed machinis ada-

adactis valentes, & virtutum omni genere florentes atque incolumes in præcipitia ignorantiæ pertinaci studio impellere desudant, impij atque inhumani sunt.

Et hæc quidem de Transubstantiatione Græci, & Pontificij, edicto decretoque in auribus omnium personant. Id si est, in Sacramento conficendo non bene inter eos conuenire, qui præfracte suis erroribus non insistunt, facile dignoscent. Nam, vt aiebat Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 20. *Quorum animum occupauit alicuius erroris opinio, quidquid aliud asseruerit Scriptura, figuratum arbitratur, & obfirmata voluntate patentem veritatem inuadit, & in clarissima luce tenebris circumfundi æquo animo patitur.*

EXERCITATIO XXIX.

Patriarcha Constantinopolitanus, licet Nicææ resideret, Constantinopolitani nihilominus nomine inter Græcos munia sua exercebat. Michaëlem Autoriarum non esse electum Patriarcham Constantinopolitanum a Venetis. Cura Summorum Pontificum super omnes fideles, & infideles. Michaël Imperator vindicatur e Calumnijs Creyghtoni. Legationes Michaëlis Imperatoris ad Romanum Pontificem, pro vnione Græcorum, Ioannis Vecci laudes, & eius conuersio. Nicephorus Blemmida quis, & qualis? Metochitarum familia nobilissima.

Pag. 41. *SOlum Binnius in Synodi prologo Summum Pontificem, ait, curam adhibuisse, vt Græci longo Schismate seducti ad Ecclesiæ Romanæ communionem reducerentur, literisque publicatis generale Concilium indixisse Romam: eoque confluxisse inter quadringentos & duodecim Episcopos, Patriarchas, Constantinopolitanum, & Hierosolimitanum.* Non es multum in antiquorum libris volutatus, Creyghtone; ideoque non multum habes, quod des. Sic luculente tibi videris

ris emergere, si vnico Binio tua comprobes. Miseranda plane egestas supellectilem tuam literariam præfocat. Hinc vno Binio contentus decernis. Sed scire debueras, non solum Binium id asserere, sed multos quoque alios antiquiores, quibus Binius sua debet. De Patriarchis Constantinopollitano,& Hierosolymitano Abbas Vrsper-gensis, qui eadem tempestate scribebat. *Inter quos fuerunt de præcipuis Patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus: Antiochenus enim graui languore detentus, venire non potuit, sed misit pro se Vicarium Antidonensem Episcopum. Alexandrinus vero sub Saracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se Diaconum suum germanum*. Hæc eadem ijsdem verbis redduntur ab Alberto Stadensi, Matthæo Parisio, & alijs: Et ex Recentioribus Gilbertus Genebrardus in Chronologia anno 1215. *Duodecimum Oecumenicum Lateranense, in quo præfuit Innocentius Papa; Interfuerunt duo Patriarchæ Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus: Archiepiscopi, tum Græci, tum Latini septuaginta; Episcopi 400. Legati Romani, & Græci Imperatoris*. Et ex tuis Ioannes Funccius Commentar. in Chronologiam lib. 10. *Concilium quod Romæ celebratum est, omnes Christianitatis Reges, aut per se, aut per legatos, vna cum præcipuis ex toto orbe Patriarchis visitarunt; sed quæ in hoc acta sunt, in libro Conciliorum habentur. Reges & Patriarchæ ab Abbate Vrspergensi recensentur*. Et alij, ne singulos recenseam. Et tu dicis solum Binium scribere, Patriarchas Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum confluxisse. Et tot alij dicunt confluxisse. Tuum fuerit probare non confluxisse. *Qui enim probat Binnius Patriarcham Constantinopolitanum ad Synodum Romam peruenisse, quem Constantinopoli non habebant? Flandri vi & armis omnia occupauerant. Theodorus Lascaris Nicææ consederat; Trapezunti ad Pontum gens Comnena*. Annon probant tot scriptorum testimonia? Tu vero nescis, occupata a Flandris Constantinopoli, cum Theodoro Las-

cari

cari Nicææ Patriarchas consedisse, ibique, vti antea exercuisse, & dignitatem Patriarchalem retinuisse, Patriarchalia munera sub Patriarchæ Constantinopolitani titulo administrasse, & æque atque Constantinopoli considerent in throno, gubernacula Constantinopolitanæ Ecclesiæ pertractasse, quæ vel cœcis obuia sunt, & per ora omnium volant. Capta siquidem a Flandris, & Venetis Constantinopoli, Græcisque perdomitis, duo in ea potissima. Regnum, & Ecclesia dimensa, Regnum sibi Flandri, Veneti Patriarchatum obtinuere. Hinc Balduinus a Flandris Imperator, Thomas Maurocenus a Venetis Patriarcha Constantinopolitanus designati. Theodorus Lascaris Nicæam fuga cum parua militum manu se conijcit, quem postmodum alij Græcorum proceres, & quibus Latinorum dominatus non admodum arridebat, subsecuti sunt. Hæc fuse distincteque narrant, Nicetas Choniata, Georgius Acropolita, Blondus, Æmylius, alij. Tu solum talpa cœcior, atque infelicior rebellas. *Et cum quarta Synodus in Laterano ageretur, Michaël Autorianus secundus post Maurocenum a Venetis datus Patriarcha sub Lascaridum præsidio solium in Asia fixerat.* Si tua auctoritas tanta esset, vt etiam erroris suspitionem tegere possit, non tantum quæ communi consensu probantur, sed quæ etiam condemnantur, & aurum vt plumbum factum, vt ita dicam, sequeremur: sed cum nulla tui existimatio grauis apud catos viros habeatur, hac ætate, qua seuera iudicia hominum fiunt de rebus omnibus, tua omnia præuertendi, confundendique licentia ac mera libidine perspecta, multisque tuis contra vtilitatem Christianæ Reipublicæ, contra etiam sociorum Reformatorum, & factis, & cogitatis, in tuis Scriptis, atque temere commentis deprehensis, tantum abest, vt fidem adhibeant, vt tua etiam dicta, vti nullius momenti, ac ponderis proijciant. Non est quod longe petantur exem-

pla.

pla. Ex hoc disce reliqua. Dicis, *Michaëlem Autorianum secundum post Maurocenum a Venetis datum esse Patriarcham*. Quis non videt nouum atque inauditum deliramentum? Michaël Autorianus secundus post Maurocenum datus est a Venetis Patriarcha. Qui eadem ætate cum Mauroceno Nicææ Patriarcha Græcorum præsidebat, quomodo secundus post Maurocenum a Venetis datur? An Veneti eodem tempore duos Patriarchas vnum Latinis, alterum Græcis dederunt, non contenti vno suo, nisi etiam Græcorum Patriarcha locupletati fuissent? Post Maurocenum ad recuperatam Constantinopolim a Græcis alij, atque alij ritus Latini Patriarchæ Constantinopoli successere, quemadmodum Nicææ ritus Græci, qui non mutato titulo Patriarchæ Constantinopolitani nomine signati fuere. Non credis? Sed mutum reddunt te, Gregorius Acropolita, qui tradit, firmato, vtcumq; potuit, a Theodoro Lascari Nicææ Imperio, Ioannem Camaterum, qui capta Constantinopoli Didymotœchum aufugerat, accersitum ab Imperatore Nicæam, accedere noluisse, & scripto Patriarchatui renunciasse. Eo demortuo a Græcis eligitur Michaël Autorianus, alijs Saurianus est, Nicææ anno 1207. Excepit illum Theodorus Irenicus ibidem. Theodorum Maximus Abbas Monasterij Acœmitarum, Maximum Manuël Charitopulus, Manuelem Germanus Nauplius, Germanum Methodius Hyacinthi Monasterij præses, Methodium Manuel, Manuelem Arsenius Autorianus, Arsenium Nicephorus Metropolita Ephesius. Et hi Byzantini Patriarchæ extra Byzantium Nicææ in throno considere. Collige seriem ex Georgij Acropolitæ historia, Nicetæ Choniatæ, Georgij Pachymeræ, & Ephramij Byzantij. Quod si tædet te laboris, atque diligentiæ, adito librum secundum nostri Operis de Consensione Ecclesiarum cap. 14. Quid porro illud est? *Ex actis Concilij ostendi non potest, vel vnum quemlibet*

libet nationis Græcæ os aperuiße. Ergo nullus nationis Græcæ in eo Concilio fuit. Quasi in actis Concilij omnium sermones, & verba expresse adnotanda sint. Et forte etiam ex ijs pleraque interlocuti sunt in actis, quæ vt fieri amat, interciderunt: vel etiam a Scriptoribus prætermissa, vt minus scitu necessaria. Veluti si diceremus, a tuo Syropulo disputationes Græcorum, & Latinorum designatæ non sunt; ergo in Concilio inter Græcos, & Latinos decertatum non est. Neque pulcherrimum illud transilendum est; vt vis argumentorum Creyghtoni pateat. In Concilio Lateranensi non fuerunt Patriarchæ, neque Constantinopolitanus, neque Hierosolymitanus, neq; alij Græci: Patriarcham Constantinopolitanum tum in rerum natura non fuisse probare conatur. An solide? vidimus supra. Ergo non fuit Constantinopolitanus, neque Hierosolymitanus. Quomodo in hac tua argumentatione locum habet Hierosolymitanus, de quo nulla ad rem argumenta adduxisti? Ex multis, quæ forte recondis in pectore, vel vnica, eaque sola confirma ratione: & tum concludemus, neque Constantinopolitanum, neque Hierosolymitanum Romam ad Synodum peruenisse.

In superioribus Concilijs Pontifices Maximi oblatis occasionibus Græcos ad concordiam inuitarunt, non tam pangendæ caritati inseruientes, quam dilatandæ iurisdictioni suæ in Christianum orbem, cuius magna pars erat, & Occidentali suppar Orientalis Ecclesia. Et infra de Lugdunensi II. sub Gregorio Papa; *Qua vniuersam iurisdictionem Pontifices Romani immaniter attollere cœperunt*. Cui præ fastidio bilem non mouerit Creyghtonus, eadem per eadem boans ac reboans, & de eadem re singulis fere paginis obtrudens, Romanos Pontifices, non fidei, sed iurisdictionis suæ dilatandæ gratia vnionem Græcorum procurasse? Pontifices hanc vnionem sedulis studijs, impensis, & curationibus, & rerum admini-

stra-

ſtrationibus procuraſſe, nemo niſi mente deſipiens negauerit. Chriſtus Dominus Petro paſcendas oues commiſſit, hocque ſi Patrum, & Sanctorum Scripta in quæſtione, atq; in incerto non ſunt, ſolicitos continuo tenet Catholicos. Quare Petrus pro ſui muneris dignitate paſcit oues Chriſti non ſolum congregatas in ouili, ſed omnes etiam diſperſas, & diſſipatas, & quæ non dum ſunt oues, & longe aberrant, in vnum Chriſti ouile congregandas atque paſcendas ſuſcepit, & in ſepta Euangelij deducendas: ſunt enim oues tum quę fide diuina credunt, & in ea militant, tum quæ extra Chriſti ouile ignota religione pererrant. Ioannis decimo; *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, quas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor*. Et congregandi eas curam non ſolum Petro, ſed ſucceſſoribus quoque concredidit. Ioannes Chryſoſtomus lib. 2. de Sacerdotio; *Quamobrem ille*, nempe Chriſtus, *ſanguinem ſuum effudit, certe vt errantes oues in vnum congregaret, quarum curam tum Petro, tum eius ſucceſſoribus committebat*, & in viſione illa vrſis inſtara magni lintei, in quo erant omnia quadrupeda terræ, & feræ, & ſerpentes, & volatilia, audit, macta, & comede: quam ille ſummam cœnæ immundæ lautitiam, cum auerſaretur, audit denuo, immunda non eſſe, quæ Deus effecerat pura: futurum nanque erat, vt omnes ad Eccleſiam e quatuor mundi partibus, vt Auguſtinus ait, venirent: Nam Petrus Eccleſiam refert, cuius perſonam ſuſtinent eius ſucceſſores. Occidendi erant, & mactandi ab ipſo Petro, & eius ſucceſſoribus: interficienda nempe in eis vita præterita, qua non nouerant Chriſtum, vt tranſirent in corpus eius tanquam in nouam vitam, & communionem Eccleſiæ eſurirent. Hæc vox tum Petro coniecta, nunc ſucceſſores illius continuo iaculum, & vlcus cordi inſidens, perpetuis curis, & curis domeſticis ita macet, vt nunquam

quam

quam animis relaxentur. Et de hoc vna mente, & voce Græca Ecclesia cum Latina concinere infra probabimus. Sed Græci dicunt, Papam esse hæreticum, & erroribus cum de ritibus Ecclesiæ declinauerit, commaculatum: ideoque non esse successorem Petri; & sic nec ad eum pertinere, oues in ouile Christi congregare, quibus ipse vti caput de rebus fidei decernat. Esto dicant Græci, an propterea est? dicunt etiam id Reformati, & tamen non est, quia ipsi in Ecclesia non sunt. Pari ratione, & Græci, qui id dicunt, cum schismate infecti sunt, ideoque de rebus Ecclesiæ eorum iudicium in nulla æstimatione est, sicuti nec Reformatorum. Neque enim similium asserta diuinis eloquijs, neque Doctorum Ecclesiæ veteris decretis corroborantur. Sed Pontifices ampliandæ suæ iurisdictionis non propagandæ fidei intenti vnionem Græcorum procurarunt. Hæc quoque inscitiæ tuę nugæ sunt, qui nescis quantum sit, & quantum Pontificiæ maiestatis imperium proferatur. Non terminis illud certis difinitur, non metis circumscribitur; vbique dummodo homines cum ratione viuunt, siue illi Christi fidem amplexi, siue extra Ecclesiam aberrant, iurisdictionem suam distendit. Quid multa? Da mihi animam rationis compotem, & ego illi dabo pastorem diuino eloquio constitutum, Petrum, illiusque successores: ideoque nullam facit intercapedinem fideles pascendi, vagos, palantesque in ouile reducendi, rebelles corrigendi, instruendique. Hinc factum est, vt nationem Græcorum post disseminatum a Photio schisma assidue ad concordiam inuitauerit, & cursu continente fugientem secuta, non antea dimiserit, quam ad mentem recti consciam directam, deduxerit: Et quod Pontifices pangendæ caritati inseruientes compleuere, id tu iurisdictionis dilatandæ causa fecisse inique, improbeque affirmas: & vti ad vinum disertus eodem tempore Imperatores

ipsos proditionis insimulas, quasi illi muniendæ suæ potestatis causa. *Pag. 42. Quoties a Turcis circumfusis agminibus dominium Orientis quassaret, illico Romam aduolantes Helenam suam prostituerent, fidem nempe Græcorum a Latinis interpolandam, & quæcunque vellent copiarum incrementa prolicerent*. Quasi vero in aduersitatibus ad parentis sinum confugere, & præsidia postulare ad repellendos fidei hostes, morbos atque ægritudines animi pellere, & mutare mentem in melius, atrox piaculum sit. Multa hic possem dicere. vnum tantum addidero, si modo respondere non abnuis. Fides, quam Imperatores prostituerunt a Latinis interpolandam, eratne fides recta, an praua? Si praua: iam optime factum est, dum a praua ad bonam frugem sese recipiunt, & ab errore in viam deducuntur: & tu improbus es, a vitio ad virtutem reuocationem inter criminosas maculas collocans. Si bona; quare tu eam non sequeris, sed ex aduerso, & pertinaciter illam oppugnas? Græci antiquo suo instituto adorant imagines, orant pro mortuis, vt liberentur a lacrymis, pœnis, tormentis, igne non æterno, neq; enim errorem Origenis sequuntur: Transubstantiationem panis, & vini in corpus Christi verum, & verum sanguinem, præeminentiam Romani Pontificis in vniuersam Ecclesiam fatentur, & prædicant; & innumera alia, quæ tu cum tuis Reformatis impudenter inficiaris. Cum rationi consentaneum sit, si tamen ad bestias prouocare nolis, recta sequi, & praua abijcere. Tu nihilominus aduersis stas vestigijs, & fidem, quam laudas, opprimis, quam improbas, consectaris.

Pag. 42. Nulli tamen Paparum supplices vota ad infœliciorem exitum perduxere, quam in his duobus postremis Concilijs duo Principes Palæologi, Michaël, & Ioannes, quorum gestis succincte enarratis animum parumper aduertere, fortaße nostrum nonnihil intererit. Michaël Palæologus astutus, & vafer. &c.

Iam

Iam extra quæstionis propositæ limites diuagaris, cum ex fide, & Helena Imperatoris Michaëlis digressus, ad uitia vitæ illius, & maculas orationem conuertis, quasi vero vnus Imperator, licet sit improbissimis moribus, necessario suæ fidei desertor sit. Esto nanque astutus fuerit, & vafer, & quæcunque alia, quæ in ipsum congeris, & pro tutando suo Imperio ad Papam confugerit, auxilia impetraturus, non negabis tu tamen, exemplum aliorum secutum, studia sua omnia in id conuertisse, vt concordiam Ecclesiæ Græcæ cum Romana compleret, vt narrat in Historia Georgius Pachymeres, quod superatis aduersarijs feliciter perpetrauit, submouitque Patriarcham, quod ille affectibus nonnullorum plus nimium concederet, & in locum illius Magnum Chartophylacem Ioannem Veccum suffecit. Vt vero Michaël in vnione absoluenda se gesserit, satis abunde ex ipsis Græcorum historijs in Opere, de Vnione Occidentalis, & Orientalis Ecclesiæ lib. 2. cap. 15. designauimus, quæ nunc repetere æquus Lector non indignabitur, vt Creyghtoni infantia in rebus Græcorum pateat omnibus. Michaël Palæologus siue proprijs commodis, vt Græci tradunt, prouidens, siue augendæ religionis Catholicæ etiam in Græcia stimulo excitus, sedulo studuit, ac indefessa diligentia id vnum fere per totum sui Imperij tempus procurauit, vt vnitas Ecclesiæ redderetur, & inter Græcos, & Latinos ob religionem odia sedatis animis, licet alij Ecclesiastici Præsules vt plurimum reluctarentur, finem haberent. Hinc spissæ ab eo ad Pontificem Romanum, & præcipue Gregorium Decimum, quo familiarissime ante Pontificatum vsus fuerat, & Summorum Pontificum ad ipsum legationes, frequentes Constantinopoli Synodi, quibus vnionis modus inuestigabatur, contra contumaces, & renitentes acerbissima supplicia, cum amplectentibus dignitates, atq; honores erogati

 sunt.

ſunt. Eorum pleraque in hiſtoria retulit Pachymeres, maligne admodum tacuit Gregoras. Nos ex multis pauca colligemus. Prima ad Pontificem fuit ſtatim atque ab ipſo Byzantium debellatum eſt, & rebus Vrbis prouiſum. Legati Nicephoritzes, & Alubardes in ipſa Italia deprehenſi, tanquam Gręcis Latinos prodidiſſent, vltimo ſupplicio, eoq; acerbiſſimo, pœnas luunt. Quare illa legatio fruſtra ſumpta eſt. Pachymeres lib. 2. in fine, & lib. 3. Ὅθεν καὶ συχνάκις μὲν πρὸς τὸν Πάπαν πρέσβεις ἐξῆγε, καὶ δώροις ὑπήρχετο. αἰεὶ γὰρ ἐκεῖθεν τὸν κίνδυνον καθυπώπτευεν, ὡς μηδ' ὁπωσοῦν ἠρεμησόντων τῶν Ἰταλῶν, δι' ὧν, καὶ τὰ κεῖθι, ὡς ἑαυτὸν κατασφαλιζόμενος ἐπεχείρει τοῖς ἄλλοις θαρρούντως. συχναῖς γοῦν πρεσβείαις, καὶ δεξιώσεσι μὴ μόνον τὸν Πάπαν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν Καρδιναλείων, καὶ τῶν παρ' ἐκείνῳ δυναμένων ἐξεμειλίσσετο. *Hinc etiam ad Romanum Pontificem frequentes legationes mittebat, quem ſibi muneribus conciliabat: ſemper enim ea ex parte diſcrimen adfuturum ſuſpicabatur. Nunquam etenim Italos quieturos exiſtimabat. Qua propter illis, vti poterat, in tuto poſitis, ad alia audacter manus admouebat. Frequentibus itaque legationibus, & largitionibus non Papam ſolum, ſed & multos Cardinalium, & eorum qui apud illum plurimum valebant, demulcebat.* Altera legatio ab eodemmet Pachymere lib. 5. commemoratur, tum ob Legatorum inter alios Græcos præſtantiam, tum ob munera magnifica, & veſtes Eccleſiaſticas pretioſe textas, quæ Romano Pontifici mittebantur, tum deniq; propter optabiliſſimum, quem ſortita eſt, effectum, illuſtris. Legati fuerunt ex Eccleſiaſticis Germanus ex Patriarcha, Theophanes Nicænus; ex Senatoribus Magnus Logotheta Acropolita, Protoueſtiarius Panaretus, & Magnus Interpres Berrœota. Hi ad Maleæ Promontorium, cum ſæua tempeſtate deluctati; Senatores cum vim fluctuum effugere non poſſent, in terram delati, ab ijsdem fluctibus abſorbentur; & munera illa pretioſiſſima diro maris gurgiti præda data eſt.

Eccle-

Ecclesiastici, & Logotheta, qui in altum se contulerant, non sine magno vitæ discrimine Methonem reijciuntur, tandemq; Romam ad Magnum Pontificem adnauigant; a quo humanissime excipiuntur, & de vnione conueniunt: postea amplis præmijs affecti, cum Pontificijs Legatis Byzantium redeunt, & remoto Iosepho Patriarcha, vnioni offenso, & Nicolao Chalcedonensi, in regia Sacrum faciente, cum dies festus pro depositione Catenatum diui Petri Apostolorum Principis ageretur, Epistola ex Apostolorum Actibus, & Euangelium, quidquid alij dicerent, Græce atq; Latine recitantur, & suo loco Papæ mentio fit. Et notandum est Germani huiusce in propaganda vnione studium, cui etiam, antequam legationis munere fungeretur, addictissimum fuisse, indeque male apud Schismaticos audisse, ex Schismaticis ipsis in Patriarchatu, & post Patriarchatum infensissimis planum est. Auctor Manuscriptus penes me de Translationibus Episcoporum. Πάλιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ὁ Ἀδριανουπόλεως Γερμανὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Μαλχουτζᾶς, ὃς καὶ λατινόφρων γέγονε, καὶ κατὰ τῶν εὐσεβῶν διωγμὸν ἐκίνησε μέγαν, καὶ μετετέθη εἰς Κωνσταντινούπολιν λῃστρικῶς. *Rursus sub eodem Imperatore, Michaële Palæologo, Germanus Adrianopolitanus cognomento Malchutza, qui vna cum Latinis sentiebat, & contra pios persecutionem ingentem mouit, translatus est ad Constantinopolitanam sedem, prædonum more.* Pachymeres lib. 5. *Marcutzam* appellat, & cognominis causam dat. Ἦσαν δὲ καὶ τῶν περιττῶν, καὶ τῶν εἰς κατηγορίας εὐκόλων, οἳ καὶ προσονειδίζοντες Μαρκούτζαν προσωνόμαζον, προσάπτοντες ὄνομα Περσικὸν ἐξ αἰτίας τῆς, ὅτι ἐκεῖνος τὸ γένος τὸ συνεγγὺς Λαζὸς ἦν, τὸ δ' ἀνέκαθεν καὶ Γαβρᾶς. *Peracutuli vero, & ad maledicendum proniores, exprobrantes, Marcutzam nominabant, appellatione Persica, quod ille proximo genere Lazus erat, remoto vero Gabras.* Plures illius laudes prosequitur Pachymeres ibidem. Successor Germani Iosephus Galesij Monachus, qui noluit ab

ab Heracleenſi Epiſcopo Pinaca, vti moris erat, conſecrari, aſſerens eum a Germano fuiſſe promotum, Latinos ſecuto, ſed in Regia a Mytilenenſi Gregorio promouetur. Et cum ſui ſceleris Imperator, licet ſe plane ad pedes Patriarchæ Arſenij deijceret, pœnitentia fretus, veniam impetrare non poſſet a Romano Pontifice ſe eam impetraturum ſperat, ibidem; Καὶ τέλος ἐπετίθη πολλάκις, ὡς ἐπεὶ καὶ κανόνων ὑπερφρονεῖ ὁριζόντων μετάνοιαν, προσπίπτειν τῷ τῆς Ῥώμης Πάπᾳ καιρός, καὶ ἀντιβολεῖν σώζεσθαι. *Et hoc quoque apponebat, quandoquidem Patriarcha Canones, qui pœnitentiam præcipiunt, ſpernat, tempus iam adeſſe, ad pedes Papæ ſe proijciendi, exorandique ſalutem*. Tandem Imperator pulſo Patriarcha Ioſepho, & in eius locum Ioanne Vecco ſubrogato, vnionem Eccleſiæ Græcæ, cum Romana ſtabilit, capita tria concluduntur, quæ Summus ipſe Pontifex popoſcerat. Latini etiam in Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituti, dum Græci celebrant, in adytis ſacris interſunt. & pane benedicto, quod *Antidorum* vocant, vna cum Græcis veſcuntur, & in omnibus alijs præ vna Sacramentorum communione admittuntur. Et hæc omnia ex mente Pontificis, ad cuius nutum cuncta dirigebantur, proceſſere, vt planum ſit ex Epiſtolis Michaëlis Patris, & Andronici Filij Imperatorum, quas ad Pontificem dedere, publicauitque in Annalibus ſuis inſignis pietate, doctrina, & rerum Eccleſiaſticarum notitia Lucas VVaddingus: nec non ex Memoriali, & Ioannis Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani literis, quas ex penu Manuſcripſorum Bibliothecæ Barberinæ depromptas, in Opere meo exhibui. Sed Michaël ab Andronico filio Eccleſiaſticam ſepulturam conſultis Græcis non obtinuit. Hoc Michaëlis pietati nihil officit. Vt Græcorum res afflictas ſubleuaret, vt pietas oppreſſa tandem emergeret, vt ius ſuum cuique iniuſte, & malis artibus intercluſum reſtitueretur, & ad nutum cui debuerant præ-

ſto

sto essent, fecit quod potuit, & donec vixit mordicus sustinuit dignitatem, & decus Romani Pontificis. Si mortuus vilis habitus est, sepulturam Ecclesiasticam non obtinuit, exhumatus, esca canibus, atque circumuolitantibus auibus expositus, si pessima omnium cadauer illius perpessum est ab impijs, & nequissimis Ecclesiæ Catholicæ rebellibus, hoc nihil dignitati illius, & gloriæ vulnus imposuit, nihil detrimenti adiunxit. Dic Creyghtone, SS. Doctorum Ecclesiæ, Martyrum, qui pro Christo Redemptore generis humani sanguinem, & vitam profuderunt; Piorum, qui spretis terrenis omnibus, solius Dei, solius Christi seruitio sese subiecere, & ad finem vitæ calamitatibus, angoribus, ægritudinibus, fame, & siti, nuditate, ac tandem molestis omnibus miserrime diuexati sunt, reliquias Reformati isti tui sanctissimi, & religiosissimi, nonne e sacrarijs erutas, & thecis extractas, auro, argento gemmisque spoliatas, quæ in sacculis deposita in commoda sua conseruant, nonne calcandas proijciunt, & canibus æque atque Turcæ, & infideles exponunt? I nunc tu, & argutare, quia post mortem sic a delectis ad omne facinus hominibus pertractantur, integerrimos Ecclesiæ Doctores, Martyres, Pios fuisse astutos, vafros, rerumque callentes quem vellent oris habitum induendi, suos sensus occulendi, alienos explorandi peritos, qui vexationibus illis, atque tormentis, vt dignitati, & decori, dum viuerent, & post mortem gloriæ suæ consulerent, studium omne flexere. O improbitatem! O maleuolentiā in sanctissimos quosq; Creyghtonianam! Adde hic Papam, sicuti, & reliquos Episcopos sub pœna dispendij vitæ æternæ iura suæ Ecclesiæ defendere obligari. Vide iuramentum, quod emittunt; Reformatis gloriosum reputatur augere, & propagare suas hæreses, & criminosum hunc conatum in Pontifice iudicant. Annon vnusquisque tenetur sua defendere,

dere, locupletareque, vbi id secundum ius, fasque fieri potest?

Pag. 42. Ad ea tempora magni Scriniarij munere fungebatur Beccus, Vir literis insigniter imbutus, quibus ab excellenti memoria, & expeditissima linguæ volubilitate in omnem casum serij sermonis adeo prompte vtebatur, vt singularis doctrinæ speciem præberet. Qualis quantusque fuerit hic Veccus in notitia, ac cognitione rerum omnium maximarum, ad amussim nobis expressere Nicephorus Gregoras Histor. lib. 5. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς τῆς μεγάλης ἦν ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ ὀνόματι Βέκκος, συνετὸς ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ λόγου, καὶ παιδείας ζόφιμος, τοσούτοις δὲ καὶ παρὰ τῆς φύσεως συγκεκροτημένος χαρίσμασιν, ὅσοις τῶν τότε ἀνθρώπων οὐδείς. σώματός τε γὰρ εὐμήκους μεγέθει, καὶ ὄψει μετὰ τοῦ χαρίεντος ἐμβριθεῖ, καὶ μεγαλοπρεπεστάτῃ, καὶ γλώττης εὐκολίᾳ, καὶ δρόμῳ συντόνῳ, ἄλλοις τε πλείστοις, καὶ ἔτι διανοίας εὐπορίᾳ τε, καὶ ὀξύτητι πρὸς ἅπαν τὸ προτιθέμενον. τούτοις ἅπασιν ἄριστα τοῦτον ἡ φύσις ἐξώπλισεν, ὡς εἶναι βασιλεῦσι, καὶ ἄρχουσι, καὶ πᾶσι σοφοῖς αἰδέσιμον, καὶ λαμπρὸν περιλάλημα. τοῦτον γενναίως ἀνθιστάμενον τῷ βασιλικῷ δόγματι, παντοῖος ὁ βασιλεὺς ἐγεγόνει, δι' ἑαυτοῦ τε, καὶ τῶν τότε λογίων ἀποδείξεσι λογικαῖς, καὶ νομίμοις πείσας, συνθέσθαι τῷ δόγματι. ἀλλ' ἐκεῖνος τῇ εὐθηνίᾳ τοῦ νοῦ, καὶ τῆς γλώττης ἅπασαν συγκυκῶν, ὡς εἰπεῖν, ἀκοήν, ἀνέλυε τὰ τούτων προβλήματα, καθάπερ τινὰ Πηνελόπης ἱστόν, ἑλληνικῆς μὲν γὰρ παιδείας ἕνεκα, ἦσαν οἳ τότε προεῖχον αὐτοῦ, φύσεως δὲ ὀξύτητι, καὶ γλώττης δρόμῳ, καὶ ἀσκήσει δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν, παῖδες ἀνδρὶ παραβαλλόμενοι πάντες ἐδόκουν εἰς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν ἐντεῦθεν ἐλπίδων ἐσφάλη, τὴν ἑτέραν ἐβάδιζε, καὶ συλλαβὼν αὐτόν, καὶ γένος μικροῦ πᾶν δεσμωτηρίοις καθείργνυσι δεινοτάτοις. καὶ ἦν οὕτω ταῦτα. ταῦτα δὴ νῦν τὰ συγγράμματα τοῦ Βλεμμίδου ὁ βασιλεὺς αὐθημερὸν πέμπει τῷ Βέκκῳ. ἅπερ αὐτὸς ἀναγνοὺς μετὰ πολλῆς ἀγχινοίας τὰς τῶν ἁγίων ἐζήτηκε βίβλους, ἐξ ὧν ὁ Βλεμμίδης τὰς μαρτυρίας ἦν ἐκεῖνος ξυνειλοχώς, καὶ μάλα ἀσμένως παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ ἐνδόσιμον εἰληφότι, ἔργον ἦν αὐτῷ τῆς λοιπῆς

ἐπι-

ἐπιμελῶς αὐτὰς ἐπιέναι, καὶ ἀνιχνεύειν, καὶ κατὰ λέξιν ἐπιστατεῖν, ὡς ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον αὐτὸν συνηθροικέναι μαρτυριῶν ὁρμαθὸν; ὡς ἱκανὰς εἶναι βίβλους ὅλας πληροῦν. καὶ ὁ πρὶν μάχιμος δίστομος κατὰ Λατίνων ἰσάμιλλος πρύμναν ἤδη κρουσάμενος ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖται. διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον ἀναβεβηκὼς, πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χεὶρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος, τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην Ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *His temporibus Magnæ Ecclesiæ Chartophylax erat Veccus, excellenti Vir ingenio, & doctrinæ studijs ab ineunte versatus ætate: præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quisquam alius illius ætatis. Nam & proceritate corporis, et maiestate vultus, et facundia, et vbertate, atq; acumine ingenij omnes ad res apti, alijsque dotibus præstabat. Quibus id erat consecutus, vt & Imperatoribus, & Principibus omnibus eruditis venerabilis, atque illustri apud eos fama esset. Qui cum Imperatorio decreto acriter aduersaretur, Imperator nihil non tentauit tam per se ipsum, quam per alios eruditos, vt eruditis, & legitimis rationibus eum aduceret, vt decreto assentiretur. Verum ille ingenij acumine, & copia orationis omnium animos commouebat, eorumque argumenta veluti Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum literarum doctrina erant, qui illum superarent, sed acumine ingenij, & eloquentia, & Ecclesiasticorum dogmatum vsu, omnes cum illo collati, pueri videbantur. Ea spe frustratus Imperator, aliam viam init, eumque, & omne fere genus eius in teterrimos carceres conijcit. Quibus peractis, tandem scripta Blemmidæ Imperator Vecco misit, quibus ille perlectis, Sanctorum libros, e quibus Blemmida ea collegerat, prudenter admodum postulauit, ijsque lubentissimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, vt diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum conferret. Itaque breui tempore eum testimoniorum aceruum coëgit, quæ integra volumina complere possent, &, qui dudum acerrime Latinis aduersabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam. Quamobrem*

Patriarchica sede conscensa, Imperatori unus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti Scriptoris calamus, & dicendo, & scribendo, & dogmata statuendo; eius certaminis adiutoribus Meliteniota, & Metochita Imperatorij Cleri Archidiaconis, & Georgio Cyprio.

Constantinus Meliteniota Orat. 1. de Process. Spiritus S.

Ἔδει δὲ ἄρα μετ' οὐ πολὺ, καὶ τὸ πᾶν τῆς περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ προμηθείας ἀποκαλύψαι μυστήριον, καὶ δεῖξαι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν τῆς ἡμετέρας κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον μηδὲν διαφέρουσαν. τί ποιεῖ; καὶ πῶς εἰς φῶς ἐξάγει τὰ τῆς θαυμασίας τῷ ὄντι, καὶ κρυφίου ταύτης βουλῆς; Ἐξ αὐτῶν τῶν πρώην ἀνθεστηκότων ἄνδρα τὸν τὰ πρῶτα φέροντα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμηγύρεως ἐπί τε σοφίᾳ, καὶ λόγοις αὐτοῖς. τὸν γὰρ τοῦ βαθμοῦ, καὶ τῆς τάξεως καὶ μνησθῆναι κομιδῇ περιττὸν, ἐξαίφνης ὥς ποτε τὸν μέγαν Παῦλον ἀνίστησιν, οὐκ εἰρήνην εὐαγγελιζόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο πᾶν ἀγαθὸν, ὅπερ ἐκ τῶν θείων γραφῶν μετὰ τὸ ταύτην ἐπαινέσαι συνέλεξεν. ἐπεὶ μηδὲ ἐναπέμεινεν, ὡς οἱ πολλοὶ τῷ γεγονότι, μηδὲ στῆναι μέχρι τῆς οἰκονομίας τῆς καὶ αὐτῆς καλῶς περιβάσης ἠγάπησεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοὸς πολυπραγμοσύνῃ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων ἐξητήσας γραφὰς ἐπὶ τὸ πλέον ταύτῃ; διέβη, καὶ τὸ τῶν ζητουμένων τέλος καταλαβὼν, τὸ πλήρωμα τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρήνης, ὡς ἀληθῶς διεπράξατο. τοῦτον καὶ τῆς ἐναντίας μοίρας περὶ τοῦδε, τῷ περὶ τὰ καλὰ πάντως ζήλῳ, καὶ τότε γνωριζόμενον πρόμαχον, ὁ προειδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν προώρισεν ἀρχιερατικῶς ἐν τῷ παρόντι προστῆναι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ δοῦναι πίστιν περὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐξ ὕψους ἀποκαλυφθέντα, τήν τε διάνοιαν, καὶ τὸ βάθος τῶν θείων γραφῶν. *Oportebat igitur non multo post et uniuersum circa nos suæ prouidentiæ mysterium manifestari, ostendique Romanam Ecclesiam in pietatis sanctitate nihil a nostra differre. Quid ergo ille operatur, & quomodo vere admirabilia, & occulta sua consilia in lucem producit? Ex ijs, qui antea rem oppugnabant, Virum tum doctrina, tum dicendi vi in Ecclesiastico coetu facile principem: gradus enim, vel ordinis, vel mentionem inducere nos haud paratos prorsus superuacaneum duco, vt quondam magnum Paulum excitat, non pacem solummodo denunciantem, & reliqua omnia*

omnia bona, quæ post pacis præconia ex Sacris Scripturis collegit: dum non, vti alij multi, in facto subsistit, neq; tantum in ea bene promouenda acquieuit, sed curiosa mentis indagine Sanctorum Patrum scripta exponens ad vlteriora illius processit, & finem eorum, quæ examinabantur, apprehendens, complementum paci secundum Christum vere, sincereque apposuit. Hunc aduersæ partis antea zelo ad honesta quæque prorsus bono, tum etiam propugnatorem agnitum, qui præuidet omnia antequam fiant, prædeterminauit in præsentia, vti Præsulem addecet Ecclesiæ suæ antistare, & de propositis nobis ex alto & sententias, & diuinarum Scripturarum profunda edoctum, fidem facere. &c. Multa de hoc eodem Vecco Georgius Metochita Oratione prima Historica, nondum edita quod sciam, prolixe narrat, quæ breuitati studens omitto. Tu vero pro ea, qua es dexteritate, & beneuolentia erga Catholicos, ex fragmentis Pachymeri, nescio qua fide, *Philosophiæ maiori peritia, non Theologia præditum inclaruisse*, contra iam dictorum testimonia, & ipsius Scriptorum explicatam euidentiam argutaris. Hoc est, de non visis, & non elucubratis more stultorum, & somniantium iudicium ferre, & de ijs, quæ nescias, pronunciare. *Pag. 43. Et cuiusdam Blemmydæ Commentarijs, pro Romana Ecclesia penitus immutatum. Pro veritate* debuisti dicere. Nanque in illius scriptis, non quid Romana Ecclesia, neq; quid de illa Græci sentiant vel tenendum ab illis sit, disputat: sed quid Patres, & Doctores Ecclesiæ de Processione Spiritus sancti expedierint, examinat. *Cuiusdam Blemmydæ Commentarijs.* Primus ea ætate omnium in eloquentia eminentissimus, in rebus Theologicis, ac Philosophicis princeps, in moribus ingenuus, ac Sanctissimus, Vir primæ notæ, & cuius vel solo affatu, vel aspectu, si id ab eo precibus exorassent, Deorum, vt ita dicam felicitati, non inuidebant, tibi fœneo homini, & inter infimatos infimo *Quidam* est. Sic pensantur literæ, eruditio, virtus, religio apud

Chreyghtonum, cui nihil laudabile eſt, niſi quod ex temeritate, eaque inconſideratiſſima effluit. Vide quæ de eo referunt Nicephorus Gregoras Hiſtor. lib. 2. Georgius Acropolita Pachymeres lib. 5. Fuiſſe eum aduerſus Græcos validum Latinæ ſententiæ de Proceſſione Spiritus ſancti, propugnatorem, Ioanne Duca rerum potiente, ſcribit Ioannes Veccus Oratione, de iniuſta ſui depoſitione. Hoc Magiſtro Veccus ipſe veluti ſol in nubes effulſit. Georgius Pachymeres lib. 6. Πίπτει γοῦν ἐς χεῖρας ἐκείνῳ τῷ Βέκκῳ τὰ τοῦ σοφωτάτου Βλεμμίδη γραφέντα πρός τε τὸν βασιλέα Θεόδωρον, ἀρχὴν ἔχοντα, τό, Ὁ ζητῶν οὐκ ἐν καιρῷ, καὶ λαμβάνων ἐν καιρῷ. καὶ τὰ πρὸς τὸν Βουλγαρίας Ἰάκωβον, τό, Ἔστι μοι πάθος, ὅπερ ἐξαγγελῶ. πρὸς ἀκέστορα γὰρ ἱερόν, προοίμιον φέροντα. *Inciderunt igitur in manus Vecci, cum ea, quæ Doctiſſimus Vir Blemmida ſcripſit ad Theodorum Imperatorem, quæ incipiunt. Qui quærit non opportuno tempore, & accipit opportuno; tum ea, quæ ad Iacobum Bulgariæ Archiepiſcopum, quæ eiuſmodi præſe ferunt prooemium; Eſt mihi morbus, quem patefaciam: quippe ad medicum ſacrum.* Manuel Caleca lib. 4. contra Græcos; *Indicio etiam nobis ſunt Nicephori Blemmidæ Monachi & Preſbyteri, cuius in omni virtute & ſapientia nomen inſigne apud omnes eſt, duo ad Theodorum Laſcarim Regem, Libri de Spiritu ſancto conſcripti, quibus indicatur ex Filio, & per Filium ſubſtantiam habere a Sanctis Patribus traditum.* Nicephorus Gregoras Hiſtor. lib. 5. Ὀψὲ δὲ ἐπὶ νοῦν ἀναβιβασάμενος ὁ βασιλεύς, ὡς καὶ πρὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἐπὶ τῆς Ἰωάννου τοῦ Δούκα βασιλείας ἡ τοιαύτη παρὰ Λατίνων ἐκινήθη ὑπόθεσις. καὶ ἦν τηνικαῦτα σοφὸς ἀνὴρ Νικηφόρος ὁ Βλεμμίδης, θείων γραφῶν ἐμπειρότατος, ὃς σχολὴν δεδωκὼς ἑαυτόν, ἤρξατο συλλέγειν πολλὰς παρὰ τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας, συγκροτεῖν δοκούσας τῷ τῶν Λατίνων δόγματι, καὶ λογογραφεῖν ἐπὶ τούτοις, λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν. ἐλογογράφει δ' οὖν ὅμως. *Tandem in mentem venit Imperatori eandem rem a Latinis ante annos vigintiquinque, Ioanne Duca rerum potiente agitatam fuiſſe: & tum doctum extitiſſe virum Nicepho-*

cephorum Blemmidam literarum diuinarum peritissimum, qui cum se in otium contulisset, multa e Sacra scriptura testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere, & conscribere cœpisset, clam ille quidem infamiæ metu, sed tamen scripsit quædam. Vitæ institutum Blemmidæ, rerum humanarum neglectum, atque religionis fixam propugnationem satis tibi demonstrabit Epistola illius Encyclica, de eiectione a sacris Marchesinæ Ioannis Ducæ pellicis. At illius integritatem vitæ, ac mores inflexibiles, sanctitatemque designauit Georgius Cyprius de vita propria; Κἀκεῖθεν εἰς Ἔφεσον ἧκε. ἔνθα καὶ ὡς ἐκ γειτόνων οἰκῶν εἴη ὁ Βλεμμίδης πυθόμενος, ἀνὴρ, ὡς ἐλέγετο, οὐ μόνον Ἑλλήνων τῶν ἐφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων σοφώτατος, πολὺς γίνεται πρὸς αὐτὸν κατὰ θέαν προθυμίαν τὴν αὐτοῦ. ἐπέσχον δὲ ὅμως ἄνδρες Ἐφέσιοι τῆς ὁρμῆς, εἰρηκότες ὅπερ καὶ ἦν ἀληθὲς, ὡς οὐ μόνον αὐτὸν ἀπαξιώσειεν ἰδεῖν ὁ φιλόσοφος νέον ὄντα, καὶ ξένον, καὶ πένητα, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ αὐτὸν χορὸς τῷ σφῶν Μοναστηρίῳ προσπελάσαι οὐκ ἂν συγχωρήσαιεν. τοῖς γὰρ κατ' αὐτὸν ἐπίσης, ὅτι ἀνὴρ ἀπρόσιτος ἔφασαν, ἀκλινὴς ὢν καὶ μετέωρος, καὶ ἥκιστα ἀφελείας ἐπιστρεφόμενος, ὅ, τε χῶρος ἀνεπίβατος, καὶ οἱ μαθηταί γε αὐτὸν ὡς λίαν δυσέντευκτοι ἀντ' ἄλλου παντὸς μαθήματος τοῦτο πρὸς τοῦ καθηγεμόνος παρειληφότες. *Indeque Ephesum peruenit*, nempe Georgius Cyprius, *vbi in vicinio Blemmidam agere audiens, virum, vt fama percrebuerat, non solum Græcorum, qui hac ætate nostra vita fruuntur, sed omnium quotquot sunt hominum sapientissimum, magno incenditur desiderio ad eum conuisendi causa accedere: impetum nihilominus illius represserunt Viri Ephesij, fassi, quod re vera erat, nunquam illum in suam præsentiam admissurum Cyprium iuuenem, imberbem, alienum, & pauperem; quin & cœtus circa illum proximare Monasterio nunquam permisisset. Nanque illis, qui circa ipsum erant pari ratione virum illum aditu difficilem, & inflexibilem, & intento, atque erecto animo esse, & nullam ob causam simplicitati cedentem, & locum inaccessibilem, eiusque discipulos sui conueniendi copiam non ita procliuiter alijs*

copiam

copiam facere, hanc inter alia præcipuam sibi a Doctore traditam disciplinam conseruantes. Ephræmius in Chronico;

Ἄλλων παρ' ἄλλων τοιςαγροῦ κεκλημένων
Εἰς ποιμεναρχίαν τε καὶ προεδρίαν,
Ἡ δόξα κοινὴ Βλεμμίδην Νικηφόρον
Προστασίας ἄξιον εἶναι προυτίθει,
Ἄνδρ' ἀρετῇ τε συνέσει κεκασμένον,
Ἴδριν σοφίας παντοδαπῆς, καὶ λόγων,
Καὶ τῶν κατ' αὐτὸν οὐδενὸς λειπομένων
Τετρακτύος διδάσκαλον μαθημάτων,
Φιλούμενον φιλοῦντα πρὸς βασιλέως
Διδάσκαλον φανέντα τοῦδε τῶν λόγων,
Παιδείας ἄλλης, καὶ καλῶν διδαγμάτων,
Καὶ βασιλεὺς οὐχ ἧττον ἀγαπᾶτο δέ.
Ἔσπευδεν οὖν τόνδ' ἐνιδρύσαι θρόνῳ
Πεῖραν προσάγων, προστιθεὶς τε καὶ βίας.
Ὡς δ' εἶδεν οὐ θέλοντα τὴν προεδρίαν,
Τρόπῳ δὲ παντὶ μηδόλως πειθόμενον,
Ἐπὶ Μοναχὸν Ἀρσένιον ἐτράπη
Ἀσκοῦντ' Ἀπολλωνιάδος κατὰ λίμνην.

Cum itaque alios alij vocarent ad oues gubernandas, & præsulatum, votum commune Nicephorum Blemmidam, dignum illa prælatione esse proponebat, virum virtute, & prudentia adornatum, sapientia omnigena instructum, & sermonibus, & nulli sua ætate præcellentium inferiorem, quatuor disciplinarum magistrum, amantem, amatumque ab Imperatore, cui fuerat magister in arte Oratoria, & in alijs disciplinis, & tandem documentis salubribus. Illis quoque Imperator assentiebat, nitebaturque hunc in sede collocare, & vi quoque id promouebat. Sed cum vidisset illum nullo modo præsulatum appetere, & vtcunque non persuaderi, ad Monachum Arsenium animum conuertit, qui exercitabatur in lacu Apolloniadis. Hic talis, tantusq; Vir *quidam* est Creyghtono despicatissimo homini, qui si Blemmidæ comparetur; nec numerum fecerit, nec *quidam* audiuerit. Scriptis itaque

tanti

tanti Viri Veccus Patriarcha susceptus, cœlesti lumine auctus est. Ex Vecco Georgij Metochitæ Diaconi, & Constantini Meliteniotæ Chartophylacis pro defensione processionis Spiritus ex Filio, & per Filium, & vnione cum Ecclesia Romana pangenda monumenta in hunc diem partim in manu omnium sunt, partim a communi luce seclusa in Bibliothecis delitescunt, quæ si Deus dederit, in tertio Orthodoxæ Græciæ Tomo simul cum aliorum, non antea publicata edemus. Vide quæ de ipsis scripsimus lib. 2. de consensione vtriusque Ecclesiæ cap. 5. Nunc suffecerit adnotasse, quæ in secundo Tomo Græciæ Orthodoxæ ad Eminentissimum Flauium Chisium S. R. E. Cardinalem præfati sumus; *Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus, & illius Discipuli, doctrinæque præcones Constantinus Meliteniota, & Georgius Metochita, cum apud Græcos Orthodoxum dogma, & Romanæ Ecclesiæ dignitas in controuersiam adducta, plane viderentur nutare, humana omnia inferiora ducentes, tormenta, exilia, carceres, quæ maiores nostri nefariorum, ac manifestorum criminum vindices esse voluerunt, honestorum, & sanctorum hominum habitacula, anteactæ vitæ præmia, veram, grauem, & solidam quietem, & gloriam reputarunt. Hoc est pro vera fide, & Christo pugnare, non sensuum illecebris titillari, non voluptatibus frangi, non debilitari molestijs, vim maiestatis atque imperij, minantis quoque auctoritatem veritati postponere; & dum quæ recta sunt, senseris, mortem non perhorrescere, impendere quoque vitam, & sanguinem, si res poposcerit. Non est qui neget, Schismaticorum etiam calculo, eosdem extrema quæque perpessos, tandem iniustitia Principum, & multitudinis astu, indignissime occubuisse, & in desertis profanisque locis extra Ecclesiæ aream defossos, vt nec in solo patrio sepulturæ locum a suis impetrare sibi potuerint. Et quod dictu horrendum est, Patriarcha quatuordecim, Meliteniota viginti quatuor, Methochita quadraginta quinque annos in vinculis, atque carceribus, siti, fame, vi morborum, medicamentorum, & rerum*

rum omnium inopia confecti, sub inimicis, atque inhumanis custodibus in eadem Romani dogmatis confessione libenter, atque hilari animo vitam profuderunt.

Non erit ingratum puto Lectori, si occasione cognominis Metochitæ non nihil a materia diuagemur, expungamusq; errorem Conradi Clauseri in versione Læonici Chalcocondylæ. Chalcocondylas siquidem cum recenseret plurimos Græcos viros probos, fortesque, qui capta Constantinopoli elegerunt potius pro patria mori, quam videre vxores, & liberos prædã hostibus fore, refert; Ὅτε Θεόφιλος τοῦ Παλαιολόγων γένους ταύτῃ ἐτελεύτησεν ἀνδρείως ἀγωνισάμενος θανάτου ἕνεκα, καὶ τῶν Παλαιολόγων οἱ Μετοχιταῖοι, ὅτε πατὴρ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ μαχόμενοι ἀπώλοντο. Clauserus: *Theophilus exortus Paleologorum genere fortiter dimicans in ea pugna occubuit: Paleologorum socij Pater, & Filij eius manus conserentes magno animo cæsi sunt in eo prælio.* Nondum capio, qui sint isti *Palæologorum socij*. Scio μετόχους esse *participes, socios, affines, consortes*. Calcocondylas non dicit μετόχων, sed μετοχιταίων; quod debuerat verti *Metochitarum*, nempe viros ex Metochitarum familia, genere, antiqua prosapia, quæ inter familias Byzantinas, & nobilitate, & antiquitate, cum alijs principibus familijs coniunctione illustris erat. Ait itaq; historicus, inter apprime nobiles illos viros Metochitas etiam Patrem, & Filios, qui affinitate cum Palæologis coniuncti erant, cæsos fuisse. Quare si affinitate deuinctos fuisse Metochitas cum Palæologis probauero, interpretatio mea contra Clauserum locum tenebit. Idque libentissime, & summa cum voluptate faciam, quod nostrum hunc Metochitam maximopere attingant, nec alibi de facili inuenies. Demetrius Raules Cabaces Epistola ad Filium Manuelem barbare, solide tamen, & ex testimonio probatissimi Viri Georgii Gemisti Plethonis rem extricat. Δημητρίου Ῥαοὺλ Καβάκη Σπαρτιάτου, καὶ Βυζαντίου πρὸς τὸν υἱὸν αὐ-

τοῦ

τοῦ Μανέλιον, Ἐπειδὴ ὦ υἱέ μου πολλάκις με ἠξίωσας περὶ τοῦ γένους ἡμῶν εἰπεῖν σε, οὗ εἴχομεν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει Λασκάρεων τῶν Μετοχίτων. ἐγὼ δὲ ἔλεγον πρὸς σὲ πολλάκις, καὶ κατὰ μικρὸν ἄλλον, καὶ ἄλλον τοῦ γένους ἐνάρετον, καὶ τίμιον, ἃ εἶχον, καὶ αὐτὸς ἐξ ἀκοῆς ἀρχόντων γερόντων, μάλιστα δὲ τὰ κυριώτερα παρὰ τοῦ φιλοσόφου Πλήθωνος, καὶ παρ' ἄλλων μεγάλων ἀρχόντων, καὶ γερόντων, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ἴσως τὰ πολλὰ, καὶ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ οὐκ ἐξετάζων, ἀλλὰ τυχηρὰ καὶ ἀπὸ διηγήσεων ἑκατέρωθεν ἀκούων. νῦν δὲ ἐφάνη με καλὸν, καὶ νὰ γράψω πρὸς ἐνθύμησιν μετρίαν τι περὶ τούτου, διὰ δύο ταῦτα. ἓν μὲν, καὶ πρῶτον διὰ τοῦ γένους τοῦ καθόλου τὴν φθορὰν, ἐπειδὴ καὶ τὰ μερικὰ συναπόλλωνται, πολλῷ μᾶλλον, καὶ δεύτερον διὰ τὴν σὴν ἀγάπην. καὶ ζήτησιν ἀξίαν, καὶ μετ' αἰδοῦς, καὶ παιδεύσεως οὖσαν. ἐπειδὴ δὲ εἶχον καὶ πρὸς τὸ γράφειν δυσχέρειαν, διὰ τὸ ἀνεπιστήμονα εἶναι. ὅμως δὲ πάντα καταφρόνησα, διὰ τὴν σὴν ἀγάπην, ἣν ὀφείλω, καὶ τοῦ ἤθους σου, καὶ τὴν πατρικὴν, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀθλίου γένους ἡμῶν ἐκείνου. καὶ πρῶτον ἄρξομαι ἀπὸ τὰς πράξεις τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. οὗτος δὲ ἄρξας τὰ πράγματα τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαίων, εὗρε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ σχίσμα τῆς ἐκκλησίας. ἔδοξε δὲ αὐτῷ πρέπον καὶ ἀναγκαῖον ἰδεῖν, ὡς πρὸς διόρθωσιν καὶ ἕνωσιν ταύτης, εἶχε δὲ πρῶτον ἄρχοντα εἰς τὸ ὀσπίτιον αὐτοῦ, καὶ μεσάζοντα τὸν μέγαν λογοθέτην τὸν πρεσβύτερον τριῶν γεννημένων ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, ὃς ἦν καὶ σοφὸς, καὶ ἄλλως μέγας ἄνθρωπος, καὶ χρήσιμος τοῦ τότε καιροῦ. λοιπὸν ἔδοξε καλὸν τὸν βασιλέα χρήσασθαι τοῦτον, καὶ πρὸς τὴν ὕλην τῆς ἑνώσεως πρέσβυν, πρός τε τὸν Πάπαν, καὶ τὴν καθολικὴν ταύτην ἐκκλησίαν. πρὸς ἕνωσιν καὶ διόρθωσιν, καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας πρὸς τὴν διαφορὰν, ἣν εἶχον ποτέ. ὁποῖος ἦλθε, καὶ ἐσυμπέρανε τὸ πρᾶγμα καλῶς, καὶ καθὼς ὁ βασιλεὺς ἀπεδέχετο. ἔτρεχον δὲ τὰ πράγματα καλῶς, ἕως οὗ ἔζη ὁ βασιλεὺς κύρις Μιχαήλ. μετὰ δὲ τὸν θάνατον ἐκείνου, ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ κύρις Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγος. εἶχε δὲ καὶ οὗτος ἄρχοντα εἰς τὰ πράγματα, καὶ μεσάζοντα πρῶτον τὸν υἱὸν τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ πρώτου, μέγας λογοθέτης ὢν καὶ αὐτὸς, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλάττωνα τοῦ πατρὸς, οὔτε κατὰ σοφίαν, οὔτε κατὰ ἄλλου πράγμα-

τος οὐδενός. ἀλλὰ καὶ ὁ βασιλεὺς ἔδωκεν αὐτῷ γυναῖκαν τοῦ Παλαιολόγου κυροῦ Ἰωάννου τὴν θυγατέρα, ὃς κατάγετον ἀπὸ τοῦ δεσπότου κυροῦ Ἰωάννου ἀδελφοῦ ἀμφιθαλοῦς τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, ἐπεὶ καὶ σὺν μετ' αὐτῆς πέντε υἱοὺς, καὶ θυγατέραν μίαν, εἰς ἣν ἐπῆρεν γαμβρὸν τὸν σεβαστοκράτοραν υἱὸν μὲν τοῦ Πορφυρογεννήτου κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Παλαιολόγου, υἱοῦ δὲ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ, ὃς ἐγεννήθη μετὰ τῆς βασιλείας τὴν ἀξίαν, ὃς καὶ ἐζήτει μεγάλως τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας δικαίως. ὅμως δὲ οὐδὲν ἐκατόρθωσεν, ἀλλὰ ἀδικούμενος τέθνηκεν νέος ὢν λυπημένος ἐκ τῆς ἀδικίας πολλά. ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἐτάφη ἐν τῷ ἡμετέρῳ, καὶ τοῦ γένους ἡμετέρου Μοναστήριον τὸν Χριστὸν τὴν χώραν ἐγγὺς τοῦ μνημείου τοῦ κτήτορος καὶ συμβίου αὐτοῦ. εἶχε δὲ ἐπιγραφὴν ὁ τάφος αὐτοῦ τοιάδε. Ἡ σύζυγος τοῦ πορφυρογεννήτου κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Παλαιολόγου, καὶ υἱοῦ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Εἰρήνη Ῥαούλαινα ἡ Παλαιολογίνη, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνης τῆς Παλαιολογίνης γεννηθέντες παῖδες καὶ πάντες ἄξιοι ἐλέγοντο, καὶ ἐγράφοντο προσγενεῖς τῶν βασιλέων. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς συγγενείας τῶν βασιλέων. οἱ δὲ αὐτοῦ υἱοὶ ἔλαβον γυναῖκας τῶν ἐνδοξοτέρων ἀρχόντων τὰς θυγατέρας, καὶ ἐτεκνοποίησαν ἅπαντες. ἐπάνειμι καὶ πάλιν, ὅθεν παρεξέβημεν. μετὰ δὲ ταῦτα βουλόμενος ὁ βασιλεὺς στερεῶσαι κατὰ τὴν τάξιν τῶν βασιλέων, ἔδοξε καλὸν τῷ κοινὸν μετὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς πόλεως βουλόμενοι ἀναστρέψαι τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς κύρις Μιχαὴλ, καὶ μηνύουν ἀναίσχυντα πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὴν σύγκλητον, οὐδ' ὅλως θέλομεν ἀφήσειν νὰ γένηται ἡ στέψις πρὸς τὸν βασιλέα, εἰ μή που νὰ ἀνέβη ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἄμβωνα τῆς ἁγίας σοφίας νὰ ἀναθεματίσῃ τὸν πρῶτον ἑαυτοῦ πατέρα. ἀλλ' οὐδὲ τὸν μέγαν λογοθέτην νὰ τὸν ἔχει ἄρχονταν εἰς τὰ πράγματα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς πτύσῃ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁμοίως τῷ βασιλεῖ, ὃς ἦν αἴτιος ταύτης τῆς ἑνώσεως τῆς ἐκκλησίας. ὁ βασιλεὺς δὲ ἤκουσεν αὐτὸ τοῦτο δυσχερῶς καὶ κακῶς, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν πραγμάτων. μάλιστα δὲ ὁ μέγας λογοθέτης. καὶ πρῶτον μὲν ὡς ἄδικον πρᾶγμαν καὶ ἀσύμφορον, καὶ δεύτερον ὡς τοῦ βασιλέως, καὶ πατρὸς γνώμην. ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὴν τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν τοῦ δήμου. ὅπως ἐμεταχειρίσθησαν μετὰ παντὸς τρόπου, ἵνα ἀποκρούσωσιν τὸ πρᾶγμαν. ἀλ-

λὰ

λα' ἐδ' ὅλως ἐδυνήθησαν σκόψαι, πλὴν ἐποίησαν μετὰ τὸν κοινὸν λόγον τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν, καὶ ἤδη συνεκατέβησαν εἰς ὅπερ ἐζήτει ὁ δῆμος, καὶ ἀκωλύτως γέγονεν ἡ στέψις τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ συνεπέραναν ταῦτα, ἐτέθη εἰς περιορισμὸν ὁ γέρων μέγας λογοθέτης, ὡς αἴτιος τῆς ἑνώσεως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. φαίνεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ δῆμος τὸ ἠνάγκασεν, οὐ μὴν ἄλλόν τι. ἔμεινεν δὲ εἰς τὴν φυλακὴν μέχρι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. τὰς δὲ στρατηγικὰς πράξεις τοῦ γένους ἡμῶν τούτου. φρόντισον νὰ εὕρῃς τὸν ἱστορικὸν Παχυμέρην, καὶ εὑρήσεις καλὰ καὶ γενναῖα κατορθώματα ἐκείνων. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ ἄλλων τοῦ γένους ἱκανὰ, καὶ μέτρια πρὸς μνήμην. ἔχω δὲ καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ σοφοῦ Πλήθωνος ἐπαινῶν μετὰ πολλοῖς εἰς τὰς διηγήσεις αὐτοῦ τὴν γενναιότητα τοῦ γένους. μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταύτην τὴν ἱστορίαν ὡς γενναίαν τοῦ πρώτου μεγάλου λογοθέτου γενομένην, πρὸς τὸν βασιλέα κύριν Ἀνδρόνικον ἀξίαν λόγου. ἔνι δὲ ταύτη. μετὰ παρέλευσιν πολλῶν ἐτῶν μένοντος ἐν τῷ περιορισμῷ τοῦ γέροντος διὰ τὴν αἰτίαν τῆς πρεσβείας τῆς ἑνώσεως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὁρίζει ὁ βασιλεὺς κύρις Ἀνδρόνικος, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἄρχοντας τοὺς συγκαθημένους πρὸς βουλὴν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. ἄρχοντες φαίνεταί σας καλὸν, νὰ στείλωμεν πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην εἰς τὸ νὰ τὸν φέρουν ἐδῶ, καὶ τὸν ἀποπειράσωμεν καὶ τώρα, ἐμπορεῖ νὰ ἐσυνετρίβη τόσα ἔτη ὄντα εἰς τὴν φυλακὴν, μὴ νὰ μᾶς ἀκούσῃ, πρὸς τὸ νὰ συμφρονήσει καὶ αὐτὸς μεθ' ἡμῶν, καὶ τὴν διαφορὰν ταύτην τῆς ἐκκλησίας, καὶ νὰ λείψῃ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τὸν πειρασμόν. ἀλλὰ καὶ νὰ ἔχῃ καὶ ἐλευθερίαν καὶ θεραπείαν τὴν πρέπουσαν. ἀπολογήθησαν ὁμοῦ πάντες. καλὸν ἔνι δέσποτά μου, καὶ ἂς γένηται. μᾶλλον δὲ πρὸς τί ἀδικεῖ ὅπερ ὁρίζεις; λοιπὸν ὡς ἀπεκρίθησαν οἱ ἄρχοντες οὕτως, ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπῆγον, καὶ ἤφεραν αὐτόν. χάριν δὲ οἰκονομίας ἤρξατο πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς τοιοῦδε λόγου. τὸν ἄρχοντα ἐκεῖνον ἐγνωρίζεις αὐτὸν, τίς ἔνι; ἔδειξε τὸν ἑαυτὸν υἱόν του. ἀνάφερεν δὲ ἐκεῖνος πρὸς τὸν βασιλέα. οὐ γινώσκω. ὅτι μὲν ἐγνωρίζω ἀπὸ τοῦ τόπου ὁποῦ κάθεται, ἔνι ἄρχων τίμιος τοῦ ὀσπιτίου τῆς ἁγίας βασιλείας σου ἴδιον. τὸ δὲ τίς ἔνι οὐκ ἴδον. ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς ὁ υἱός σου ὁ κύρις Θεόδωρος ὁ μέγας λογοθέτης ἔνι. παρευθὺς

ἐσικιώθη ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἐπῆγεν ἀσκεπὴς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ἐχαιρετίσθηκε. εἶτα ἤρξατο πάλιν ὁ βασιλεὺς λόγους τοιούσδε πρὸς αὐτόν; Μέγα λογοθέτη, τὰ πράγματα ἀπεδὰ πᾶς ἐνάγκασε πρὸς τὸ νὰ παρακολουθήσουν τὰ λυπηρὰ, ὁποῖα παρηκολουθήσαν πρὸς σὲ, ἠξέρεις ταῦτα. λοιπὸν τώρα ἐφάνη, καὶ ἐμὲ καλὸν, καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν πραγμάτων τούτους πρὸς τὸ νὰ σὲ φέρωμεν ἐνταῦθα, καὶ σὲ συντυχῶμεν ὁμοῦ πρὸς τὸ πρᾶγμαν. λοιπὸν φαίνεταί μας καλὸν, εἴπερ βούλεται καὶ αὐτὸς νὰ μὰς ἀκούσῃς, ἵνα ἔχῃς μεθ' ὑμῶν ἕνα νοῦν, καὶ μίαν γνώμην πρὸς τὰς τῆς ἐκκλησίας διαφορὰς. τοῦτο δὲ φαίνεται καὶ ἐμὲν καλὸν, καὶ τὸν υἱόν σου τὸν μέγαν λογοθέτην, καὶ πρέπον εἶναι νὰ μᾶς ἀκούσῃς, καὶ θέλομεν θεραπεύσειν σχεδὸν πάντα ὅσα ἐνέσκασεν οἱ καιροὶ, καὶ ἔγιναν πρὸς σὲ δυσχερῆ. ἐκεῖνος δὲ ἀνέφερε πρὸς τὸν βασιλέα ταῦτα. Δέσποτά μου ἅγιε. ὅσα πρὸς ἐμὲ ὥρισας, κατέλαβον. ἀπολογοῦμαι δὲ καὶ ἀναφέρω τοῦτο ὅτι ἔχω τὸ, πολλὰ ἔνι δικαιότερον, καὶ πρέπον, νὰ ἀκολουθήσῃ ἡ ἁγία βασιλεία σου τὴν γνώμην τοῦ αὐθέντου μου τοῦ βασιλέως τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ υἱός μου ὁ κῦρις Θεόδωρος τὴν ἐμὴν, παρὰ ἐμὲ τὴν ἐδικήν σας. ἄλλον δὲ οὐδὲν εἶπεν. ἀλλὰ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ μέρους τοῦ βασιλέως οὔτε αὐτὸς, οὔτ' ἄρχων τις οὐδεὶς ἔλεξεν οὐδέν. νικώμενοι παρὰ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ εὐλόγου, καὶ τῆς γενναιότητος αὐτοῦ, καὶ μεγαλοπρεπείας τῆς αἰδοῦς. πάντα γὰρ ἔκρινεν ὡς οὐδενὸς ἄξια διὰ τὸ δίκαιον καὶ τὸ πρέπον. καὶ ταῦτα μὲν, ἃ ἱστορεῖ ὁ Πλήθων, καὶ ἐπῄνει μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ἄνδρα, καὶ ἐθαύμαζεν ὡς εἰκός. ὅμως προστάξει τοῦ βασιλέως ἐπέστρεψαν αὐτὸν πάλιν εἰς τὸ περιορισμόν. καὶ διέμεινεν μέχρι καὶ τοῦ αὐτοῦ τέλους. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως παρηκολούθηκε πρὸς αὐτόν. καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν ψῆφον παρὰ τοῦ βασιλέως. μηδὲν ἄρα πρέπον περὶ εὐγενείας μεγάλως φρονήσει τις. ἡ γὰρ εὐγένεια ἐστὶ τύχης δῶρον. ἡ δ' ἀρετὴ οἰκεῖον καὶ ἑκούσιον ἔργον. διὰ τοῦτο καὶ ἐπαινεῖται δικαίως, καὶ παρὰ πάντων ἴσως καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν. ὅρα δὲ υἱέ μου καὶ τὸ ὁμηρικὸν ἐκεῖνο τί φησιν πρὸς Διομήδην ὁ Γλαῦκος περὶ γένους. Τυδείδη μεγάθυμε τίη γενεὴν ἐρεείνεις; Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρη. Ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡ δ'

ἀπὸ

ἀπολήψει. Πρέπον δὲ καὶ αὐτὸς ὦ υἱέ μου ποιῆσαι λατινικῶς ταῦτα διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ γένους, καὶ νὰ βοηθήσῃς, καὶ τοῖς σῷ πατρὶ ἀνεπιστήμονα ὄντα. ἐνταῦθα δὲ ἔνι καὶ τόπος ἀρκετὸς, καὶ ἁρμόδιος. *Quandoquidem fili mi sæpe sæpius me rogasti, referre tibi aliquid de genere nostro, quo fruebamur Constantinopoli, Lascaridum Metochitarum. Ipse vero tibi crebro, & carptim indicabam de alio, & alio generis nostri integritate vitæ, ac dignitate conspicuo viro, quæcunque audiueram ab alijs nobilibus, & veneranda senectute viris, & potissimum quæ videbantur grauiora a Plethone Philosopho, & ab alijs nobilitate præcellentibus, & plenis ætatis hominibus, & eorum pleraque fortiter facta Constantinopoli, & in Peloponeso, non examinans, sed vt vt occurrebant, & narrationibus aliorum excipiebam. Nunc vero visum est mihi, peroptimum ad tui memoriam modica quædam apponere de eo, quod rogas, duas ob causas, alteram & potissimam ob generis vniuersi desolationem, cum & singularia impendio magis deleta sunt: alteram ob tuum amorem, et preces digne cum verecundia, & modestia factas. Licet omnium ignarus, & ad componendum ineptus sim, propter tuos tamen mores, & affectum paternum, forte etiam propter amorem, quo deuincior cum misero illo nostro genere, scribam omnia. Et primum quidem initium sumam a rebus gestis Imperatoris Domini Michaëlis Palæologi. Hic Imperium assecutus, res ibidem Græcorum inter alia Schismate quoque implicatas reperit. Quare visum est sibi decens, ac necessarium, ad reliqua tempora, munire, & ad correctionem, ac vnionem reducere. In aula autem ipsius principem locum occupabat, qui & dignitate erat sequester, magnus Logotheta Senior, cum tres e dicto genere eminerent, qui erat sapiens, & magnus quoque alijs nominibus reputabatur, & illi ætati peropportunus, & proficuus. Quare Imperator illius operam vtilem futuram iudicauit. Hinc ad vnionem conficiendam legatum ad Pontificem, & ad hanc catholicam Ecclesiam mittit, ad illius vnionem procurandam, corrigendumque Orientalis Ecclesiæ dissidium, quod tum grassabatur. Accessit, remq; conclusit optime, & vt in votis erat Imperatori. Res autem, dum Michaël vitam agebat,*

agebat, optime proueniebant. Eo demortuo filius eius Dominus Andronicus Palæologus Imperium tenuit. Hic etiam habebat principem in rebus diregendis, ac sequestrum primarium filium magni Logothetæ primum, qui & ipse erat magnus Logotheta, & in nulla re, neque in sapientia, neque in alio vllo Patre minorem. Et Imperator coniunxit illi in matrimonium Palæologi Domini Ioannis filiam, Domino Ioanne filio florentis Imperatoris Domini Michaëlis Palæologi natam, ex qua filios quinque susceperat, & filiam vnicam, cum qua coniugio sociauit Sebastocratorem filium Porphyrogennetæ Domini Constantini Palæologi, qui fuit filius Michaëlis Imperatoris, natus postquam ille Imperij coronam assumpsit, qui & vestigijs omnibus inquirebat succedere, & iure merito. Nihilominus res effectum non habuit, sed indigne, atque inique votis delusus mortem obit, ob iniustitiam atrocissimis molestijs absumptus. Vxor illius sepulta est in gentis, prosapiæque nostræ monasterio Christi nuncupato, possessoris, socerique illius: sepulchri inscripto erat; Coniux Porphyrogennetæ Domini Constantini Palæologi, & filij sublimissimi Imperatoris Græcorum Irene Raulena Palæologina. Et qui ab ea Palæologina nati sunt filij, omnes iure merito dicebantur, scribebanturque Imperatorum affines, & consanguinei. Et hæc de affinitate cum Imperatoribus. Filij autem illius matrimonio iuncti sunt cum natis illustriorum Principum, ex quibus vniuersi liberos susceperunt. Iam recurrit oratio, vnde egressa est. Posthæc cum appeteret Imperator coronari, vt Imperatores assolent, visum est optimum communitati; vna simul assentientibus Vrbis Ecclesiasticis vnionem Ecclesiæ conuellere, quam Imperator D. Michaël sanxerat: & Imperatori impudentissime denunciant, se & Senatum nullo modo permissuros eum coronari, ni prius ille ascendens in ambonem Sanctæ Sophiæ prius Patrem suum anathemati subijceret, & magnum Logothetam ab officio pelleret, rerumque gubernationem adimeret, ni & ipse æque atque Imperator patrem suum, qui huiuscemodi vnionis Ecclesiasticæ auctor fuerat, execraretur. Id Imperator moleste ægreque audijt, & rerum moderatores, & inter omnes magnus Logotheta,

primum, quod res iniusta, atque incommoda esset; secundum quod ad ipsum, & Imperatorem sententia pertinebat; postremum propter proiectam audentiam, & impudentiam populi, qui modis omnibus tantum opus pessumdare conatus est, quod nefas cum non potuissent illi effugere, egerunt, vt prouerbio fertur, necessitatem honoris postulationem, & tum demiserunt se ad populi vota: & nemine obstante tum coronatio Imperatoris subsecuta est. Et his peractis senior magnus Logotheta exilio damnatus est, vt auctor vnionis cum Ecclesia Catholica. Et hoc etiam populi impulsu tantummodo completum esse apparet. Sic ille coniectus in carcerem in eo ad extremum vsque vitæ spiritum delituit. Verum tu militaria gesta nostri huiusce generis comparare tibi poteris ex Historico Pachymere, ex quo disces generosa eorum optimaque facinora. Hoc prætere ab eodem Plethone accepi, multis laudibus inter familiaria colloquia generis generositatem extollente, & hoc factum vti amplissimum primi magni Logothetæ erga Imperatorem Andronicum directum enarrante, dignum quod memoria hominum recolatur. Et est. Post multos elapsos annos, cum adhuc senior in exilio & carcere perduraret causa legationis propter vnionem cum Catholica Ecclesia, alloquitur Imperator D. Andronicus filium illius, cæterosq; Senatus principes, ante eum in consilio assidentes. Principes videturne vobis bonum, vt magnum Logothetam, huc adductum pertentemus, an nobiscum conueniat? post tot carceris, & exilij annos forte nobis obtemperabit, & coniunctis sententijs nobiscum concinet in hoc Ecclesiarum dissidio, & vitabit rerum asperitatem, & quod ter tanto melius est, libertate perfruetur, & addecentiori cura illius valetudini indulgebitur. Omnes vno ore responderunt. Bonum est Domine, & executioni demandetur. Imo iussa tua nulli noxia sunt. Sic itaque cum respondissent, Imperator mandauit, vt adduceretur; eoque presente, vt mitius negotium disponeretur, sic exorsus est orationem Imperator. Agnoscisne Principem illum, quisnam ille sit, & digito monstrauit filium illius: Respondit ille Imperatori. Non agnosco. Siquid vero argumentari; & coniectura perseqni datur, ex loco, in quo consid:t, princeps est tui sancti

Imperij

Imperij honoribus decoratus. At quinam ille sit, nondum capio. Respondit Imperator; Filius tuus est Dominus Theodorus, Magnus Logotheta. Abiecta omni cunctatione filius assurgens nudato capite patrem aggreditur, & salutem vltro citroque Pater, & Filius sibi dederunt. Tum rursus Imperator orationem ad eum direxit. Magne Logotheta, res ita ceciderunt, coëgeruntque, vt tibi hæc tristia, & in magnum malum euaderent: quare modo visum est mihi, & hisce rerum gubernatoribus, vt te huc adductum alloqueremur, de ea re, quæ nobis bona atque honesta videtur, si tamen tua voluntas non abnuit nos audire, vt vna mente, atque sententia nobiscum conuenias circa Ecclesiæ dissidia. Hoc enim mihi, & filio tuo Magno Logothetæ bonum reputatur, & decens, vt nobis obtemperes, & omnia vulnera ac tristia, quæ necessitate temporis in te illata sunt, sanabimus. Hic porro ad Imperatorem ita effatur; Sancte Domine, quæcunque ad me enunciasti, percepi. Verum nunc respondeo, & refero quod mihi in animo fixum est. Iustius est & æquius, vt sancta regia tua maiestas mei D. Imperatoris patris tui sententiam subsequatur, & filius meus Dominus Theodorus meã, quam nos vestram. Et nihil vltra retulit. sed ne qui Imperatoris nutus secundabant Principes, nec ipse Imperator verbum expressit, iustitia, ratione, generositate, & magnificentia in ruborem suffusi: omnia siquidem, dummodo iustum ac decens saluum esset, nihil reputabat. Et hæc quidem enarrabat Pletho, quæ inter alia eiusdem viri efferebat, &, vti par est, admiratione prosequebatur. Nihilominus mandato Imperatoris iterum ad carceres conducitur, in quibus vitam ad vltimum vsque spiritum exegit. hæc ita illi contigere, & hanc sententiam ab Imperatore sustinuit. Non est ergo quod quispiam de nobilitate efferat se ac turgescat insolentius. Nobilitas enim fortunæ donarium est, virtus proprium ac liberum opus: propterea que merito ab omnibus, & ab ipsis etiam aduersarijs laudibus cumulatur. Volue etiam animo, fili mi, Homericum illud, quod Glaucus de generis nobilitate Diomedi insinuat; Tydide magnanime, quid generationem inquiris? Qualis est filiorum generatio, talis est & hominum. Foliorum alia ventus in

humum

humum deicit, alia vero nemus luxurians progenerat, & veris tempestas aduenit. Pari ratione hominum generatio hæc quidem nascitur, illa deficit. Decet porro, fili mi, vt hæc ob amorem generis in latinam linguam conuertas, & patri tuo ex inscitia laboranti opituleris: namque vbi es, locus sufficiens, atque peropportunus ad hæc comminiscenda existit. Annon historia, eruditio, ipsæ literæ maximum damnum accepissent, si occasione oblata de virtute, genere, & ipsius in fide Catholica tutanda obstinatæ voluntatis duritia Georgij Logothetę differendi, ipsi vti elingues, relicto hoc, aut abscondito vere aureo antiquitatis, vtvt est, monumento, alia minus germana produxissemus? Collige ex eo Metochitæorum Palæologorum affinitatem, Theodori Metochitæ qui tam bene de literis meritus est, parentes; Metochitæ nostri Georgij, Ioannis Vecci socij, constantiam, de qua neque minis, neq; angustijs, neq; pollicitationibus regijs ad ipsum vitæ finem, vel minimum deductus est. Si quis alia, quæ dictus Georgius ob eandem vnionem perpessus sit, iure desiderat exactius, legat eiusdem de eadem re Orationes historicas, in quibus plura quoque de alio sibi in agone socio Constantino Meliteniota reperies, quæ nec tacuit Pachymeres in Historia. Scripseram hæc, post aliquanto captæ Constantinopolis historiam, & Constantini Imperatoris, aliorumque Magnatum cladem percurrenti occurrit locus Chalcocondylæ Latine redditus a Crusio eodem ipso sensu, quo ipse iudicabam intelligendum; *Ex Palæologis dicti Metochitæi Pater, & Filius pugnantes occubuere.* Gauisus sum mihi ex meo sensu alios quoque Autores locutos, quidquid Clauserus in sua translatione extra historiæ fidem ingessit,

EXERCITATIO XXX.

In Concilio Lugdunensi non interfuiße Michaëlem Imperatorem. Ioannem Palæologum honorificentissime exceptum ab Italis ante, & post Concilium. Michaël auitæ religionis defensor, & propugnator: & maxima illius laus est ob hanc causam caruiße sepultura.

Pag. 43. *INterea Gregorius X., quem a conturbernio Regis Anglorum Edoardi terram sanctam proficiscentis in Pontificem Maximum discordia Cardinalium subuexerat, Synodum Lugduni celebrabat, eius loci secundam, Oecumenicarum decimam quartam, sextam a prima in Laterano, qua uniuersam iurisdictionem Pontifices Romani immaniter attollere cœperunt.* Ero nunc ego ad inuestigandum curiosior. Fuit ne tum primum in Laterano Pontificiæ dignitatis immanis, impetu animi non recto conquisita accessio, an vti antea erat vsu recepta continuata, & stabilita? Si fuit antiqua iurisdictio stabilita, & confirmata, tum remotum est longe a vero, quod insinuas, *a prima in Laterano iurisdictionem Pontifices Romanos immaniter attollere cœpisse*. Si quæ antea fuerat, nouo Patrum decreto expressa, vel apud Græcos intermissam, vel intermortuam restaurarunt, vndenam tu colligis eo temporis *immaniter attolli cœpiße*? Aliud est, ne nimius ipse sim, aliena rapere, aliud sua tutari. Pontifices Romani, quæ sua erant, in ea Synodo, &, vt ita dicam, ab alijs surrepta, repetere, & conseruare conati sunt. Estne hoc Creyghtone suam iurisdictionem immaniter attollere cœpisse. Quid porro de iurisdictione Pontificia ex Concilij illius sententia pronunciatum est? Ex te audio. *Ex illius Synodi actis constat, Legatos proximo mense eiusdem anni Lugdunum aduectos concordiam sanxisse sub aliquot articulis primarijs, de primatu Papæ in omnibus concedendo, nominisque recitatione in hymnodijs, & vltimis appellatio-*

nibus

nibus ad Romam, aut si quid aliud Monarchiæ Papali conduceret. De primatu, de commemoratione, de appellatione disco etiam ex ipsis Græcis, & precipuè ex Pachymere, & Gregora. Certis tamen auctoribus constat, ante Schisma, & post Schisma ad ætatem vsque Cerularij eadem ipsa Romanum Pontificem in Ecclesia Græca priuilegia possedisse: quod me probasse alibi fusius, nec ipse negabis, si mea scripta iam edita tibi obuia sunt. *In Romanum Pontificem discordia Cardinalium subuexerat*. Proterua improbitate dictum! Quasi vero post discordiam natus Pontifex, minor dignitate sit, & non vsquequaque integer, & sacrosanctus, & sua summa potestate conspicuus. Etiam in hoc puer inexpertus prorsus es, qui nescias, Cardinales, antequam Pontificem eligant, in multas partes discindi, & multis consiliorum motibus, & conuersionibus, & implicationibus negotiorum circumuolui, quibus postmodum, sedatis animis, amandatis, ex collegis eum sibi designant Pontificem Ecclesiæ Catholicæ, cuius potestati salus, & iura illius delegantur. Quod in alijs omnibus consultationibus fieri solet. Eo siquidem examine ex dubijs elapsi, ad indubia, certa, & conducibilia gradum faciunt. Rari sunt, qui ad illum dignitatis gradum absque consultatione Cardinalium euehuntur. Disceptatur primum de genere, de vita, de moribus, de scientia, de pietate concurrentium, & licet principio inter eos non bene conueniat, post aliquanto discordijs remotis in vnum conuenientes, concordes eligunt. Quare ex vsu tuo non fuerit *discordia Cardinalium* in electione Gregorij X. Et Pontificij Scriptores dum de Græcis victis decima tertia vice affirmant, non de exponenda Latinorum gloria, & Græcorum minuenda, sed de rei factæ veritate intelligendi sunt.

Pag. 43. Quo Legatos destinauit Michaël Theophanem Nicænum Metropolitam, & Germanum non ita nuper Patriar-

cham, qui medius inter Arsenium, & Iosephum primum intercedens, se ipsum Patriarcham exauctorat, vir Michaëli a longa familiaritate charus. Si Legatos destinauit: Ergo præsens ipse in Concilio non interfuit. Non potest aptius, vt & quidam alius adnotauerat ad annum Christi 1274. *Quod enim Blondus scribit contulisse & se Michaëlem Imperatorem, hoc ex illis est ipsius assertionibus, quas nimis quam impudenter suis sæpe scriptis inserit, & totidem foueas sequacibus suis præparat incidendi in eosdem errores, sicuti hoc contigisse noscitur Platinæ, Sabellico, Trithemio, Nauclero, Sigonio, Vignerio, ac pluribus alijs*. Adde tu, si vis, Doctissimum Vossium de tribus Symbolis, & Robertum Gaguinum lib. 7. de gestis Francorum; *Adfuit Concilio Palæologus Græcus Imperator, Ecclesiæque Occidentali se vniuit*. Et Petrum Galesinum in vita S. Bonauenturæ cap. 15. qui asserit Michaëlem Imperatorem Græcorum, & Iosephum Patriarcham Constantinopolitanum Lugdunum aduenisse in Concilium. Nec minus errant, qui tradunt, Michaëlem pro componendis controuersijs inter Græcos, & Latinos vocatū a Pontifice Lugdunum, &, ne se absente Græcia esset absque Imperatore, filium suum designasse successorem, data ei vxore Anna Pannonia. Tu porro, quod forte cecidit, lapsus non es, qui scribis, *Legatos destinasse ad Concilium*. Sed age sis, extrica te. Paulo infra scribis. *Pag. 44. Ioannem Imperatorem, post emendicatum in Italiam biennium, inter opprobria, & sannas insultantium populorum reuersus est in patriam haud multo pacatiorem e Florentia, quam eius tritauus Michaël e Lugduno*. Æquiparas Ioannem Palæologum penultimum generis extinctorem Michaëli Palæologææ gentis primo satori. Vterque ad Concilium, hic Lugdunum, ille Florentiam: ambo reuertuntur in patriam, haud multo pacatiorem. Sint modo vera de Ioanne; de Michaële quanam ratione demonstrabis eum reuersum in patriam, ex qua non excesserat, & ne excederet, ipse Legatos

gatos

gatos ad Concilium deſtinauit? Ni velis dicere, eundem cum legatis ſuis ad Concilium properaſſe, æque atque ille, qui ſcriptam a ſe Epiſtolam loco curſoris celeri greſſu ad amicum, ad quem ſcribit, deportat, illique legendam tradit; *Inter opprobria, & ſannas inſultantium populorum per biennium emendicatum fuiſſe*. Quibus honoribus exceptus ſit a Venetis. a Pontificijs, a Principibus, a Ferrarienſibus, a Florentinis ante & poſt Concilium, in ipſo acceſſu, & reditu, & manſione ipſa in Italia, paſſim, ne ad alios recurram, tuus iſte Syropulus Stentore clamoſior plenis chartis contendit. Tu Italæ genti importunus hoſtis profeſſus, eius humanitatem, comitatem, erga aduenas, atque hoſpites beneuolentiam promiſcuam, in opprobria, & ſannas inſultantium populorum redigis, & homines in lupos conuertis.

Pap. 42. Michaël Palæologus, Vir aſtutus, & vafer, haud ineptus bello, rerumque callens, quem vellet oris habitum inducendi, ſuos ſenſus occulendi, alienos explorandi peritus; tum ſupra modum ſæuus, vt cum luminibus orbaret Ioannem Laſcarim Theodori filium impuberem, cum ſuo tutorio nomine rempublicam adminiſtraret. Qui ſceleris & audaciæ plenus inſimulatur a te eo ſolo nomine, quod Pontificum votis ſubſcripſit, & vnionem Græcorum cum Latina Eccleſia pugnaciſſime promouit, ſi contraria illis atque aduerſantia intentaſſet, ille per te integerrimæ, atque inculpatiſſimæ vitæ prædicaretur, & nemo illo fuiſſet neque innocentior, neque ſanctior. In multis improbatur a Creyghtono, & crimina illi opponuntur, & vera. Non nego, cum nec ipſe Michaël negauerit, dum viueret. Sed indoluerit factis ſeſe circumſpiciens, & delicti expiationem a ſuo Patriarcha ſæpe ſæpius conatus fuerit exculpere. Pietatem tamen illius, & ad vnionem Eccleſiaſticam conatus laudibus celebrauit inter alios Georgius Metochita, ne alios recenſeam, Oratione I. Hiſtorica. Καὶ

ἐςὶν

ἔστιν οὗτος ὁ κλεινὸς ἐν αὐτοκράτορσι Μιχαὴλ, τὸ μέγα τῆς ἑσπέρας, καὶ ἑσπερίου λήξεως ὄνομα, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμενικῆς τετραμερείας τὸ φοβερὸν, καὶ ἀγακλεὲς περιθρύλλημα. ὁ τὴν εὐσέβειαν ἀρραγὴς, ὁ θερμὸς τὴν πρὸς θεὸν πεποίθησιν, καὶ ἀδιάστακτος, ὁ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸ βιώσιμον πρόβλημα τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ποιούμενος, καὶ ὅσα τῆς ἀμωμήτου πίστεως σύμβολα πρὸ παντὸς ἔργου, πρὸ παντὸς διανοήματος, καὶ βουλεύματος, ἐν παντὶ τόπῳ τε, καὶ καιρῷ, ἐν ταὐτῷ τῷ καθέζεσθαι, καὶ ἀναστῆναι, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ τυχόντος κινήματος, καὶ βαδίσματος· ἡ ἀκάματος φρὴν, ὁ μεγαλόνους αἰθερόπτος, καὶ οὐράνιος, ὁ μεγαλουργὸς, καὶ μεγαλεπήβολος, ὁ Κομνηνοφυὴς Παλαιολόγων βλαστὸς, καὶ τὸ σύμπαν ἀξιοθαύμαστος, ὁ δὴ τοιοῦτος τὰ πρῶτα τῆς ἡλικίας ὑπὸ τῷ συνεργῷ δηλωθέντι κρατάρχῃ, καθὰ δὴ τὰ πατρὶ παραστανωθεὶς, καὶ διαπλασθεὶς πλάσιν ἀρίστην, καὶ ὄντως ἐπαινετὴν, ὅσα καὶ καθ' αἷμα γνησίως αὐτῷ προσῳκειωμένος, καὶ τὰ πρῶτα τῆς εὐγενείας αὐχῶν, καὶ ἦθος, καὶ βίον, καὶ τρόπον ὑπὸ τούτῳ κάλλιστα παιδευθεὶς, ἀνιμᾶται μὲν ὡσεί τις ἀντλητὴς τὰ νάματα, πᾶν ἐν ἀριστοβουλίαις, καὶ ἀριστοπραξίαις κατωρθωμένον αὐτῷ, καὶ ἐκμαγεῖον γίνεται τῶν τούτου πλεονεκτημάτων, εἰ καὶ μεθ' ὕστερον ὑπεραρξάσας ἔχει τὰ κατ' ἐκεῖνον ἀπαραμίλλῳ τῶν οἰκείων προτερημάτων ὑπερβολῇ. ἀνιμᾶται δὲ καὶ ἀλαληθεῖαι τούτῳ, καὶ διεγερθῆναι κατεπαυδάειν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνανεώσεως. *Et est hic, qui per ora omnium magnifice volat Imper. Michaël, magnum Occidentalis, atque Orientalis regionis nomen, imo quatuor mundi partium terribilis, & maxima ad laudes insignis prædicatio, pietate infractus, confidentia in Deum immane quantum feruens, & constans, qui toto vitæ suæ curriculo rectam puramque fidem, & quæcunque inculpatæ fidei symbola, ante omnes actiones, cogitationes, & consilia, locis in omnibus atq; temporum interuallis, dum sederet, dum assurgeret, & dum etiam temere moueretur, ambularetque, tutatus est. Mens laboris nescia, vir animo magnifico præditus, & de coelo delapsus, rerum grandium confector, & quod animo concepit, licet arduum esset, ad exitum perducens. Ex Comnena gente Palæologorum ramus, & vt summatim dicam, dignus, qui in*

omnium

omnium admiratione fit. Hic talis, tantusque in ætatis suæ primordijs, Ioannis Batatzæ, *institutione ac disciplina, tanquam a patre fascijs inuolutus, & conformatus forma optima, & vere laudabili, cum legitima illi affinitate coniunctus esset, & primas partes sibi nobilitatis vindicaret, & mores, & vitæ institutum oppido quam bene edoctus, veluti spongia fluenta trahit, quidquid a præclarissimis consilijs, atque præclarissimis actionibus ab eo præclarissime gestum fuerat, & illius facinorum expressum, atque luculentum fit simulacrum: licet post modum res illius gestas incomparabili propriorum facinorum excessu superauerit; trahatque præterea, quæ illi ex dictis, & conatibus procurata sunt de Ecclesiarum ad vnam concordiam restitutione*. &c. Hinc collige, quæ in hoc Michaële fuerint προτερήματα circa res gerendas & pietatem. Has laudes tu vafriciem, & astutiam nuncupas. Næ tu corpus es sine pectore, qui sapientiæ, & scientiæ artus ignoras; & hominem tum dici summo ingenio, & prudentia præditum, & reipsa sapientem, cum, vbicunque opus est, animum flectere, & non modo ea, quæ perspicua sunt, videre, sed ea etiam, quæ oculta sunt, potest suspicari. Tum siquidem quæ Reipublicæ saluti conferunt, abigendo noxia, discernit, & eligit. Quid enim vnquam egerit Imperator Abderiticus, qui non modo cor non habet, sed nec palatum quidem, etiam si Reipublicæ causa illi nulla re potior fuerit? Esto per te Michaël iste Palæologus hominum, quotquot fuerunt, omnium profligatissimus, & perditissimus, ac omnium scelerum sator, sartorq; dixerim ego cum Fabio augure, quod refert Cicero de senectute; *Optimis auspicijs ea geri, quæ pro Reipubeicæ salute geruntur; quæ contra Rempublicam ferrentur, contra auspicia ferri.* Reprime ergo obiurgationes in Michaëlem, quas immerito in eum iactas, quod vnioni Ecclesiarum summo nixu, & quantum potuit, consuluit, & in illius cura, atque administratione vitam posuit.

Pag. 43. Cumque septennio superuixisset inter varias ciuium sedi-

seditiones, quos nec benignitate lenire, nec seueritate compescere, poterat, intestabilis moritur, & a filio Andronico insepultus proijcitur, non multum a statiuis multa humo cadaueri superingesta, tantum ne a feris dilaniaretur. Vnionem Ecclesiarum procuratam multi fuisse laboris, & operæ quis negabit? cum multi suorum delictorum conscij nouos motus concitarent, vt pœnas effugerent, alij propter insitum animi furorem discordijs ciuium pascerentur, alij propter affectatorum honorũ cupiditatem tumultibus omnia concuterent, & ciues per factiones traherent: multi etiam affectibus proprijs inseruientes, non quod re ipsa erat, sed quod ipsi temere confingebant, inter vilem plebeculam disseminarent, quibus obrutus Imperator, non potuit, licet omni festinatione properaret, vt: animo constituerat, negotium absoluere. An nescis, magna negotia temporis longinquitate, eaq; diutina perfici, & potissimum si ardua sunt? An vnione Græcæ, Latinæque Ecclesiæ excogitabis tu grandius, difficilius? Ex plana re nulla sequitur laus, & quisque etiam infima de gente manu admota confecerit: *Tandem vero finito Concilio Michaël suis exosus esse cœpit, & patriæ religionis desertor, & proditor*. Fuit ille exosus, vt ex tuis colligitur patriæ religionis desertoribus, hostibus nempe vnionis. Hinc tu palam vti nescius patriæ Græcorum religionis redargueris. Patria Græcorum religio non est ea, quam disseminauit Photius, recens nata post schisma, & post Photium extincta, demũ a Cerulario reculta, tandemq; a recentioribus schismaticis propagata ad Concilium Lugdunense, & quæ ad nostram ætatem viget inter eosdem: sed quam Apostoli, eosque subsecuti Sancti, ac Doctores Ecclesiæ ad tempora Photij, & posteri decretis ac sententijs eorundem insistentes continuo fouent, & in omne æuum Deo dante fouebunt. Et in huius patriæ religionis ratiocinio immortuus est Michaël iste tuus, *astutus, & vafer, & supra*.

pra modum sæuus. Non negabis, ab ipſis Apoſtolis abſque vlla controuerſia Pontifici Romano Græcos vti capiti ceruices ſubieciſſe, mandatis illius vti legibus obtemperaſſe, & vti honore, & dignitate antecedentem reueritos coluiſſe, cum Patriarcha Conſtantinopolitanus ante Conſtantinum Epiſcopus ſimplex, obnoxius Perinthio, ſiue Heracleenſi, forte nullo in numero apud alios Archiepiſcopos eſſet, & tempore Conſtantini a Patriarcha Conſtantinopolitano, tum nato ad Photium, & a Photio ad Cerularium, ducem ac rectorem vitæ, & dogmatum agnitum, memoriam illius inter ſacra cultam, depreſſoſque a Patriarcharum, vel aliorum violentia, & iniuſtitia iactatos, ad illum vti iudicem recuriſſe, vt in integrum reſtituerentur. Hoc qui negat, perfatuus eſt, & neſcius rerum Eccleſiaſticarum, nihili eſt. Parco hic exemplis, ac Sanctorum teſtimonijs, quæ alibi fuſius digeſſi. Et ſi forte illis non credit Creyghtonus, credat *ſuo illuſtri Photio, quo doctiorem, & omni genere literarum prudentiorem in rebus gerendis, omnis iuris diuini, humanique peritiorem, nunquam ſediſſe in quouis ſolio vel Romæ Papam, vel Conſtantinopoli Patriarcham fatetur*. Sunt adhuc ſuperſtites illius Epiſtolæ ad Nicolaum, quibus poſt fidei ſuæ profeſſionem confirmari in Patriarchatu petit, excuſatque ſuam promotionem: & eiectus denuo ad Romani ſinum confugit, ſine cuius aſſenſu Patriarchatus ſibi vacillat, & fluctuat. Non ergo patriæ religionis deſertor, & proditor eſt Michaël, qui auitam, & ſibi traditam religionem a Patribus remis, atq; quadrigis vt dicitur, propugnauit. *Sed Michaël inteſtabilis moritur, & a Filio Andronico inſepultus proijcitur*. Tenax patriæ religionis a deſertore, & proditore. Laus hæc quoque ſumma eſt, cauſa pietatis ac fidei ab impio inſepultum proijci, etiamſi humus cadaueri non ſubaggeratur; ſed eſca dilanianda feris pateat. Gentiles Iuliano Apoſtata non inhibente, ſed gaudente in Paleſti-

na Elisæi Prophetæ, & Ioa. Baptistæ reliquias cum brutorum animalium ossibus permixtas, & in cineres igne reductas in aërem dispserunt. Philostorgius, & ex Philostorgio Nicephorus, & alij. Georgij Martyris corporis igne absumpti puluerem in aëre vage disturbarunt. tuus Syropulus sect. 4. cap. 17. Et tu clamas in Notis erga reliquias sanctorum parum æquus, *o quæ nunc, vt olim istiusmodi præstigiæ, & ludibria reliquiarum per totum Christianum orbem ostentantur!* Concludes tu, sed improbe, vt de Michaële: Ergo Elisæus, Ioannes Baptista, Georgius, & alij patriæ religionis desertores fuere, ac proditores; Gentiles, qui talia præsumpsere, pij sanctique, & auitæ religionis propugnatores. Et esne homo, & non lapis?

Ioannes ad infandos difficultatum vortices præcipitatus, quas quibuscunque posset modis, vel iniquissimis non amoliri, animi esset degeneris indicium, & iustissimos metus auersantis. Nos identidem nos reuocando pronunciemus, quæ tu hic, & infra de Ioanne obgannis, cum Syropuli historiam discutiemus, qua firmitate asserantur, examinabimus.

EXERCITATIO XXXI.

Creyghtonus ex enauata opera, & labore suo nullum meretur præmium, cum nullum inde a Lectoribus emolumentum deportetur, post tot illius nugas: & potissimum quia Syropuli neque fidus, neque bonus interpres sit, quod multis adductis ex Syropulo locis demonstratur, quibus ostenditur eum, multa de suo addere, multa detrahere, et multa pro libidine demutare. Quæ in Pontificios a Syropulo eiectantur, importuna loquacitate auctiora facere, quæ in hostes Pontificiorum, malignissime extenuare. Sic etiam multiplici αἰσχρογραφίᾳ nomina propria, & cognomina inuertit, imo peruertit, vt ex illis Vrbes, quæ nunquam fuere, vel sunt, de nouo exoriantur, & quæ somnians, & res male intelligens confingit, calamo inconsideratissime displodat:

sæpe

sæpe etiam Hæreses suas Syropulo, aliisque appingat, vt est omne ius vindicare sibi Imperatores Synodos congregandi. Non distinguit ἱερομόναχους a cucullatis. Est præterea in exponendis aliorum cognominibus, & familijs infortunatissimus. Hinc illi Macres Longus est, Notaras Notarius, Philanthropenus Philantropicus, Coressius Adolescens, Chrysocephalus Aureum caput, & Scriniarius, Dermocaita Dermocæta, Michelettus Zenus Michaël Chiensis, Charistenus Angarius, & Cursor publicus, Mammalas Mammalides, siue Philometor, Phacrassa Tribunus, Chortasmenos multa corporis aruina pinguis. Et quod permirum accidit, de nouo ipse, autoritate nescio qua, alios atque alios in numerum Sanctorum collocat, qui neque in Græco, neque in Latino, neque in Reformatorum Calendario de nomine commemorantur. Sic Basus Patritius in S. Blasium abijt, Xanthopuli religiosi homines in Sanctos Xanthopulos, Monasterij nomen Calei a conditore in Sanctum Caleum. Multa etiam nomina non intellexit, vti τζόχα παπαδάρεια, καμουχῖνον, κοπέλιν. Scriptus alius a Theodoro Studita. Ritus consecrandi Patriarcham.

Pag. 48. SI *meus labor aut prodesse tibi possit, aut placere, Christiane Lector, habeo præmium: sin si displiceat, meministin, quid Strabo de marmorea imagine Sardanapali litteris mandauerit?* τ' ἄλλα τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος. *Bilem tuam, sannamque, & scomma, oculum obliquum, aduncum nasum, huius non facio, vt Terentius Strabonis sensum Latinis verbis reddit in Adelphis. Nihil tibi debeo, qui nec mea fortunæ multum, minus humani generis benignitati.* Ad liquidum explorata veritas est, perijsse illud, quod tibi promiseras, ob istum tuum laborem præmium: id siquidem commeruisses, si labor tuus fructum aliquem vtilitatis præbuisset, vel placuisset; sed cum, nec vtilis, nec fructuosus fuerit, & quod magis est, nec placuerit, nec gratus accesserit, speratum præmium perdidisti. Quis enim ea

lectione oblectatus fuiſſet, in qua confuſa omnia, incerta, & luto ipſo lutulentiora fluunt? Quis abſque ſtomacho, atque horrore tot blaſphemias, tot impia excepiſſet? Quis tot in probos Principes calumnias, in Patres, & Doctores Eccleſiæ conuicia, in Eccleſiam ipſam Catholicam maledicta æquo animo tuliſſet? quæ omnia ſi demas vti nullius momenti, quæ remanent, nonniſi ſtultiſſimis, & ſenſu animis alienatis arridere potuiſſent, & pagellæ illæ atramento pollutæ, ac decoloratæ manſiſſent inutiles, in quibus nihil eſt, quod legi ſit dignum. Nanque cum Scriptoris id muneris ſit, vel iuuare, vel delectare, Creyghtonus vtroque deſtituitur, & quandoque etiam in interpretatione ita redundantia iuuenili, ac dicendi profluentia deformatur, vt quæ ex alijs bene tibi conſulens didiceras, dediſcere ſæpe ſæpius neceſſe ſit. *Sin ſi diſpliceat meminiſtin, quod Strabo de marmorea imagine Sardanapali litteris mandauerit*; τ' ἄλλα τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀπομνημονεύματος. Non inuideo imagini illi tuæ marmoreæ, quam ex Sardanapalo tibi affingis. Sis, quando ita tibi animus eſt, gurges, & vorago lautorum conuiuiorũ, dies; noctesq; paſcito, efſarcito te, ſaginam cudito, ſis tandem Sardanapalus, tum demum hominem exue, & inter ignauum pecus collocatus, virtutes contemnito, opera celebranda reſpuito, honoris, & laudis contemptor dicito probis viris, ac literatis; *Bilem veſtram, ſannamque, & ſcomma, oculum obliquum, aduncum naſum, huius non facio. Nihil tibi debeo*. Fateor, nec magni intereſt, quod debeas. Ego in te nec teruncium, nec ſtillam muriæ inſumerem: namque in magnitudine torrentis ambitionis tuæ, & typho philautiæ interiret. *Qui nec meæ fortunæ multum*. Multum a fortuna expectare poſſunt, qui ſumma in alios, & in Rempublicam potiſſimum conferunt. Tum ſi fortuna bona aliquando non eſt; merito qui beneficijs de genere humano, ijsque ſummis promeritus eſt, queribunda voce

ce in eam fureret, & insaniret, & si continuo illam secundam, & nunquam aduersam expetit, næ ille amens, vt nunc tu, in columnas incurrit. *Multo minus humani generis benignitati*. Ita ne Chreyghtone? Quia benignitas humani generis suis beneficijs de te promerita non est, tu illam nec amas, nec illi debes. Quid vero tu in eam contulisti, vt illa te amet, & tibi debeat? Nihil humano generi dedisti, & quod non acceperis doles? afferendum prius erat, si relatum expectabas. An nescis Hesiodium illud, Καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ, δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν. *Da, tibi qui dederit, qui non dederit tibi, ne da. Danti aliquis dabit, at non danti non dabit vllus*. Et Epicharmium apud Platonem in Axiocho, δός τι, καὶ λάβε τι. *Da aliquid, & aliquid accipe*. Doleo vicem tuam, qui abstractus es in maximam malam crucem, & qui in tam larga humani generis benignitate nihil repereris commodi, quod nec infelicissimis accidit; & cum video, abs te bene merente de genere male referri gratiam; hinc cum illo dicam, *officiperda es*. An parum est hominem nasci? natum eodem loci, & temporis vestigio non deduci ad corporis portum? nutritijs non caruisse? alescendo roborari? in ætatis gradibus ascendere? Nonne ab humano genere sunt, præceptoribus tradi? disciplinis institui? & tandem fieri hominem, si tamen post tot naturæ beneficia, humani generis aliquid teneas, & non brutum animal hoc tuo in genus humanum ingrato animo euaseris? Quod si præter humani generis scopum non solum tibi, sed eidem humano generi nocuisti, non humano generi culpa, sed tuæ peruersæ voluntati referenda est, quod tu, quæ illa præstitit ad commodum, in pernitiem & tuam & humani generis conuertisti.

Si meus labor aut prodesse tibi potest, aut placere habeo præmium. Alio quoque capite nec prodest, nec placet. Qui enim prodesse, & placere poterit labor, in quo inter-

pres

pres aliud, aliud auctor, ex quo vertitur, tinniunt? quod ex malitia, & ignorantia factũ sanus mente liquido suspicabitur? In ipsa versione sunt multa in Romanos Pontifices iacta, quæ in Syropulo desunt, & adduntur a Creyghtono. Quæ Syropulus sæpius in eorundem Pontificum laudem, vel inuitus refert, & ad veræ historiæ laudem multum faciunt, Creyghtonus detrahit. An suspicandum est aliud, quam ex malitia, atque improbitate Interpretis, qui Romanis Pontificibus non æque bene affectus est, promanasse: & cum præterea pleraque immutata, & in alios sensus distracta euidentissime euincuntur, annon fatendum est, eum ex inscitia linguæ Græcæ deceptum, in Græcis vertendis delirasse? Et vt etiam alijs pateat, orationem hoc pacto instituamus. Interpretationum alia fida, alia arbitraria dicitur. Fida est, quæ ad verbum sic reddit, vt nec latum quidem vnguem ab Autore, quem interpretandum suscipit, discedat, quam κατὰ λέξιν, καὶ κατὰ πόδα vocari, auctor est Iustinianus l. 1. de iure iurando, cum Interpres ijsdem quasi vestigijs inheret sic, vt verba verbis quasi dimensa reddat, quique logistarum more verba prope adnumerat, quales Cicero nominat *indisertos*. Hic vt recte munus suum exequatur, necesse est, vt vtriusque linguæ æque bene peritus sit, vt sensus autoris teneat, & perspicue conuertat. Arbitraria est, quæ sententiam, & argumentum ex fontibus petitum ita tractat, atque disponit, vt nihil sit in fonte, ex quo haurit, quod ipse non referat, neque quippiam, quod in illa non sit, addat, verba tamen, & locutionem, vti suo arbitrio, iudicioque placuerit, disponit in vertendo, vt exprimeret proprius illius autor, si in lingua, in quam vertitur, locutus fuisset, in qua & verborum optimorum delectus, atque indoles exigitur, laxiorque est a priore, quod illa nec verborum ordinem audet immutare. Hæc fide bona in aliam linguam tranfundit, nihil vt de suo

addat,

addat, nihil demat, nihil denique immutet. Hæc verbis non aſtringitur, ſed ſententia. Horatius in Poëtica;

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres, ne deſilias imitator in arctum,
Vnde pedem referre pudet, vetat aut operis lex.

Et Andreas Scotus; *Non ad verbum tranſcribat, vt fidus ſolet interpres, qui alium transfert, aut Paraphraſtes, qui eundem dilatat addendo explicationes, ſed materiam, & argumentum a Græcis ſumens, ſuo illud arbitratu diſponat.* Et Cicero lib. 3. de finibus; *Nec tamen exprimi verbum de verbo neceſſe erit, vt interpretes indiſerti ſolent, cum ſit verbum, quod idem declarat, magis minuſue vſitatum. Equidem ſoleo etiam, quo vno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere: & tamen puto concedi nobis oportere, vt verbo Græco vtamur.* Nos vero eos interpretes intelligimus, qui opus vnum integrum in alia lingua conſcriptum in aliam transferunt, & profitentur, ſe eum auctorem ita reddere, vt nihil ſit in eo, quod non exprimatur, ſiue ſententiæ ſit, ſiue verbi in translatione, & in aliam linguam deriuatione. Quare hinc arcemus, quæ habuit Ennius ex Euripide; ex Menandro & Apollodoro Terentius; ex Xenophonte, & Platone Cicero, de quo monuit Hieronymus ad Euſebij Chronicon, & Epiſtola ad Pammachium, & alij, qui luſiſſe potius, quam vertiſſe dicendi ſint, ſed veniam mereri, quia adoleſcenti admodum excidiſſe ſibi annos nato viginti lib. 2. de Officijs extremo teſtatur, vt veluti ſpecimen ingenij, induſtriæque periculum fuiſſe appareat: grandior enim natus, Timæum Platonis, qui eſt de vniuerſitate, felicius reddidit, vt & Arati Phœnomena. Tametſi in his quædam Hyginus diſſentiendo notarit. &c. Et de ſe ipſe Cicero. *Conuerti ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas Orationes inter ſe contrarias Æſchinis Demoſtheniſque, nec conuerti vt interpres, ſed vt Orator ſententijs iiſdem, & eorum formis tanquam figuris, verbis ad noſtram*

con-

consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo, necesse habui reddere, sed genus omnium, vimque seruaui. Non enim ea me annumerare Lectori putaui oportere, sed tanquam appendere. Hæc pro nostro instituto satis sint. Si plura cupis, lege Petri Danielis Huelij libros duos de Interpretatione. Et hæc quæ diximus, de fido Interprete, adeo necessaria iudicauit inter alios Ioannes Sambucus, vt de sua Translatione Libelli Anonymi de conscribendis Epistolis, quam ille liberius videbatur absoluisse, Filijs Francisci de Reuua Comitis, & Palatini Vngariæ, culpa se purgauerit, & tantum non sibi veniam pro simili licentia postulauerit. *Neque sane cuiquam criminosum esse debet, si huiusmodi præceptionum annotatiunculis ab Interpete illuminatius aliquid addatur: præsertim quod sit diffinitionibus affine. Quod me fecisse liberius etiam fateor, idque maxime, quod nomen Autoris nusquam appositum fuerat.* Si in leuissimis, & quibus nemini incommodatur, tanta fides, & religio in Interprete requiritur: quanta in dogmatibus, & in historia, alijsque rebus grauissimis, quibus vitæ humanæ institutio, & Christianæ pietatis recti mens conscia innititur, cura in translationibus adhibenda est? Sed quidquid sit de Interpretatione, te nec bonum, nec fidum interpretem esse, hæc tua Syropuli translatio luculente euincit, quam confusionem, vastationem, & colluuionem aptius dixeris. Et hæc vt videas in ipso operis limine.

Pag. 1. Historiæ, cum sequester omni, qua pollebat, eloquentia contendisset; Οὐδ᾽ ὅλως ἐδυνήθη κἂν ἁπλῶς, τὴν εἰς τὴν πόλιν τῆ Πολεμηνίνης κερδῆσαι εἰσέλευσιν. Tu vertis; *Ne in tantum quidem profecit, vt vel ad Polienæ vrbis pomœria in procinctu Metropolitam accedere Patriarcha pateretur.* Ingressus in Vrbem, & ipsa Vrbs, *pomœria vrbis* tibi sunt. Quasi vero vnum sint, ingredi in Vrbem, & in pomœria Vrbis. Et saltem ipsum sagaciorem reddere debuerant, quænam intelligatur εἰσέλευσις, verba Mediensis.

Ὅτι

Ο῎τι πολλά καὶ ἐξ ἄλλων γενῶν, καὶ αἱρέσεων εἰσέρχονται ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. καὶ Α᾽ρμένιοι γὰρ καὶ Α᾽γαρηνοὶ εἰσέρχονται καθ᾽ ἑκάστην μὴ κωλυόμενοι παρά τινος. *Ex diuersis gentibus quamplurimos, etiam hæresibus infectos, & Armenios, & Agarenos hanc ciuitatem frequentare a nemine præpeditos.* Discito Lector ex eruditione Creyghtoniana, *frequentare Vrbem* esse, *Vrbis pomœria in procinctu accedere*. Sed quis nescit εἰσέλευσιν esse *ingreßum, introitum*? Persuasissimum mihi est, omnes id scire, vnum si excipias Creyghtonum, qui *ingreßum in vrbem, vrbis pomœria accedere* vertit. Si dicit non aliud esse accedat ergo ipse Londini pomœria, ibique maneat, si prohibeatur illi ingressus, tum ipse dicat, sese Londinum ingressum fuisse, suasque res intra Londinum peregisse. Et vt magis rideas, sect. 8. cap. 4. Syropulus narrat Bessarionem equo insidentem, vt vertit Creyghtonus, extra pomœria in campos animi gratia excurrere desiderantem, cum peruenisset ad portam ciuitatis a ianitoribus esse præpeditum, sic enim mandauerat Magistratus, vt neminem Græcorum equo vectum portam egredi paterentur. Si pomœria Vrbis, & Vrbs ipsa idem est, indignissime queritur Bessario, si illi concessum non est, portam cuitatis egredi, cum iam etiam intra ciuitatem pomœria in campos animi gratia equo insidens excurrat. Sed hæc sunt minima. Esto sint: attamen qui nescit minima, & in minimis balbutit, quid ab eo in grandioribus, atq; magis arduis sperandum fuerit? Et Poleænina nescio, quo malo suo fato obtruncata, & admutilata in *Polienam* euasit: & infra eodem capite; Ο᾽ δὲ Πατριάρχης δεινότατον ἡγησάμενος τοῦτο, βαρέως ἔφερε τὸ γεγονὸς, καὶ παντὶ τρόπῳ παρεσκευάζετο, ἢ διορθῶσαι τὴν ἐκκλησίαν, ἐπανελθόντος τοῦ βασιλέως ὥστε μὴ κατάρχεσθαι ταύτην παρ᾽ αὐτοῦ, ἢ καθίσαι ἐν τῷ ἰδίῳ κελλίῳ ὀργίζων καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, μὴ μέντοιγε παραίτησιν ποιήσασθαι ταύτης. *Patriarcha pœnitudine ductus ægerrime tulit, facinus indignum exclamans: & in posterum se animo obfirmauit,*

aut marte proprio Ecclesiam autoritati pristinæ restituturum, quandocunque Imperator rediisset, sic vt istiusmodi negotia non penderent ab Imperatoris arbitrio, aut inclusus cella seipsum, & Ecclesiam æterno damnare otio, ne quotidie pro Ecclesiæ iure, ac priuilegio deprecari cogeretur. In Græcis non video neque *pœnitudine ductum Patriarcham*, neque *facinus indignum exclamans*, neque *marte proprio*, neque *æterno damnare otio*, neq; *ne quotidie pro Ecclesiæ iure, & priuilegio deprecari cogeretur*. Quo enim pacto Patriarcha pœnitudine duceretur, de malo, quod ipse non commiserat? silentium facinus indignum non est. Quid monstri est illud, æterno damnare otio semetipsum, & Ecclesiam, & similia quæ in sua translatione infarcit? Quanto simplicius, & melius; *Patriarcha vero cum id importunissimum reputasset, factum moleste ferebat, & modis omnibus comparabatur ad corrigendam Ecclesiam, cum rediisset Imperator, vt illi obnoxia non esset, vel in propria cella extra turbas viueret ipse, semetipsum, atq; Ecclesiam interdicturus, non vero illam repudiaturus*. Et post duas lineas, Ἐπεὶ ὁ Πατριάρχης τῷ θανάτῳ προσηναρπάσθη. *Cum Patriarcha ille subita morte extinctus decessisset*. θανάτῳ προσηναρπάσθη est, antea morte arreptus, correptus, raptus est, tu de tuo addis, *subita morte*, tot mortis, genera in vnum repentinum restringens, quasi non potuerit morbo diutino extingui, nisi subita morte suffocaretur.

Pag. 2. cap. 2. sect. 3. Ἐστάλη δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως, ὅτε μεσάζων ὁ Γουδέλης. *Missi sunt ab Imperatore vnus ex sequestris Gudelæ Dominus*, qui itidem sect. 6. cap. 2. *Gudelæ Dominus*, nec multo post, *Gudelinus*, a quo equos redemptos, suos fecerat Imperatoris frater. Ita constat sibi in nominibus, atque prænominibus pronunciandis Creyghtonus, qui cognomen viri in Vrbem Gudelam adauctauit. Indica Chirographum, quod Gudelæ Vrbis mentionem fecerit. Sed cum incomposite videam te hæc omnia innectere, non iniucundum tibi fore existimo, si quæ tu reddis obscuriora

ſcuriora, ipſe in lucem proferam. Mittuntur ab Imperatore in Synodum in ædem Apoſtolorum coactam pro iuribus Imperatoris, ac Patriarchæ decernendis, vt poſtmodum eligendus Patriarcha, quæ ſua ſunt, & quæ Imperatoris dignoſcens, litem pro ijs Imperatori non inferat, & miſſi fuere quatuor Ὁ μεσάζων, ὁ Γυδέλης Δημήτριος, ὁ Χρυσολωρᾶς, καὶ Δημήτριος Ἄγγελος ὁ Φιλομμάτης. Sequeſter, Gudeles Demetrius, Manuel Chryſoloras, qui ſub finem vitæ Matthæi Patriarchæ Roma a Papa delegatus Conſtantinopolim aduenerat, & Demetrius Angelus Philommates. non poteſt dici clarius. Tu interturbas omnia, & noctem nominibus offundis. Facis ſiquidem ſequeſtrum, hunc tuum Gudelæ Dominum, Chryſoloræ, qui Manuel eſt, Demetrij nomen, cui cap. 7. eiuſdem ſect. obnitentibus muſis omnibus Michaëlis nomen appingis, cum in textu Græco aperte legatur Μανουήλ. Quis fuerit hic ſequeſter Syropulus non exprimit. Sed cum hoc tempore bini ſequeſtri eminerent, vt tu ſcribis in Notis, alter Cantacuzenus frater Mariæ, quam ſibi Ioannes in tertiam coniugem ſociauit, alter ſequeſter, peculiari voce officij dictus Notarius, neceſſe eſt vnum ex his miſſum fuiſſe ab Imperatore, aut Cantacuzenum, aut, vt tu dicis ſomniando, Demetrium Chryſoloram, *cuius ad initium capitis tertij fit mentio*. Cum Chryſoloras, cuius fit mentio ibidem, neque ſequeſter fuerit, neque Demetrij nomen habuerit. Quare poteras parcere Notæ. *Duo primi præcipui erant, & auctoritate ſua, & principis gratia*. Sed quilquis ex his ſequeſtris miſſus fuerit, parum refert. Sat eſt conſtare, non fuiſſe Gudelem. Et ne Emmanuelem hunc cum Demetrio Chryſolora, cuius vaticinium de Imperatoribus Conſtant. recenſet Syropulus ſect. 3. cap. 8. vnum facies obſtat ætas, & profeſſio. Nec ridiculum illud eiuſdem Interpretis prætereundum eſt, qui quartum hunc miſſum Demetrium, Angelum, Philommatem cognomine

mine sect. 2. cap. 20. Dominum Philommatæ facit, *Confessarijs ex Clida Philommata Domino*. Ita pro arbitrio calamo vrbes extruit Creyghtonus, qui nescit Clidam, & Philommatem cognomina esse, & hunc duplici cognomine more Byzantinorum illustrium, qui vt se claris natalibus ortos demonstrarent, tum ex matris, & patris cognominibus ab alijs distinguebantur, & sæpe etiam pluribus si adfuissent, vt videmus in Michaële, & Andronico, Palæologis, qui se Angelos, Ducas, & Palæologos in Diplomatibus subsignabant: Et cum mater, parensque eiusdem generis præseferebant insignia vno cognomine colligabant, vt ex Diplobatatzijs, & Diplopalæologis discimus. Clidæ quoque cognomen sub Andronico filio Michaëlis in Ioanne Metropolita Ephesio innotuit, qui de processione Spiritus S. aliquot Axiomata contra Cyprium, & de Schismate prolixum satis tractatum, & doctum edidit, quæ postrema leuiter, occasionem tamen nacti, ex insulsis eiusdem Greyght. Notis, & mala fide reddito Syropulo tetigimus. Ἄδειαν ἔχει ὁ βασιλεὺς συνάγειν Συνόδον, καὶ συνιστᾷν ταύτην, ὅτε καὶ βούλεται. *Imperatorem sibi summam semper potestatem vendicasse conuocandi Synodos, & stabiliendi cuncta prout sibi visum*. Hoc nec somniauit Syropulus tuus. Tu qui secularem potestatem plus nimio extollis, & e terra in sublime attollis, facultatem, quam exhibes, summam facis ad Synodos conuocandum. Illud vero, *stabiliendi cuncta prout sibi visum*. O mi homo, si Græca calles, συνιστᾷν Συνόδον est *colligere, cogere, celebrare*. Tu a coactu, & celebratione ad decreta Synodi, & alia omnia, quæ Imperatori visa sunt, transcendis. Est ne hoc fidi Interpretis?

Pag. 4. sect. 2. cap. 5. Καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ εἰκὸς συνεργήσας τε, καὶ ἀγωνισάμενος, καὶ ἐπὶ τῇ ἐκλογῇ καὶ ἀναῤῥήσει τοῦ Πάπα παρὸν Μαρτίνου εὐφημίας γε καὶ ἀναδοχῆς ἀξιωθεὶς παρ' αὐτοῦ. *Negotiumque magna alacritate, & animi contentione promouit*,

ipse

ipse a suo genio in id propensus, vt æquum est coniicere, & occasionem nactus legationi suæ peropportunam, noui Papæ Encænia, cum Martinus a Concilio electus renunciaretur? Vnde a Papa in ipso nascentis dominij flore perbenigne, & splendide receptus. &c. Quid monstri hoc est? Vbi in Græcis illa sunt, *ipse a suo genio ad id propensus, vt æquum est coniicere.* Complectitur ne hæc omnia, quæ vno verbo Syropulus expressit κατὰ τὸ εἰκός? Et illud, τὴν τῆς ἀναστορθώσεως, *noui Papæ encænia*, insulsa metaphoræ explicatio. Ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ, ἐγκαίνια τῆς εἰκόνος, quid sit, scio: Sed *encænia Papæ*, nondum intelligo, neque enim inueni ad hunc diem Papam destructum, & nouo molimine electorum redintegratum. Illa etiam, *Cum Martinus a Concilio electus: vnde Papa in ipso nascentis dominij flore*, ex quo Codice habuit? Habuit ex historia. Ergo historiam scribit e suo cerebro, non interpretatur Syropulum. Ad quid tanta loquentia importune ingesta? An non poterat expeditius insistendo, & electioni, & inaugurationi Pontificis, *præsens perbenigne, & splendide ab eo acceptus est?* Sed mirum est, quantum probetur Creyghtono, larga loquendi petulantia, sicut in eadem pagina illa; πλατυνύεται ἐπ' αὐτοῖς. *Verbis quamplurimis fusissime promisit:* παροιστρήσας, *nescio quo fatali oestro zeli, ac animositatis percitus.* Καὶ πάντας ἀκολού-θους ἀγρεῖν. *Omnes mortales sui sequaces aut deprehenderet, aut faceret.* Et principio sequentis capitis; Διὸ καὶ τότε πολλὴν ὁμιλίαν περὶ τούτου πεποιηκὼς συνηγόρησεν. *Quare permultis sæpe secretis admissionibus ad Papam, & sermonibus vbique de hac re in vulgum iactatis plurimum adiuuit Andreas.* Et infra; ἅπερ ὁ Εὐδαίμων Ἰωάννης ἐπραγματεύσατο. *Quas tum Eudæmon, & legatus Principum, & proxeneta conciliabat in Italia, vt comitarentur, Papa fecit, & tanquam in manum Eudæmoni tradidit.* Et infra; Πρὸς οὓς δὲ ἡ συγχώρησις ἦν παρ' οὐδὲν αὐτὴν θέμενοι, βέλτιον ἡγήσαντο οἴκοι μένοντες ῥέγχειν. *At illi, quos hæc indulgentia Papalis spectabat, cum istam criminum nundinationem*

nem ſemper ſuſpectam haberent, domibus ſuis altum dormire maluerunt. Deus bone! Sic poſtponitur pudor? ſic conculcatur verecundia? Hæreſes ſuas fraude tam aperta, & falsa veris remiſcere, præter quam quod impium eſt, & damnum affert generi humano, circa religionem irreparabile, qui in id ſtudioſe operam dat, non minus falſi reus eſt, quam qui ius adulterat, falsa teſtamenta ſupponit, vitiat Chirographa, & nummos cudit plumbeos, tenetur culpa, & pœna. Pontificij non dubitant de peccatorum venia ſibi religionis cauſa conceſſa, pro qua cum ipſi vitam prompte profundant, Eccleſia Romana animabus prouidens, in manifeſto diſcrimine, vt habeant laborum, & ſanguinis, & vitæ viciſſitudinem, dat hoſtimentum. Nec Græci minori confidentia id tenent, qui etiam Diplomate publicato fidelibus, hoc idem procurant, vt alibi oſtendimus; & tu ſimilem peccatorum veniam, *nundinationem* vocas, & in innocentiſſimas chartas inſinuas? Appone tuis, ad raucam rauim in pulpitis pernicioſa voce, & ingenti latratu intona: Dum vt tua prædicas hoſtis Romanæ Eccleſiæ es, extra Eccleſiam es, Hæreticus es. Sed alienis chartis nomine interpretis appingere hæreſes exitioſiſſimas, hoc vero inter execranda, & deteſtabilia execrandiſſimum, & deteſtabiliſſimum eſt, & inter criminoſa criminoſiſſimum. Eia, digito monſtra, vbi nam illa ſunt in Syropulo, *cum iſtam criminum nundinationem ſemper ſuſpectam haberent*. Sed dicit, παρ' οὐδὲν θέμενοι. Sed id non eſt, criminum nundinationem ſuſpectam habere, & ſemper. An negligere, vel non curare, vel non moueri, vel etiam non attendere, quod ſonant verba Græca, apud te eſt, *criminum nundinationem ſemper ſuſpectam habere*? Et nos quærimus fidem in Interprete? Tandemque vti ioculare Pontificium diploma ſcurriliter derides in fine capitis, Πλὴν εἰ δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἔκτοτε δὶς καὶ τρὶς ἐχαλάσθη, ἀλλ' ὅμως τὸ

ἐκ

ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας φυλαχθὲν τοῦτο, ἔτι καὶ νῦν ἵσταται ἐνθάδε φυλασσόμενον ἐν τοῖς βασιλείοις. *Quamuis etiam postea, infælix illud muri propugnaculum bis, terue varijs oppugnationibus in maiora rudera peßundatum fuit, vtcunque celebre illud Romanæ Ecclesiæ Diploma Indulgentiæ, quod tam male Hexamilium conseruauit, nos in Archiuis reposuimus, vbi nunc cernitur, in omnia secula conseruandum.* Ita mimica interpretatione promptissimus, ac impudentissimus homo Indulgentias Pontificias lacessit, & quod negligentia hominum factum est, in Indulgentiarum decolorationem corriuat.

Pag. 5. sect. 2. cap. 7. Ἐπεὶ γοῦν χρόνοι παρῆλθον ἐγγὺς τριάκοντα, ἐν οἷς οὔτε γράμμα, οὔτε πρέσβυς ἀπὸ τοῦ Πάπα εἰς Πατριάρχην ἐστάλη, ἀλλ' οὐδ' ἐντεῦθεν ἐκεῖσε. ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν τοῦ Πάπα Οὐρβανοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πατριάρχου Νείλου οὐδὲν ἦλθεν ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐδ' ἐντεῦθεν τὰ περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκινήθη. *Triginta iam anni præterierant plus minus, in quibus nec mutuum literarum commercium, nec legationem mandatam accepimus a Pontifice Romano ad Patriarcham: sed neque hinc ad illos quidpiam publice transmissum. A diebus siquidem Vrbani Papæ, & Sanctissimi Nili Patriarchæ nemo illinc ad nos commigrauit, nemo hic inter nos vnionis Camarinam commouit.* Quis ex ore putido, & grauiter spirante, ac male vitiato stomacho, vti Creyghtoni est, impuram impudentemq; licentiam, & sacrilega consilia non persenserit, etiam si nares obstruat, vel nares vnguentis expleat? frustra erunt omnia. Ecce nunc sacra *Camarina* illi sunt, & Ecclesiastica vnio memphitis teterrima. Certo id Syropulus non scripsit; si ex sua liberalitate illi affinxit, dignus est, qui inter fidos interpretes locum non habeat, & illius versio mendacij arguatur, & impietas minimum monimentis bubulis amare coërceatur. Et vt magis hominis infantiam in rebus antiquitatis rideas, nota ipsius in sect. 2. cap. 7. examinetur, ad illa verba. *A diebus siquidem Vrbani Papæ, nempe Vrbani Sexti creati triginta aut circiter annis ante inchoatam*

Eude-

Eudæmonis legationem, idque in foedo Schismate, quod Pontificum auctoritatem diu multumque labefactauit, dum alij Papæ Romam, alij Auenionem Cathedram Petri circumferrent, quamuis si tela historiæ præ manibus, vel argumenti ratio spectaretur, hæc magis Vrbanum II. attinerent, qui Concilium Barense celebrauit, anno 1097. *in quo noster Anselmus tunc exul Angliæ.* &c. Quis admiratione tam atrocis inscitiæ non obstupesceret? Hunc Vrbanum, de quo verba facit Syropulus, Vrbanum esse sextum, verum est. Ante inchoatam legationem Eudæmonis Ioannis annos circiter triginta præterlapsos fuisse, quidquid sit de numero Annorum, cum id Syropuli sit, errore vacat Interpres, qui verba Græca reddidit. Attamen quod de suo postmodum adnotat, cordati homines non æquo animo tulerint, imo respuent, ac detestabuntur tanquam auspicium malum. Quanam enim ratione hæc Syropuli, *Vrbanum Secundum attinebunt, qui Concilium Barense celebrauit anno* 1097. Cum annorum intercapedo, etiam si incredibili patientia ad calculos reducatur, immensum quantum abludat, cum Secundus sederit anno 1088. sextus 1378. Quare sextus a secundo annos ferre 300. longe procul est. Et est ne cæcitas tanta inter homines, quæ tantum temporis interuallum non dignoscat? Saltem ex nomine Nili Patriarchæ Constantinopolitani, quod simul, cum Vrbano a Syropulo exprimitur, cautior reddi poterat. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν τοῦ Πάπα Οὐρβανοῦ, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Νείλου. *A diebus siquidem Vrbani Papæ, & sanctissimi Nili Patriarchæ.* Etquod plus pollet ad conuellendum Creyghtoniana somnia, a Primo Byzantino Episcopo, & Patriarcha ad captam a Turca Constantinopolim, nullus in ea dignitate recensetur, qui nomine Nili eniteat. Quare abeat hinc Creyghtonus cum suo hoc Vrbano, cui supparem Nilum adiungit suus Syropulus. Addam hic Apologum, quem in suis Mythistoricis longo amicitiæ vsu mihi coniunctissi-

iunctiſſimus Auguſtinus Fauoritus carmine expreſſit, Vir omni doctrinarum, & diſciplinarum genere, quæ liberali homine dignæ ſunt, excultiſſimus, & ea morum ſuauitate, vt tota ambroſia perfuſus videatur a Venere;

Olim dolebat faſce non æquo ſibi
Mœrens Aſellus, dexterum frangi latus.
Agitator hoc intelligens, vt par onus
Faceret, ſiniſtram ſilice molari aggrauat
Clitellam. Aſellus conquerens ſortem ſuam,
Sic mentis, ait, & conſili expertes ſolent
Vtramque partem facere mortales parem.
En ipſe poſco dum leuari pondere
Latus vnum, ab improba manu alterum grauor.

Sic tu Creyghtone, cum erratum vnum extra culpam ponere, innumeris inſulse aliorum maculis infuſcaris, & dum curare vitium niteris, in contraria, & multo peiora vitia curris. Ποταμοῦ ῥύμην ἐθέλων ἀναχαιτίζειν, τί βάθος ἐπὶ τὸ κάταντες τάφρους ἀνορύττεις; Quare vero hoc? οὐκ ἀγαθῷ, ἀλλὰ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι διανοεῖ. μᾶλλον δὲ τῷ ἥττονι τὸ μεῖζον ὑπεισενεγκεῖν. Infra Manuelem Chryſoloram error Typographi in Michaëlem immutauit, neque enim Creyghtonum adeo cucullum reputo, vt Michaëlem a Manuële neſciat diſtinguere. Ὅτι νῦν τὸν τῆς νέας Ῥώμης Ἀρχιεπίσκοπον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ὀνομάζει ὁ Πάπας, καὶ ἀδελφὸν καλεῖ τοῦτον. *Quod in Eudæmonis Epiſtolis, Nouæ Romæ Archiepiſcopum Patriarcham Conſtantinopolitanum diſertis verbis Papa nuncupat, & in ſimili ſecum ſphæra dignitatis, atque eminentiæ fratrem.* Quidquid dicat Syropulus, plane interpretatio Creyghtoni alia omnia præter id, quod dicit Syropulus, exprimit. Nam illa; *Papam Patriarcham Conſtantinopolitanum in ſimili ſecum ſphæra dignitatis atque eminentiæ fratrem.* In Syropulo nulla ſunt: neque enim Pontifex, cum aliquem Fratrem appellat, ſtatim in ſimili ſecum ſphæra dignitatis, atque eminentiæ collocat: cum

etiam omnes Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Metropolitæ, qui in literis Pontificijs *Fratres* compellantur, in ſimili cum Papa ſphæra dignitatis, atq; eminentię non collocētur. Hinc expoſitio illa, licet alio characterum genere impreſſa, ridicula eſt. Conſtantinopolitanorum, ſcripſit, *ciuium, non ciuitatis, quaſi ad ſucceſſorem Petri ius, & cura loci pertineret, ad Patriarcham tantum regimen popularium.* Εὖγε τοῦ διευτερεύματος, qui ciues Conſtantinopolitanos a ciuitate ipſa diſcernere; & ius vrbis, murorum nempe ac ædium Pontifici, populorum regimen Patriarchæ vindicare ſcis.

Pag. 6. ſect. 2. cap. 8. Ἀντιγράφουσι τοίνυν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ Πατριάρχης. *At Rex vterq; ſimul, & Patriarcha reſcribunt.* Et dices inoffenſis oculis legere Creyghtonum, quando vnus Imperator, *duo Reges* de repente apparuere: nitedulæ e vepreculis. Ibidem, ἐξετάσῃ καλῶς τὰ τῆς διαφορᾶς, *quæ ſingulos vtrinq; articulos, & puncta, & momenta perpendat, ſingula diſcrimina controuerſa examinet.* Dico cum illo, *ſatis loquentiæ, ſapientiæ nihil.* Puncta illa, momenta, & ſingula diſcrimina cōtrouerſa vnum ſunt, nec ad textum Gręcum pertinent. καθαρῶς, καὶ μετὰ πάσης ἐλευθερίας στερχθῆ παρὰ πάντων ἀνενδοιάστως. *Ea vt ab omnibus ſancita audacter, & animoſe, ſine tergiuerſatione, mora, aut metu ſtabiliantur.* στερχθῆ hoc in loco *ſtabiliri* non eſt. Quod cum ſupra expreſſerit; *in quæ vniuerſa voce cuncti, qui in Synodo aſſident, manifeſte conſenſerint*; nempe ſtabilita fuerint, omnes debent ſine vlla tergiuerſatione excipere, & amplecti, & in illis conquieſcere, quod inſinuat στερχθῆ. Ibidem: καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς δεῖ συνάξαι τὴν Σύνοδον, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος αὐτοῦ, καὶ προνόμιον. ἕτερος δὲ οὐδείς. *Et quod Solus Imperator Romanorum, & præter eum nemo inter mortales, autoritatem habeat conuocandi Synodum, ex veteri ritu, conſuetudine, ac priuilegio Maieſtati Imperatoriæ adnato.* In Græcis. *Solus, inter mortales, conſuetudine, Maieſtati Imperatoriæ adnato*, deficiunt, addita tamen ſunt a

Crey-

Creyghtono. vt Maiestatem Imperatoriam augustiorem faceret, Pontificiam imminueret. Sic solet, oblata fortuna, secularem iurisdictionem verbis etiam inanissimis exaltare, Ecclesiasticam attenuare. Illud, *Imperator Romanorum*, ambiguum est, de quonam ipse Imperatore intelligat. Syropuli verba Constantinopolitanum sonant. Forte ad suum Occidentalem protrahet Greyghtonus, ni ad ipsum Turcam, qui nunc Constantinopolitanis imperati, ipsiq; cum vnum sint omnis generis homines in religionis negotio, iracundia incensus, reiectare non dubitauerit. Ibidem; καὶ Ἰωσὴφ μετωνομασθέντος. *Mutato nomine Iosephi*. Ancipitis sententiæ verba. An hic, qui factus Monachus est, Iosephi nomen assumpsit? an vero nomen illius fuerit Iosephus, antequam Monachum indueret? quare cum antea Bladynterus vocaretur, eo nomine mutato Iosephi assumpsit. Male ergo vertitur, *mutato nomine Iosephi, cum Iosephi nomen assumpserit*.

Pag. 7. sect. 2. cap. 9. Καὶ λεγάτον στεῖλαι εἰς αὐτὴν. *Et eo se velle Legatum destinare cum auctoritate, & mandatis*. Hæc postrema quatuor verba in Græcis desiderantur. Ὅτι εἰ καὶ τοῦ βασιλέως ἴδιόν ἐστι τὸ συνάξαι τὴν σύνοδον. *Quod etiam si solus sibi vindicet omne ius Imperator præstandi Synodos in æternum*. Caue Creyghtone, ne mutes mores, vel pilum. Vulpis es. Ideoque etiam magis es in Imperatores sermone largior, quam tuus, quem interpretaris, Syropulus. Syropulus dicit, Imperatoris proprium esse cogere Synodos, tu de tuo addis, vt supra, *Solus Imperator vindicat sibi omne ius præstandi Synodos.* Quid est illud immane, & prodigaliter portentosum *in æternum*? Teneo te. Etiam post supremū diem iudicij Imperatores propugnabunt iura sua, vt soli præstent Synodos. Ostende, qua ratione in omne æuum, & semper, & in æternum præstandæ sint Synodi.

Pag. 95. sect. 4. c. 21. Ἀπεκρίθησαν δὲ οἱ Ἐπίσκοποι, ὅτι

ἀρχαῖον ἔθος ἐστὶ τοῦ Πάπα. *Episcopi ad vetustam consuetudinem confugerunt, quam a multis retro seculis in orbem Christianum irrepsisse affirmarunt.* Seculis opus est, & multis ad verba Græca consideranda, quæ etiam si acutius perpenderis, quæ Creyghtonus vertit, latebrosa sese occultabunt. Et infra; ἀρχαῖον ἔθος, vertit *consuetudinem ab æterno*, stultissime. Antiqua consuetudo Creyghtono *æterna est*. Sed quando tantopere te amas in hoc *æterno*, vt non solum, cum in Syropulo est, latine exprimas, sed etiam cum non est, ineptissime inculces, age dum antequam vlterius progrediatur oratio, *æternum* illud consideremus. *Pag.* 2. Ἢ καθίζαι ἐν τῷ ἰδίῳ κελλίῳ, ἀργήσων καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν. *Aut inclusus cella se ipsum, & Ecclesiam æterno damnare otio.* *Pag.* 5. sect. 2. cap. 6. Ἀλλ' ὅμως τὸ ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας φυλακτήριον τοῦτο, ἔτι καὶ νῦν ἵσταται ἐνθάδε φυλασσόμενον ἐν τοῖς βασιλείοις. *Vtcunque celebre illud Romanæ Ecclesiæ Diploma Indulgentiæ, quod tam male Hexamilium conseruauit, nos in Archiuis reposuimus, vbi nunc cernitur in omnia secula conseruandum.* Sect. 9. cap. 10. pag. 265. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπλανῆ εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ἀνάγκη, καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον αὐτῇ καὶ τῇ ἀποφάσει αὐτῆς ἕπεσθαι. *Quæ cum vtraque absurda sint, Ecclesiam vniuersalem omnino infallibilem esse necessum est, nobisque hoc incumbit, vt ab Ecclesiæ placitis æternum pendeamus.* Sect. 9. cap. 12. pag. 269. Ἡμεῖς χάριτι Θεοῦ ἐσμὲν Χριστιανοί. *Nos equidem, quod Dei gratiæ deberi æternum profitemur, Christiani sumus.* Sect. 10. cap. 14. pag. 303. Καὶ ἀποθανόντος ἐκείνου, πάλιν ποιείτω ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἕτερον, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως. *Et moriente postea etiam & Græco, Orientalis Ecclesia successorem substituat tam mortuo, quam in omne deinceps æuum.* Sect. 10. cap. 14. pag. 302. Καὶ ἔσονται εἰς τὸ ἑξῆς αἱ ἐκκλησίαι ἡνωμέναι ἀεὶ Θεοῦ χάριτι. *Et Ecclesiæ posthac in concordiæ vinculum sociatæ per Dei gratiam æterno perdurabunt.* Sect. 10. cap. 17. pag. 306. Εἰδὼς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἡ δόσις τοῦ σιτηρεσίου αἰεὶ ἐν ἀναβολαῖς ἐστιν. *Et*

cum

cum Imperator cerneret, æternum cunctabundos nummorum præstationem semper procrastinare. Preter *æternum*, habetur &, *semper*. Sect. 11. cap. 6. pag. 322. Νῦν δ' ἐπεὶ ἐγένετο ἕνωσις, ἐπιτεθήσεται ἡμῖν, ἵνα χειροτονῇ. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ὅλως θέλομεν τοῦτο. *At nunc vnione sancita, multo acrius instabit, petet, & tanquam ius suum sibi vendicabit, quod in æternum nunquam admittemus.* Sect. 11. cap. vltimo pag. 329. Ὀλίγα δ' τινα τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐνδημίας ἡμῶν προσθεὶς, τὴν φίλην ἀσπάσεται σιωπήν. *Perpauca nunc adijciam de aduentus nostri in patriam primordijs, & taciturnitati in posterum æterne litabo.* Sect. 12. cap. 7. pag. 341. καὶ θαῤῥῶ, ὅτι πάλιν μεθ' ἡμῶν ἔσεσθε. *Et spes adhuc animo insidet, fore, vt reuertatis, æternum nobis non sic valedicturi.* Sect. 12. cap. 11. pag. 346. Πέπεισμαι ὡς οὐ περιόψεται ὁ πανοικτίρμων, καὶ διαπλαγχνος τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ κλυδωνιζομένην, καὶ κινδυνεύουσαν. *Et spero, & firmiter credo, quod ille clementissimus, & summe misericors Deus, non sinet Ecclesiam suam tot iactatam fluctibus, tot periculis perfunctam deprimi in æternum.* Cap. 11. pag. 350. Καὶ ἐπεῖσον ἡμῖν φόβους, καὶ ἀπειλὰς πλείστας οἰόμενοι ἐν χερσὶν ἔχειν τὴν διόρθωσιν τῆς ἑνώσεως τετηρεσμένην. *Vnionistæ vehementi impetu in nos illati, terrores quam plurimos, minasque spargebant, rati iam triumphi exoptatum diem illuxisse, & vnionis æternum firmandæ occasionem se in manibus prehendisse.* Ibidem pag. 351. Καὶ εἰρηναίαν καὶ ἀστασίαστον τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ καταστήσει τε, καὶ διατηρήσει ὁ κύριος. *Ecclesiam figet in fundamentis pacificis, ac imperturbatis, et in æternum conseruabit Dominus.* Quid hoc fuerit, quam æternū ineptire Creyghtonum; æternum a suscepto proposito deerrare? ne quid peius dicam. Hinc in risum me vocat Aristophanei illius memoriola in Ranis, dum decertant de primatu in compagendis Tragædijs, & præcipue de Procemijs Æschylus, & Eurypides. Eurypides recitat sua, quæ post duos pedes, & syllabam præciduntur: tum Æschylus versum sæpius terminat ridicule additione illa, ληκύθιον ἀπώλεσεν. Sic tu cum sententia manca,

atque

atque mutila, vt tibi videtur, insperato incidit, & alia omnia deficiunt, ad subleuandam periodum, hoc tuum *æternum* in auxilium aduocas, & quod in Syropulo non est, æternitate hac tua supples. Dignus plane, qui non alia, quam hac imaginaria æternitate perennes: certus, quod si in posterum meliorem mentem non habueris, illa tibi eueniet. Nunc ipsum tene tibi, quod Præfatione ad Lectorem male tibi precatus es. *Vellem mihi æternum veritatem abesse, si ipse in hoc effato, vel latum vnguem a veritate aberro*. Abest tibi veritas, qui in vno verbulo non semel, atque iterum, sed sæpius a sententia Syropuli, quem ex fide reddere susceperas, illiusque vero contextu aberras. *Pag. 7.* Χρὴ γενέσθαι τὴν Σύνοδον, ἤγουν, ἵνα τὰ μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν διάφορα ἐξετασθῇ μετὰ πάσης ἐλευθερίας, καθαρῶς, ἀφιλονείκως, καὶ γένηται ὅπερ ἂν ὁ θεὸς χορηγήσῃ. *Si fieri oporteat Concilium, in quo vtriusque Ecclesiæ dogmata, ac differentiæ syncere, ac prudenter adhibita omni libertate, ac candore, remoto omni tumultu, ac præiudicio discutiantur, fiat vbicunque terrarum nostrarum, Deo optimo Max. visum fuerit.* Vtcunque sit. Esto sane. Quæ sequuntur, ex quo cœno sine interspiratione exhausisti? *Nobis pro tanta multitudine, & hominum conuentu sustentando, idoneos sumptus subministrare.*

Pag. 8. sect. 2. cap. 10. Ὅταν δὲ γένηται εἰρήνη ἐνταῦθα, καὶ εἴδωμεν τὸν καιρὸν ἁρμόδιον πρὸς τὸ γενέσθαι Σύνοδον, τότε στέλλομεν ἡμεῖς πρέσβυν. *Et cum alma pace restituta, vel tantillum respirabit gens nostra, ac desinet bellorum procellis agitari, nanciscemur opportunum tempus conflandæ Synodo, & nuncio ad vos misso.* Non est, quod amplius quæras, in Græcis, Græca enim tantum sonant; *Cum pax hic restituta fuerit, & videbimus tempus opportunum conflandæ Synodo, tum nuncius ad vos mittetur.* Illa quoque absunt a Græcis, quæ tu de Legato Pontificis post duas lineas reboas, *vt capiat quacunque pompa, aut comitatu stipatus nos inuisere.* Si dicas Creyghtone,

ne,

ne, hæc tu Græcis ſicut & alia addere de tuo, vt mens auctoris dilucidius habeatur, hoc vero ineptum eſt, & magno conatu magnas nugas diceres. Si interpretem agis, vt fidus ſis, ea tandem, & tantum apponenda ſunt, quæ in auctoris ſcripto extant: ſi commentatorem, aut explanatorem, alia tibi procedendum fuerat via. Hæc & ſimilia in decem hiſce capitibus adnotaui. Potuiſſem alia, ſed vti minoris momenti neglexi. Neque enim hic linguæ Græcæ literaturam præmonſtro. His tamen ſatis ſuperque patet, cum in tot ineptias in pauciſſimis tuæ Translationis paginis lapſus ſis, neque bonum, neque fidum interpretem fuiſſe: Et ſic cum neque profueris, neque placueris, immerito tibi, ex hoc tuo labore præmium expoſcere, quem ſi antequam ederentur Vulcano commiſiſſes, ſatius tuam dignitatem ſuſtinuiſſes, & tuo honori conſuluiſſes. Erat animus reliquam tuam interpretationem reuiſere, ſed multitudine mendorum, atque hallucinationum abſterritus, manum de tabula tollere decreui: neque enim mihi ſenticeta errorum expurgare vnquam in animo fuit. Ne tamen continuatione interpretationis Creyghtonum meliorem eſſe factum quis ſuſpicetur, ex reliquo illius opere, vt moli voluminis, in qua immani mendorum acceſſione excreſceret, conſulatur, quoque modo occurrerint, ſed breuiter, adnotabimus.

Pag. 12. ſect. 2. cap. 15. Εἶτα ἔςειλε πρέσβεις εἰς τὸν Πάπαν, τὸν τότε μέγαν ςρατοπεδάρχην κῦρον Μάρκον τὸν Ἰάγαρειν, καὶ τὸν τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις, καὶ καθηγούμενον τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ παντοκράτορος κῦρον Μακάριον τὸν Μακρόν. *Cuius poſt diſceſſum binos legauit ad Papam, Dominum Marcum Iagarin generalem copiarum omnium ducem, & plurimum venerabilem in ſacris Monachis Præfectum Monaſterij Omnipotenti Deo dicati, D. Macarium Longum.* Μάκρης, ſiue Μακρὺς, ſiue Μακρὸς Familiæ nomen in *longum, prolixum, productumque* Creyghtoni

accurata

accurata obseruatio protulit. De Macario Macre qui plura cupit, adeat cap.18. lib. 2. de Consensione vtriusque Ecclesiæ. Ex quibus disce Creyghtone in præuertendis familiarum nominibus in posterum circumspectior esse.

Pag.20. sect.2. cap.23. Ἔστειλαν δ' ἐνταῦθα καὶ πρέσβεις τρεῖς ἱερωμένους τὸν Φρὰ Ἰωάννην, τὸν Ἰέρικον Μαγκέρ, καὶ τὸν Φρὰ Σίμωνα. *Quibuscum tres legatos huc instruunt, ordinis cucullati, Fr. Ioannem, Henricum cognomento Mancer, & Fratrem Simonem.* Quæ serio, & iocis, & scurrilibus remotis Syropulus narrat, Creyghtonus non absque illusione, in deridiculo vertit. Viri enim, qui Syropulo sunt ἱερωμένοι, *Sacerdotio præditi, in sacris constituti, sacris astricti, sacratissima religione consecrati*, ideoque pie sanctèque colendi, Creyghtono per irrisionem *cucullati ordinis* sunt. Scio, certam hanc esse impiæ disciplinæ formulam. Id si Creyghtonus de suo loqueretur, & de suo in sacratissimos viros profunderet ludibria, hæretici notam, & Catholicæ Ecclesiæ dogmata impugnantis non effugeret: cum vero ea, quæ sunt Syropuli euertit, & in sensum longe alienum immutat, & alijs venditat, est ne hoc personam sibi fidi Interpretis imponere, & inter spectatos literis viros, ac fidei candidatos locum præsumere? Cucullatos, quidquid infatuatus iste teneat, Pontificij, Græcique ipsi colunt, ac summa obseruantia venerantur, & potissimum, cum cucullis, & similibus alijs tegumentis capitis condecoratos aspiciunt. Syropuli tamen ἱερωμένοι *cucullati ordinis*, vt tu reddis, verbum non sonat. Annon etiam vides, nominũ trium simili positione, quod non est in Syropulo, Syropulo tradere, *Tres legatos huc instruunt ordinis cucullati.* Quasi tres illi Legati omnes ordinis sint cucullati, cum Syropulo non sint nisi tantum duo, Ioannes nempe, & Simon? Nam Henricum Mancer, ex cucullatis, non fuisse acta ipsa Concilij produnt. Nonne, & hoc quoque ex tua

inscitia

inſcitia eſt? Mancer ſiquidem erat Canonicus Conſtantienſis, vt planum apparet ex Appendice Concilij Baſilienſis in Copia promiſſionis. *Nos Frater Ioannes de Ragnſio, Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſor, et in ſacra pagina Magiſter, Henricus Manger, Decretorum Doctor, Canonicus Conſtantienſis, vnus ex Ambaſciatoribus Sacroſancti generalis Concilij Baſilienſis, Simon Freiron in ſacra Theologia Baccalaureus, Canonicus Aurelianenſis, circa procemium dicimus quod nunquam. &c.* Vides? Mangerus iſte cucullati ordinis non eſt: quod ſi eſſet nunquam ipſe tacuiſſet, vti nec tacuit, ſe vnum ex Canonicis Conſtantienſibus eſſe, qui cucullati non ſunt. Ergo nec Simon fuerit, qui ſe Canonicum Aurelianenſem appellat. Quid tum? Ergo Syropulus deerrauit in ordine. Deerrauerit. Lapſus Syropuli non ponit te extra culpam, qui interpretem agis. Tuarum partium erat Latine Græca vertere. Et ab eo diſcedendi cauſam ſi habuiſſes, in Notis, vel in margine apponere. Ego non dubito, Syropulum in hoc quemadmodum & in multis alijs deceptum fuiſſe, qui non intelligens Latina *Freoron* vel *freeres* in *fratrem* conuertit. Sed erratum Syropuli tuum non lauat mendacium.

Pag. 21. ſect. 2: cap. 24. Πρὸς δὲ τὰς ἐπαγγελίας, καὶ τὰς ὑποσχέσεις τῶν γενησομένων εἶπεν αὐτὸ εἶναι Θωμᾶς. *Quod vero ad tam lautas attinet futurorum denunciationes, & promiſſa aurei poſt vnionem ſeculi dixit ipſum eſſe Thomam, dum viderit, dum palpauerit incredulum.* Domi ſuæ quemque regem eſſe, prouerbio fertur, & ſua alijs appingere, nundinariq; vt aliena, inſigniter impudentis eſt. *Pag.* 29. ſect. 2. c. 29. Καὶ κατὰ τί συμφέρει τοῖς ὑμετέροις καταδέξασθαι τοῦτο; *Et quid præſtabit vos contrarium de nobis aſſeruiße, cum homines videant id expreſſe contineri in decreto, cui vltra manus dedimus.*

Pag. 34. ſect. 2. cap. 34. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τῆς φρώτης Συνόδου εἰρηνικῆς οὔσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ ὑγιῶς ἐχούσης τὰ δόγματα, ὁ Ἄρειος ἦν ἐναντίος, καὶ ἀντιλέγων, εἶχε δὲ μετ' αὐτοῦ

καὶ εἴκοσιν ἢ τριάκοντα ἴσως. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἦσαν ὀρθόδοξοι. ἦν δὲ καὶ ἡ αἵρεσις ὀλίγου καιροῦ, τριῶν γὰρ χρόνων ἐντὸς ἤρξατό τε, καὶ ἐκρίθη, καὶ κατεδικάσθη. *Immo quicquid in prima Synodo sub Constantini magni auspicijs perpetratum fuit, longe transcendere: Nam in illis temporibus, quando ista Synodus primum conuocata cepit aperiri, quieuit orbis Christianus, & Ecclesia Catholica a bellorum motibus simul, ac hæreticorum libera, in opima pace, et sana dogmatũ doctrina effloruit: solus tum Arrius e latebris erepsit contra religionem receptam venena spargens, Ecclesiæ hostis iuratissimus, cum paucissimis aliquot sectatoribus ad numerum viginti forsan, aut triginta hominum: nec enim plures trahebat in comitatu, quibus exemplis omnes vndiquaque terrarum mortales, qui Christo nomen dederant, Orthodoxi permansere. At quemadmodum paucitate ipsam profitentium, ita durationum breuitate hæresis ista caput contemptibile exeruit, breuissimi æui abortiuus Embryo: intra triennij spatium non amplius & orta, & examini subiecta irraucuit.* Deus bone! Quid hoc mali est? Annon melius res breuiter perstringeretur? *Tempore enim primæ Synodi, cum Catholica Ecclesia pace frueretur, dogmataque illius bene se haberent, Arius illi opponebatur, & loquebatur pugnantia, sociosque sibi adsciuerat viginti, forte etiam triginta: reliqui vero alij recte sentiebant, hæresisque illius per breue tempus substitit: nanque spatio trium annorum cæpit, iudicata est, & condemnata.* Et infra; Συνῆξεν οὖν ὁ βασιλεὺς τοὺς Ἐπισκόπους, οἵτινες ἦσαν πάντες ὁμογνώμονες καὶ κατεδίκασαν τὸν Ἄρειον, καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον ὀλίγους ὄντας, καὶ περὶ ὀλίγου καιροῦ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρξαμένης. *Nam Imperator ille Episcopos, in Concilium adduxit, omnes vnius animi concordes, & recta sentientes, qui Arrium, Arrijque clientes, & Nolones paucos numero, & ipsorum temporibus suppullulantes vnico ictu in eos latæ sententiæ confoderunt.* Et infra; Πολλοὶ μὲν οὖν ὥσπερ ἔφην καὶ οἱ ἡμέτεροι. πολυχρόνιον δὲ καὶ τὸ σχίσμα. πεντακοσίους γὰρ ἔγγιστα χρόνους ἴσχουσιν ἐμπαγέντες τῇ τοιαύτῃ δόξῃ. *Multi igitur nostri sunt, sicut dissensio nos inter, & Latinos multiplex est, & diuturna: quingentis enim*

fere

fere annis in hac opinionum vligine Latini infixi a nobis variarunt. Quod Imperator dicit de Græcis suis, nempe eos a quingentis fere annis infixos esse propriæ opinioni, id Latinis appingit Creyghtonus, & sua in eos beneuolentia, opinionem eorum, *vliginem opinionum* vocat. Imperator vocat sententiam siue opinionem, ipse *vliginem opinionum* vertit inepte enim. Imperator Græcorum opinionem, quæ, & sui ipsius erat, vliginem opinionum vocare, & ineptius Latinorum, quibus blandiebatur, nuncupasset. Sed Creyghtono omnia licent, cum inconsiderate semper loquatur, & quiquid in buccam venerit, effutiat. Et infra; Εἶπε μοι δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀλαμανῶν, ὅτι ἐπιμελήθητι, ἵνα ποιήσῃς τὴν ἕνωσιν. ἂν γὰρ τοῦτο ποιήσῃς, αὐτὸς διορθώσεις καὶ τὴν ἐκκλησίαν ταύτην. εἰς πολλὰ γὰρ διεξῆλθον οἱ ἡμέτεροι, οἱ δὲ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἔχουσι καλλίονα τάξιν. *Mihi non ita nuper dedit in consiliis Romanorum Imperator Sigismundus. Si sapis, cura diligenter vnionem protrudere. Huic negotio totis viribus incumbe: hanc dies noctesque tunde incudem.* (mirum quod non addideris, quando iam ex Theologiæ Doctore, & Sacellano domestico Grammatista effectus es, & phrasium, & formularum dicendi consarcinator ex auctoribus hinc inde collectarum in tua Interpretatione, & operam tuam locas ad artes nugatorias; *Omnibus rebus relictis, nimio opere; ne tibi ex corde excidat: omnia tua studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem interpone, fige, loca, confer. Excuba animo, labora, meditare, accura studiosius, & contende vehementius. Non obsistat tibi neque mons, neque amnis, neque mare, neque calor, neque frigus, neque ventus, neque grando, neque imber, neque sol, neque sitis, neque quies vsquam noctu, neque interdiu, vt ista vnio effectum consequatur.* Id si fecisses, non dici poterat ab Interprete tibi persimili elegantius, venustius) *Si id semel effectum dabis, singulari*

ri beneficio et tuam Ecclesiam cumulabis, & nostram. Ibidem; Εἴπερ γένηται ἡ ἕνωσις. *Si semel intergerinus paries per vnionem esset acculsus.* Et infra; Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων εἶπε ποιήσειν ἐμὲ καὶ τῆς ἰδίας βασιλείας διάδοχον. ταῦτα δημηγορῶν ἔφη ὁ βασιλεὺς μετὰ θυμηδίας πολλῆς. *Sed, & in fine ipse mihi promisit, quod ante omnia, & nunquam obliuiscendum duxi, se curaturum, vt ipsi in imperio succederem. Atque hæc multis perorauit noster Imperator, insigni iucunditate animi & ipse perfusus, & nos perfundens.* Et magis fidum interpretem optant atque expetunt, scioli nescio qui, in Creyghtoni laudibus putide, vel etiam ad insaniam effusi?

Pag. 37. sect. 2. cap. 36. Ἐκ δὲ τῶν μεσαζόντων ὁ μὲν Νοταρᾶς ἔλεγεν ἀεὶ τὰ πρὸς ἐκείνους πράως καὶ φιλικῶς. *E duobus sequestris Notarius humano semper, ac molliter fluenti sermone, Latinos allocutus est.* Et sic postmodum per omnes paginas, in quibus huius Sequestri memoria inculcatur, *Notarius* Lectori obtruditur. *Pag.* 42. sect. 2. cap. 38. Εἶπε δὲ καὶ ὁ μεσάζων ὁ Νοταρᾶς ὀλίγα τινά. *Quem sequutus sequester Notarius pauca insuper addidit. Pag.* 53. sect. 3. cap. 9. Ἀλλ' ὁ μεσάζων ὁ Νοταρᾶς ξυνετῶς ἄγαν τοῦ εὐλογεῖν ἐπέχειν αὐτόν. *Donec Dominus Sequester Notarius nouitate rei commotus, illum ab hac benedicendi gesticulatioue plane inhibuisset.* Et cap. 10. Καὶ ἐδεήθην τοῦ μεσάζοντος τοῦ Νοταρᾶ. *Ad Dominum Notarium Sequestrum manus supplices protendi. Pag.* 24. sect. 4. cap. 12. Εἰ εἶχεν ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ τοὺς μεσάζοντας τὸν Καντακουζηνὸν, καὶ τὸν Νοταρᾶν. *Si secum Imperator adduxisset Sequestros Cantacuzenum, & Notarium.* Et pag. 343. sect. 12. & alibi sæpius. Existimabam, dum hæc legerem, lapsu memoriæ, vel manus procurrentis impetu Notaræ illustris familiæ cognomen in Notarium deflexisse; sed cum pergeret, & perstaret incœpto, per errorem, & mentis vertiginem falli, vt in alijs, suspicatus sum. Tum demum, cum non sine animi deliquio post Syropuli translationem Notas percurrerem, animaduerti, scientem illum, & data opera

falli.

falli. Nanque in ipſo limine reperi; *per omnia tempora huius Ioannis Octaui bini Sequeſtri eminebant, Cantacuzenus Frater Mariæ, & Sequeſter peculiari voce officij dictus Notarius.* Sic ſequeſter, hic Notaras voce officij dicebatur Notarius, & tam clarum familiæ nomen in Scripturarium, tabellarium, actuarium, qui rationes publicas ſcribit, emerſit; & tantarum facultatum Vir mercenariorum quæſtibus ſordidatur. Neque in hoc ſolo Creyghtonus cæcutijt, in alijs etiam pleriſque, quorum alibi meminimus. Hic vnico exemplo expoſito Notam noſtram concludemus. *Pag.* 82. ſect. 4. cap. 12. Ὡς δὲ ἤκουσαν, ὅτι ἔχει τὸν Φιλανικὸν, καὶ τὸν Ἰάγαριν, καὶ ἄλλους ἄρχοντας. *Cumque ab illo didiciſſent attuliſſe Philanthropicum, Iagarim cum alijs principibus in comitatu.* Cum primum cognomen per compendia ſcriptum ſit in Græco, ipſe dictionem extendens malis auibus in id, quod nullum eſt, detorſi. Quis enim familiam apud Byzantinos nobilem *Philanthropicam* audijt? Et cum ex alio Syropuli loco, cognomen vti efferendum erat, & ille extenſe exarauerat, ipſe obfirmata mentis peruicacia in errore perſiſtit. Ἑτοιμασθέντος δὲ ἀρίστου τῷ τε Πατριάρχῃ, καὶ ἡμῖν, οὗ ὁ Φιλανθρωπινὸς ᾤκει. *Dum inſtante prandio Patriarcha ad paratas ſibi nobiſque epulas in diuerſorio Philanthropici.* Et tandem ſect. 10. cap. 6. repurgatis oculis inſpexit, vti exprimi deberet cognomen, & neglecto Philanthopico, Philanthropinum, quod ad rem magis expreſſiſſet Philanthropenum ſcripſi, cum Grecæ ſcribatur φιλανθρωπηνός, vtcunq; e triuio, & barbarus iſte Syropulus ſcriptura proſequatur: ſic enim effertur, Cedrenus, Comnenus, Pluſiadenus, Peribleptenus, Synadenus, Lampenus, Lepentrenus, Macrenus, Meliſſenus, Chliarenus, Spartenus, cum apud Græcos ſint Κεδρηνὸς, Κομνηνὸς, Πλουσιαδηνὸς, Περιβλεπτηνὸς, Συναδηνὸς, Λεπεντρηνὸς, Μακρηνὸς, Μελισσηνὸς, Χλιαρηνὸς, Σπαρτηνὸς. Ad hunc Alexium Laſcarim Philanthropenum legitur Epi-

ſtola

ſtola Beſſarionis de Concilio Florentino ſæpius Græce, & Latine edita. Ad Philanthropenum Imperatoris patruum leguntur datæ a Gregora Epiſtolæ binæ inter Epiſtolas Gregoræ, & inter Maximi Planudæ viginti tres; & ex Philanthropeni ſcriptis Macarius Chryſocephalus nonnulla mutuatus in ſuo Magno Alphabeto in Euangelium Lucæ inſeruit. Ioannes Cantacuzenus Hiſtor. Byzantinæ lib. 4. cap. 11. meminit Manuelis Philanthropeni, præfecti nauis prætoriæ, Viri manu prompti, & Imperatori cariſſimi, aquis ſuffocati in bello nauali contra Galatas. In Synodo etiam Conſtantinopolitana Anno 1409. contra Epiſcopos Medienſem, & Ancyranum, inter alios Principes Imperij, qui Synodo interſuere, recenſetur Κύρις Ἀνδρόνικος Ταρχανειώτης ὁ Φιλανθρωπηνός. *Dominus Andronicus Tarchaniota Philanthropenus*. Et vt videas in permutandis, ac corrumpendis aliorum cognominibus, quantum valeas Creyghtone, illud quoque addam. Sect. 11. cap. 3. Ἐχειροτόνησε γὰρ παπᾶν φονέα, τὸν φονεύσαντα ἐν τῇ Ῥόδῳ Μιχαὴλ τὸν κορέσιον. *Homicidam sacris donauit ordinibus, & fecit Confeſſarium eum, qui Michaëlem in Rhodo adoleſcentem prius interfecerat*. Non poſſum imperare mihi, quo minus exclamem. tam nihil ſapere, nec ſentire tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Ita ne? χειροτονεῖ παπᾶν eſt, *Sacris ordinibus donare, & facere Confeſſarium*? Sic tu Græca calles: ſed hæc ὡς ἐν παρέργῳ. Ad cognomina venio. Vbi eſt iſte *adoleſcens* in Rhodo interfectus? ait, τὸν Κορέσιον. O pecudem! Coreſiorum familia Chij nobiliſſima eſt, cuius affinitate mihi ipſi mirum eſt quantum gratulor. In ea viri omni virtutum genere præſtantiſſimi alijs, atque alijs temporibus floruerunt, & hac noſtra ætate magno in pretio ſunt: & Coreſianæ familiæ mentio eſt etiam apud Cruſium tuum, cui ipſe fidem adhibebis in aſſerendo Coreſio. ne eam tibi eleues, dum ex eo tuum probas Sguropulum. Tu tamen decce-

ptus

ptus es ſimilitudine vocis. Κορέσης eſt familiæ nomen, etiam ſi deduceretur a κόρος, vel κοῦρος, neque enim ideo fit, vt Michaël iſte *adoleſcens* ſit. Diſcito, ſi tamen rebellis flamma peruicaciæ præcordia non exuſſit, vnam ad Nicolaum Coreſium inter Epiſtolas Michaëlis Apoſtolij legi, qua gratulatur illi de dignitate obtenta ſuper Inſula Creta. Συνήσθην ὑμῖν ἄρχουσι γεγονόσι Κρήτης τῆς πολυυμνήτου τὰ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. ἀξιωθείητε καὶ μείζονος ἀξιώματος. *Gauiſus ſum te Cretæ multum multumq; decantatæ tam ea quæ mare, quam quæ terram ſpectant ſub tua poteſtate perueniſſe. O vtinam, & maiorem dignitatem conſequereris.* Antiquiora poſcis? Ante Apoſtolium ſub Andronici maioris ætate Georgius Cyprius Patriarcha Conſtantinopolitanus binas ad Agathonem Coreſium Monachum dedit Epiſtolas, quæ inter alias eiuſdem ſeſe obuias offerunt.

Pag. 38. ſect. 2. cap. 37. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνήλθομεν ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τοῦ Βάζου. *Poſtera die in celeberrimo ſancti Blaſij Monaſterio conuenimus.* Et dices Creyghtonum odio plus quam Vatiniano vti imagines, ita etiam loca illis dicata odiſſe, qui nobis nouos ſanctos, & qui in Catalogis ſanctorum neque a Græcis, neque a Latinis commemorantur, obtrudit? Syropulus Baſum nullo ſanctitatis titulo inſignit, quia ſanctus non eſt, Creyghtonus auctoritate qua pollet, eum ſanctificat, & vt a ſimilitudine nominis Lectori fucum faciat, nomen commutans, Blaſium progenerat. An neſcit, qui neſcit omnia, in Vrbe Byzantina Monaſterium a Baſo conditore, Baſi ſibi nomen aſſumere, in quod Græci conuenerunt. Origines Conſtantinopolitanæ: Τὰ δὲ Βάσου ἀνήγειρε Βάσος πατρίκιος ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔχων αὐτοῦ καὶ τὸν ἴδιον οἶκον, ὅ τινος εἰς ἔχθραν ἐλθοῦσα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔσφιγξεν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ κέρδας, καὶ ἔπνιξεν αὐτόν. *Quæ vero Baſſi dicitur, eam Baſſus Patricius, cuius domus ibi erat, ſub Imperatore*

ratore

ratore Iustiniano magno condidit. Huic indignata Theodora Iustiniani vxor caput fidiculis constringi iussit, vt præfocaretur.

Sed age, age Creyghtone, auctoritate qua perfrueris, da confidenter & alium sanctum, neque ex Martyrologijs Romanis, neque ex Græcis petitum, sed recentem & nouum. Ne inuideas nobis tanto bono, vno solo imminutas, depressasq; opes nostras agnoscimus. Si ex Syropulo tuo nobis dederis, acceptior venerit. Sect. 2. c. 16. Ὁ δὲ βασιλεὺς συνάγει τε ἐκεῖ τὸν Πατριάρχην, τὸν Ἡρακλείας, τὸν Μονεμβασίας, τὸν διδάσκαλον τὸν τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις καὶ Πνευματικὸν πατέρα κῦρον Μακάριον τῶν ἁγίων Ξανθοπούλων. *Imperator conuocauit Patriarcham, Antistites Heracleæ, Monembasiæ, Doctorem in Hieromonachis Dominum Macarium spiritualem a Confessionibus Patrem D. sancti Xanthopuli.* Iam habemus alium, S. Xanthopulum: Xanthopuli cognmeno agnosco, & ex eo genere fuisse Nicephorum Callixtum Xanthopulum Historicum. Est quoque in Syropulo Theodorus Xanthopulus Sceuophylax. Legi ipse Xanthopuli quatuor Epistolas Manuscriptas in Vaticana, & in eodem Codice Georgij Galesiotæ in Theodorum Xanthopulum Monodiam. An idem sit cum Theodoro Sceuophylace, vel diuersus, nondum decerno. Legitur etiam ad Xanthopulum Theodorũ inter Planudæ Epistolas, & ad Xanthopulum inter Epistolas Gregoræ. An aliquis ex his sanctus iste Theodorus sit, non declaras. Certe Sceuophylax Syropuli non est, quem ille inter misere pauperes, sordidos, & in rem attentissimos numerat, & tu cum illo in Notis. Quare sancti honores iste non commeretur. E re tua erat, ne fictitius iste sanctus habeatur; nomen quoque illius appingere, & cum plures Xanthopuli sint in Syropulo τῶν ἁγίων Ξανθοπούλων, plura quoque nomina promere, vt defectum tui Syropuli, quod tuum erat, suppleres. Et sic vertendum, *honorabilissimum inter Hieromonachos Magistrum; & spiritualem*

ualem Patrem Dominum Macarium præfectum Monasterij sanctorum Xanthopulorum. Id nomen fuit prædicto Monasterio a Xanthopulorum familia extructo, in quo dictus Macarius Monasticam vitam transigebat; forte etiam ex genere Xanthopulorum. Et in quo ante dictum Macarium Callistus, atque Ignatius Xanthopuli, de meliori nota homines, & summa bonitate præditi Christo suas operas tribuerant, & præfixam sibi instituti rationem, & Numini pergratam finierunt, & suarum virtutum specimen posteris reliquerunt, diuinissima methodo scripto tradita, qua instruunt omnes, qui quietam vitam eligunt, & monasticam, qua ratione ad perfectionem diducendi sint, capitibus centum comprehensa, cuius hic est Titulus in Bibliotheca Barberina. Τῶν ἐν μονοτρόποις ἐλαχίστων Καλλίστου καὶ Ἰγνατίου τῶν Ξανθοπούλων μέθοδος, καὶ κανὼν σὺν Θεῷ ἀκριβής, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἔχων τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν αἱρουμένων ἡσύχως βιῶναι, καὶ μοναστικῶς περί τε ἀγωγῆς καὶ πολιτείας, καὶ διαίτης αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ ὅσων ἡλίκων ἀγαθῶν πρόξενος ἡ ἡσυχία καθίσταται τοῖς λόγῳ μετιοῦσιν αὐτήν. διακέκριται δὲ ἡ παροῦσα τοῦ λόγου πραγματεία ἐν κεφαλαίοις ρ΄. Ρ. Ἔδει μὲν ἡμᾶς κατὰ τοὺς θείους φάναι χρησμοὺς θεοδιδάκτους. Sed hi Xanthopuli vocantur *sancti*, ex vsu nempe Græcorum, qui homines dignitate, & sanctitate perillustres, *sanctos* vocant. Sed, siue ab his, quos supra recensui, siue ab alijs Monasterium hoc sibi nomen vindicauerit, hoc certum est, te male vertisse Syropulum, & commentitium nobis sanctum ex tuo cerebro confixisse. Quid si tertium eodem pacto contechnatus fueris? næ tua tum sertis innectemus tempora cum scripto, *Nouorum & nullibi extantium sanctorum Architectus*. Em hercle hic est tertius, sect. 3. cap. 7. Διὸ καὶ ἔστειλεν ἐκεῖσε τὸν ἡγούμενον τοῦ Καλέως Ἱερομόναχον κύριον Ἀθανάσιον, ἵνα προσκαλέσηται τοὺς κρείττονας τοὺς ἐκεῖσε. *Quare & destinauit Præpositum Monasterij Sancti Calei Hieromonachum Dominum Athanasium, vt*

aßumptis sibi Magistratibus, ac viris, qui in illis partibus præposuißent. Pace tua dixerim. *Sanctum Caleum* hunc tuum nusquam nec Græci, nec Latini agnoscunt; e schola tua emanasse necesse est, qui in eadem lance ponis Petrum & Iudam, Sebastianum & Neronem, Barbaram & Philenion. Pontificij, & Græci non adsciscunt sibi sanctos, nisi quos Ecclesia sanctos esse decreuit. Non negabis puto, te confabulari fabulas. Colligo. Nam cum denuo Sancti Calei huiusce mentio incidisset, nescio quo malo sui fato sanctitatis titulum amisit. Eadem sect. cap. 15. Ἐκ δὲ τῶν Ἱερομονάχων ὁ πνευματικὸς κύριος Γρηγόριος, ὁ ἡγούμενος τοῦ παντοκράτορος, ὁ ἡγούμενος τοῦ καλέως, ὁ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Βασιλείου. *Ex consecratis Monachis*, verba tua sunt, *Dominus Gregorius Monasteriorum Omnipotentis, Calei, & sancti Basilij.* Ita vacillant Sancti Creyghtoni. Sol sanctitatis Basilianæ vmbram sanctitatis Calei obscurauit. Monasterium Calei dictum est, vel a loco in quo extructum est, vel a nomine, vel cognomine conditoris, & κτήτορος. Possem hic addere tua hac translatione tres Præpositos horum trium Monasteriorum confundi, ita vt intelligatur, hic vel solus Gregorius esse Præpositus, & Omnipotentis, & Calei, & Sancti Basilij, cum ex verbis Syropuli aperte eliciatur, alium esse Præpositum Pantocratoris, alium Calei, alium S. Basilij, quam ambiguitatem, vt declinaret Syropulus, ter ingeminauit illud, ὁ ἡγούμενος. *Præpositus, Præfectus, Abbas.*

Pag. 51. sect. 3. cap. 7. Καί τινος περὶ τοῦ Ἱερομονάχου κυρίου Νείλου τοῦ Ταρχανειώτου εἰρηκότος, ὡς χρησίμου πρὸς τὴν Σύνοδον ὄντος, ἔφη ὁ βασιλεύς· δειλιῶ μήποτε εὑρεθῇ τι καλογέρειν, καὶ φωνήν τινα ῥίψῃ ἐκεῖσε, ἥτις μεγάλην ἡμῖν προξενήσει βλάβην. *Et cum quidam Domini Nili Tarchaniotæ Hieromonachi mentionem iniecisset, tanquam viri docti, ac perutilis ad has Theologicas quæstionum ventilationes, respondit Imperator, se magnopere pertimescere, ne Nilus senerioribus Pœnitentiariorum moribus imbutus,*

tus, minus flexibilem se præberet ad nostras qualescunque opiniones & vota: & forte aliquid interdum effutiret subrusticum, ac insulsum, quod sibimetipsi dedecus, nobis inuidiam, & damnum propagaret. Vel hac sola Interpretatione nonne magno congiario donabitur a Christiano Lectore? Et bonas horas adeo insulse perdidisse, non industria deplorabit inficetissimus Creyghtonus.

Pag. 53. sect. 3. cap. 9. de Legato Pontificio. Αὐτὸς δὲ διήρχετο εὐλογῶν ἀδεῶς τοὺς παρατυχόντας, ὅπερ βαρὺ μὲν ἔδοξε πᾶσι. καί τινες τῷ Πατριάρχῃ περὶ τούτου ἀπήγγειλαν. ὁ δὲ οὐκ ἠθέλησε λόγον τινὰ ποιήσασθαι περὶ αὐτοῦ. *Et quacunque itabat in plateis occursantes liberrime benedixit, quod vt insolitum omnibus displicuit. Cum tamen id a Legato Romano in aliena Prouincia ac iurisdictione audacter nimis tentari, Patriarchæ significaretur, negotium dissimulauit, vt leuioris momenti, aut ad ipsum parum attinentis*. Signa quæso, quo in loco apud Syropulum legatur, *Benedicere occursantes in plateis, Legato Romano esse insolitum, & in aliena prouincia, & iurisdictione id audacter nimis tentari*. Id Syropulus non dicit, & tu Lectori propinas, similia fingens veluti araneus. Auctoritatem, & iurisdictionem in Vrbem Constantinopolitanam Legati Pontificij imminuere, vel penitus e medio tollere studens, falsa tua, vt ex sententia Syropuli dictata defigis in mentibus, & oculis omnium. Si diceret id Syropulus, forsam nonnemo crederet, ita rem esse peractam. Cum ille sileat, & tu disertis verbis enarras, prudens quilibet de te, vti ex meris mendacijs conflato, atque constructo statuet, & Syropuli sortem miserebitur, qui talem nactus sit interpretem. Patriarcham vero negotium *dissimulasse, vti leuioris momenti, aut ad ipsum parum attinentis*, cum causam taciturnitatis Patriarchæ Syropulus illi non indicauerit, per Deos Deasque omnes iuraret Plautus, mentem suam Patriarcham in tuam profudisse, ideoque secreta animi

illius, quæ ille reticuit, tu in vulgus decantas, & mendacio prodis.

Pag 57. ſect. 3. cap. 13. Καὶ παρεκίνησα καὶ τὴν ἡμῶν πρὸς τὴν Σύνοδον ἐπιδημίαν. *Et omnes mihi notos, aut vllo vinctos neceſſitudinis iure ad hanc Synodicam expeditionem extimulauerim*. Et paulo infra: Συμβουλεύω ὅτι οὐ συμφέρει ἡμῖν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν πρὸς ἡμᾶς, ἢ πρὸς τὸν Πάπαν παραγενέσθαι. *At nunc ſingulis perpenſis, eo obſeruantiæ, & gratitudinis ſenſu contactus ſum, ob ſingularem charitatem, quam erga me iam dudum vltra mea merita exercuiſtis, ſimul, & veſtri commodi, & honoris conſeruandi percupidus ſuadeo, vt nunc res ſe habent in Italia, nec vobis tutum eſſe, nec honorificum, vel ad nos, vel ad Papam iter inſtituere*. Tanta farrago verborum, quæ Syropuli non eſt, pauciſſimis hiſce expediri poterat, ſi Creyghtonus in ſua Syropuli translatione, vel minima prudentia præditus fuiſſet. *Suadeo, non verti in vtilitatem veſtram præſenti hoc tempore, vel ad nos, vel ad Papam iter inſtituere*. Sed hic Herculis cothurni infanti adaptantur. Eadem pagina Συνεβούλευσε νῦν καὶ γράμμασι, καὶ λόγοις διὰ τοῦ δισυπάτου, μὴ πρὸς τοὺς λατίνους ἀπελθεῖν κατὰ τὸν παρόντα καιρόν. ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὕτως ἐγκατελείφθημεν, ὥστε ὁρῶντες μὴ βλέπειν, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιέναι, μή ποτε καὶ συνετῶς ἐνστάντες, τὴν ἐκκλησίαν ἡμῶν ἄσπιλον διαφυλάξωμεν. *At nunc in plane contrariam ſententiam immigrauit Sigiſmundus, conſuluitque, & literis ſcriptis, & mandatis inſuper oretenus per Biſconſulem: nobis eſſe abſtinendum ab omni profectione in Italiam, vt nunc rerum gerundarum momenta, & temporum viciſſitudines procurrunt. Nos vero tam peruerſæ indolis, tam deprauati ingenij natura in mundum tulit, vt nec perſpecta oculis diſcernere poſſemus, nec auribus percepta intelligere, nec noſtræ vtilitati prudenter inhærentes, & aliorum inſidijs præcauentes, Eccleſiam ſaltem noſtram omni labe immunem, ac intemeratam conſeruare*. Confer Lector cum Græcis Syropuli. Rem miſeram! ſed quid? ait adagium. Vaſa inania plurimum ſonant. Et Eraſmus; Nullus habet fi-

dem

dem ei, qui non ex iudicio, ſed ex morbo diſertus eſt: ne dicam interim, quod loquacitatis vitium comitatur ſtultitiæ opinio.

Pag. 57. ſect. 3. cap. 14. Οἴμοι ὅτι οὐδ' ἀμυδρῶς γοῦν ἐκτραγῳδῆσαι τὴν ἐμπεσοῦσαν ἡμῖν τῶν δεινῶν συμφορὰν ἔξεστιν, ἐπεχομένης καὶ τῆς χειρὸς, καὶ τῆς γλώττης τῷ μεγέθει τῶν δυσχερῶν, καὶ τῇ ἀνοίᾳ τε, καὶ αἰσχύνῃ τοῦ γένους. οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐπρεπέστερον. *Hei mihi! quam cuperem, vt vel ocultis ſingultibus, & in pectoris ſcrinio reconditis noſtra fata plangere liceret, vel in theatro mundi, ſpectante toto mortalium genere, calamitates ac infortunia tragice decantare: ſed magnitudo euentuum infeliciſſimorum, imperitia, & ignominia meorum popularium & calamum cohibent, & linguam obſtruunt. Quid enim aliud hominem tot circundatum miſerijs deceat effari?* Et non dices, Creyghtonum non eſſe loquaciſſimum, ſed ipſam loquacitatem? quin etiam ipſa loquacitate loquaciorem? Quis crederet paucula Syropuli tot ementitis verborum portentis non iactare caudam pro pelle? Annon aptius, & cohærentius fidus interpres dixiſſet? *Hei mihi! quod neque tenuiter hoc mare calamitatum tragice decantare licet, quod magnitudine infortuniorum, & ſtultitia, & ignominia generis manus, & lingua remorentur. Sic enim efferri multo decentius eſt.* Hæc Græca ſunt Syropuli, quæ tu infarcis, Τῆς σῆς ἀνοίας εἰσὶν ἐκτρώματα, & Interpretis veſanientis deliramenta. Quid enim aliud ſunt, quæ ſuperant, *vt vel occultis ſingultibus, & in ſcrinio pectoris reconditis noſtra fata plangere liceret, vel in theatro mundi ſpectante toto mortalium genere calamitates, ac infortunia tragice decantare, ſed magnitudo euentuum infœliciſſimorum, imperitia, & ignominia noſtrorum popularium, & calamum cohibent, & linguam obſtruunt. Quid enim aliud hominem tot circundatum miſerijs deceat effari?* Similia ſunt quæ habentur pag. 69. ſect. 4. cap. 2. Διὸ καὶ ἀγκύρας ὄπισθεν ἐχάλασαν ἕλκεσθαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἵνα οὕτως αὐτὰς ἐπέχειν τῆς ὁδοῦ. *Quare & iactas a puppe anchoras retro trahi per mare nautæ ſinebant, tanquam*

in

in remuleo; vt refracto impetu triremes, tardius moliri viam per vndas possent, & minus violenter saxis allidere. Et infra; Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥᾶον γενόμενον ἐξ οὐρίας πλεῖν εὐφόρως παρεῖχεν ἡμῖν. *Satimq; remissa potestate ventus mitior spirans, & aura blandior a puppa tumida vela implens, nobis omnibus fiduciam indidit, vt magno intrepidoque animo nauigationem prosequeremur.*

Pag. 69. sect. 4. cap. 2. Αἱ γὰρ τριήρεις ἐπὶ τοσοῦτον ἐφερόμεναι. *Nostræ autem triremes in tanto spontaneo cursu &c.* vsque ad finem capitis. Etiamsi desiderio tenear, eoque vel maximo, nonnulla Creyghtoni probare, vel saltem tam immanem ψυχρολογίαν ex culpa eximere, non possum, nec valeo. Laudabo ne non probanda? Ita fieret, si ex gratia, non ex veritate res penderem: cum sciam, iudicij laudem in eo poni vel maximam, vt probentur nullo modo damnanda, vituperentur vituperanda. Si secus feceris, dabis veniam coruis, vexabis censura columbas: & dum temere probas damnanda, ipse merito venis damnandus. Quare ne iniquior Creyghtono sim aperte eundem dico, toto cœlo errasse, qui hunc suum laborem, quisquis ille sit, in ipsa libri fronte *translationem* vocauit, cum nequaquam translatio sit, sed confusa quædam, & incomposita inanium verborum, & dictionum strues, & strepitus.

Pag. 83. sect. 4. cap. 2. Ἐφ' ὧν ἐπίβλημα περιτιθέασιν ἐκ κοκκίνων τζοχῶν, χρείαν σκέπης οὐκ αὐτοῦ τέρψεως ἐκπληροῦν. *Cui pannum inijciebant amplum adinstar pallæ, aut toralis straguli, coccineis flosculis ac lapillis pretiosis arte plumaria sic variegatum, vt non sine summa intuentium voluptate etiam vmbraculi vsum, ac speciem præberet.* Et pag. 165. sect. 6. cap. 16. Τὸ ἔδαφος ἅπαν κατεστρωμένον ἦν τζόχαις πρασίνοις: *Et tota humus triclinij arborum baccis virentibus conspergebatur.* τζόχαι ergo Interprete Creyghtono vox est πολύσημος: nunc enim baccas arborum; nunc pannum amplum adinstar pallæ, aut toralis straguli, coccineis flosculis, ac lapillis

liis pretiosis arte plumaria, sic variegatum; vt non sine summa intuentium voluptate etiam vmbraculi vsum, & speciem præberet. Et vt videas, quam accuratus sit dictionum Interpres: notanda est ipsius moderatio simul, & vrbanitas in Notis; τζόχαις πρασίνοις, *gemmis viridibus, quod non de veris gemmis debet intelligi: nec enim putarem totum triclinij pauimentum, smaragdis, aut similibus magni pretij lapillis insterni, sed metaphoricis, & veras gemmas virore repræsentantibus, vt sunt flosculi, vel artis, vel naturæ, aut decisa ramorum germina, quemadmodum sumus interpretati*: Et dices Creyghtonum in sua translatione non procedere cautissime, & curiose, ne fidem lædat? τζόχα est pannus quilibet, ex filis, & lana animalium, potissimum ouium in filum tortis contextus, & vt placuerit artifici alio atque alio colore suffectus, dictione barbara, sed passim a Græcis vsurpata, quod etiam apud Illyricos inualuit, qui τζόχας vocant indumenta ex panno laneo ad talos vsque demissa. Quare verba Syropuli sine illa verborum congerie reddi poterant, *super quos circum ponunt operimentum, ex coccineis pannis confectum, vmbraculi vicem non sine oblectatione præbens*. Et alterum; *Pauimentum vniuersum pannis laneis colore viridi refulgentibus substratum erat*. Et sic tuos illos flosculos, & magni pretij lapillos, & gemmas non prodigisses, & pedibus calcanda non porrexisses. Ni lapillis tuis, & gemmis metaphoricis calceorum vestigia intelligas; quæ post calcatum lutum pannis imprimuntur.

Pag. 85. sect. 4. cap. 14; Ὁ δὲ αὖθις εἶπεν· ὅτι ὥρισας τριακόσια. ἐγὼ δὲ ἤδη δίδωμι τετρακόσια. Cui *Michaël; etsi sanctitatis tuæ modestia se intra ambitum ter centum sistat, ego adiecto vnius centum auctario, quadringentos accumulabo*. In Græcis non exprimuntur ista, *modestia Patriarchæ*, neque tanto verborum anfractu centum alia numerat. Et infra; Ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὸν Πατριάρχην, εἶπε τὸ, καὶ ὁ Δοὺξ κατεῖχε τὸ χερ-

κρόσπεδα τοῦ Καρδιναλικοῦ ἱματίου. *At quoties in Patriarchham ingrederetur Cardinalis, Dux Venetiarum a tergo subsecutus, vnam fimbriam Cardinalitij paludamenti sublatum a vestigio manibus librabat*. Operosam ac molestam seruitutem Duci Venetiarum imponit Creyghtonus, cum illud ad Græca addit, *quoties*, quasi semper ea cura detineretur Dux, vt quoties Cardinalis Patriarcham inuiseret, promptus assisteret ad subleuandam oram paludamenti Cardinalitij. Ex Græco tantum elicitur tum cum primum Patriarcham adijt, eam operata tribuisse: tu supperaddis, *Quoties*.

Pag. 92. sect. 4. cap. 19. Patriarcha de congressu suo cum Papa inter alia dicit; Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ ἔχει περὶ αὐτὸν συμβούλους καλούς. *Noui enim, quod abundet Papa Sycophantis, & pessimorum consiliorum ministris, quos satius esset ab aula ablegare*. Consultores non mali, quia Pontificij, sunt *Sycophantæ*, *& pessimorum consiliorum ministri, quos satius esset ab aula ablegare*. Negatio bonitatis, & moderans malitiam infert, Creyghtono iudice, fontem vitij, & parricidij. Infra; Τοιαύτην πληροφορίαν χρόνον ἤλπιζεν. *Tantam confidentiam in amplitudine sua, & fraterna caritate Papæ collocabat*. Fraterna caritas, nec de nomine quidem hic nota est Syropulo; eam tamen asserit in Pontifice Creyghtonus, æque ac si esset, quæ tamen debebat esse, & non erat, & non sine derisu insectatur. Vtcunque sit, ipse quod in Syropulo non est, dicit. Sicuti & infra; *Omnemque aliam præter eam, quam natura sanxit*: Et; *Infra fastigium Patriarchæ in longum subsidere*; Et infra; *In terram prouolutos* quod plusculum est, quam *genuflexos*. Et nullum in Syropulo est. Sicuti & pag. 94. illud; *Cum adhuc Constantinopoli perstitisset, illud in primis diligenter sollicitasset, vt Vicarius Papæ in Concilio primam Sedem, vel Constantinopoli ante Patriarcham Constantinopolitanum*. Et; *pugnat enim ex diametro cum meis quibuscunque rationibus, vt vel ipse tam turpiter succumberem*. Et; *nec eidem submitti debere*. Et; *Sed vbi sunt*

nostri

noſtri Heracleenſis, & Monembaſius. Et infra; Εὐθὺς εἷς τῶν παρεστα μένων αὐτῷ τὸ κράσπεδον τοῦ Παπικοῦ ἱματίου ἄρας τὸν ἀσπασμὸν τοῦ ποδὸς παρ' αὐτῶν ἐξεδέχετο. οὐ γενομένου αὐτοὶ μὲν ἔστησαν καὶ οὐ πλέον τι πεποιήκασιν. *Tum vnus ex adſtantibus Papæ reuelata togæ Papicæ lacinia, cum pedem eius monſtraſſet, conſueta ab alijs figi a nobis oſcula popoſcit. Nos vero perſtare erecti continuauimus, nec proruimus in terra ad oſcula præſtanda.* Vellem diceret Creyghtonus, quid illud eſt, *reuelata togæ Papicæ lacinia, cũ pedem eius monſtraſſet?* Quomodo potuit togę Papicæ reuelatione pedem lacinia illa coopertam monſtrare? Sed ne ingratus ſim Creyghtono, do Typographi errorem eſſe, irrepſiſſeq; *reuelata* loco *releuata*, tum ſiquidem ſententia verbis cohæret, eleuata ſiquidem lacinia pes aſtantibus exponitur. Sed, *nec proruimus in terram ad oſcula præſtanda*, conſueta tua moropalilogia eſt, & ſufficiebat, quod antea dixeras, *Nos vero perſtare erecti continuauimus, nec vltra quid fecimus.*

Pag. 95. ſect. 4. cap. 21. Ἡ ποία τῶν συνόδων δέδωκεν αὐτῷ τοῦτο; *Quæ Synodus antiquorum Patrum, quis Canon hunc morem ei indulſit?* Loquacitate ſolita, quæ Græca non ſunt; ipſe Latina ex erudito cerebro facit, qui ſcit dignũ, & indignum ſecernere diſtinguereq; inter Synodos antiquorum Patrum & recentiorum, & inter Canones & Patres, & ſcit præterea oſculandi pedem Pontificum morem eſſe, non dogma. Ibidem; Καὶ ὅτι πῶς ἐστι δυνατὸν τοιαύτης στερηθῆναι τὸν Πάπαν τιμῆς; *Impoſſibile eſſe, vt Papa honoribus ſibi ab omni hominum genere impertitis priuetur.* Et; Καὶ μεγάλης γεγονυίας ἐνστάσεως περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ. *Verborum rixa, & contentio ſuſcitaretur Papalibus in veteri luto obſtinatiſſime fixis.* Antiquam oſculandi pedum Pontificiorum conſuetudinem, *vetus lutum* appellat, luteus iſte infimus, ac ſordidiſſimus omnium homo, & ſuas ſpurciſſimas ſententias Syropulo non ita dementato dementatus ipſe appingit, quemadmodum & illa; *ne in infinitam euidentiam, &*

contemptum nostra rota percurreret.

Pag. 101. sect. 4. cap. 25. Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει κείμενον τὸ ἐπηρμένον θρόνον, ὑπεράνω μὲν οὐρανὸν καμουχεῖνον εἰς ὕψος αἰωρούμενον ἔχοντα, ὄπισθεν δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μέχρι καὶ τοῦ θρόνου βηλοθύρῳ ὁμοίῳ κοσμούμενον. *A cuius dextra parte thronus erigebatur in immensam sublimitatem, & in altitudinem multo sublimiorem, tentorium orbiculare throno supereminebat, a postica tentorij vsque ad throni infima velum prolixe ac recta descendens pertingebat in medio fissum adinstar ianuæ valuatæ.* Fatebitur, si sanus est Creyghtonus, Græca Syropuli, cum parum, vel minus intellexisset, deuorasse omnia. Quis enim is fuerit thronus in immensam sublimitatem erectus, & in altitudinem multo maiorem? Quid tentorium orbiculare throno supereminens? Quid postica pars tentorij vsque ad throni infima? Velum in medio fissum ad instar ianuæ valuatæ? Planius ac felicius se extricasset, si tot neglectis verborum ambagibus, ita interpretatus fuisset; *In dextera vero parte* vidimus, *thronum stantem prealtum, supra se appensum tentorium* καμουχεῖνον *sublime fixum habentem, cuius ex extima parte muro vicina ad thronum vsque ex eodem serico Damasceno velo ostiario decoratum.* Tu vero vnde sumpsisti thronum erectum fuisse in immensam altitudinem? tentorium fuisse orbiculare? quod, & infra cap. 26. & 31. repetis. Certe, quod tu vocas tentorium, cœlum, conopæum, quam apte tu videris, quadratum esse, si noua antiquioribus comparentur, verosimilius est. Sed cum Syropulus figuram illius non definierit, male tu Interpretis officio perfungeris, qui addis, quod non est, quemadmodum & illud, *altitudinem multo sublimiorem*, quod ille tacuit: cum lippis atque tonsoribus pateat, tentorium, siue vmbraculum supra rem pendens esse sublimius, ne pondere, & prolixis lacinijs sedentem opprimat: at tu accuratiori diligentia *in altitudinem multo sublimiorem* erigis; *vsque ad Thronum* Syropuli, tu dilatas, *ad throni*

throni infima; quare non addis, & pauimentum? nec falsum diceres. Sicut & illa, *prolixe, & recta descendens*, tua profundis, non Syropuli. Quod tandem addis, *in medio fissum ad instar ianua valuatæ*, & infra repetis cap. 26. *Enimuero cum Patriarcha desideraret velum illud orbiculare suæ etiam cathedræ impendere a laquearibus, cum biualui ianua ad posticam*, monstrum est. Cohærentius tuo genio dixisses, *laruatæ*, vt etiam personata tua somnia repræsentarentur. Sed illud Syropuli καμυχεῖον nusquam apparet. Inseruisti tot ex tuis, & quod Syropuli est præteris silentio. Sic rem dexter agis. Obticere quæ nescias, ne ignorationis conuincaris, quæ vel parumper intelligis, congestis innumeris verborum globulis reboare, vt eloquentis nomen consecteris, summa tibi prudentia est. Sed non sic est, siue enim taceas, siue garrias, vtrobiq; eadem inscitiæ nota est, quam apud catos, prudentesque viros nunquam effugies. Sed inter tot tuarum ineptiarum dumeta, liceat quandoque festiui alicuius assertione, & aliquo solatiolo Lectoris tristitiam alleuare. Non longius euagabor, ex tuis id desumã Notis ad hunc locum; namque scribis; ὑφαντὸν καμυχεῖον. *Dictio barbara, & abstrusa, rara, incognita*. Proh Deum atque hominum fidem! Et estne quod incognitum Creyghtono sit? καμοῦχα *est proprie pannus a pileo Patriarchæ per eius dorsum defluens: ipse pileus καππάσιον vocabatur. Pannus seu sericum ab interiori pilei parte ad instar veli mulieris dependens*, καμοῦχα, *& alia voce καμιλαῦχι, vt vult Crusius statim ab initio Ecclesiasticæ historiæ*. O quantum est in verbis inane! Socium inscitiæ adsciscit tibi Crusium. Bene est. Si cæcus cæcũ duxerit, ambo in foueam cadent. καμουχᾶν esse pannum a pileo Patriarchæ per eius dorsum defluens; hoc falsum est: nihil enim defert Patriarcha, quod per eius dorsum defluat. nisi illud quod reliqui Monachi portant, duplex nempe tegumentum, interius, quod καμηλαύχιον, alij καμβαύχιον,

alij καμηλαύκιον vocitant, quod ex pilis Camelorum vt plurimum contexitur, & ceruices, & aures obtegit, & ab aëre defendit. Sacerdotes seculares tegumentum capitis gestant, a quo retro dependet pannus eiusdem coloris in columbinæ caudæ figuram, & palmi mensura distentus, Παπαλήθραι, & περιστέραι vocant, & hac ratione potestatem Sacerdotalem a Spiritu sancto columba in scripturis repræsentato deriuatam Græci significant, vt notat doctissimus Goar in Euchologio. Et Martinus Crusius, contra atque ipse dicit, nunquam asseruit, & καμουχᾶν, & καμίλαβο idem esse. Verba illius sunt; *καμιλαύγι pileus latus Patriarchæ, καμίλαβο sub pileo Patriarchico dependens vtrinque pannus*. Quare altero tanto mendacior est Creyghtonus, & quod καμιλαύκι cum καμίλαβο vnum faciat, & quod dicat, id velle Crusium, cum nihil ille simile tradat, & apertissime distinguat καμιλαύκι Patriarchicum a καμίλαβο. Quamuis etiam idem Crusius erret, dum dicit, καμιλαύκι esse *pileum latum Patriarchæ*, & illud sit tegumentum capitis interius a pileo lato, quem supra καμιλαύκι defert, longe diuersus. Ita Creyghtonus & sua, & aliorum intelligit, & ex aliorum dictis male ab ipso comprehensis, comprobat. Quare habeat sibi hunc καμοῦχαν proprie pannum a pileo Patriarchæ per eius dorsum defluentem, & in thesauris suis obscurarum ac incognitarum vocum recondat. Ipse digitum non porrexerim. *Et alia voce καμίλαβο.* Quod non est, nec vnquam fuit, duobus id nominibus pro sua dicendi copia nuncupat. Sed ignorat καμίλαβα esse retinacula illa, quæ a pileo per collum, & pectus ad brachia ipsa propendent. *Hinc καμουχῖνος adiectiuum.* Discite quotquot estis grammatici, ex substantiuo facere adiectiuum. *Tanquam camucha, vel adinstar camuchæ a summo laqueari deorsum fluitans in incertum, & indeterminatum.* Postquam e camucha adiectiuum καμουχῖνον inuenit, barbaries omnis, atque inscitia de-

depulsa est, cum repererit, quid eo nomine significetur. *Tanquam camucha, vel adinstar camuchæ a summo laqueari deorsum fluitans in incertum ac indeterminatum.* Nihil tamen ipse proficio, cum dénuo me in incertum, atque indeterminatum reuoluat. Tantum erat discere καμυχᾶν esse apud Græcos, pannum ex serico, siue bombyce Coa more Damasceno contextum, quod Itali nunc quoque vocant *Damasco*, ex quo erat & cœlum illud, & vmbraculum super Thronum dependens, & velū ostiarium a tentorio illo ad infima throni defluens, & muro appictum. Infra eadem pag. *Futura Episcoporum disceptantium sedilia.* Et; *nostris consilijs & interesse, & praeesse dignabitur.* Et de Iuliano; *Pertinax propositi.* Et; *Vociferauit, vnum centrum esse oportere diuersarum ac plurium partium, vt in pacem, & concordiam coalescant.* Hæc plane in Syropulo non sunt. Ergo liberalitati, & munificentiæ Interpretis debebuntur.

Pag. 102. sect. 4. cap. 26. Καὶ οὕτως ἐν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ συνεδριάζειν αὐτοὺς κατόπιν, καὶ πρὸς νῶτα ἀγωνιουμένους. *Id enim in Synodis Generalibus vsu venisse, vt retrorsum, & in terga priorum posteriores obuoluti sedeant, qui in consilijs disceptandi onera substinebant.* Quod de Synodo tum agenda scribit Syropulus, tu in Synodis generalibus vsu venire tradis inuerso ordine. Neque enim videbatur conueniens, vt qui in consilijs disceptandi onera sustinebant, post terga ante se sedentium obuoluti sederent. Neque minus ridiculum est, quod

Pag. 106. sect. 4. cap. 29. festiue, lepideque inuertis, Ἃ καὶ διεκομίσαμεν ὁρισθέντες, ὁ μὲν Χρυσοκέφαλος Ἰωάννης παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐγὼ δὲ παρὰ τοῦ Πατριάρχου τοῖς δηλωθεῖσι. *Quæ nos prædictis singulis in manum tradidimus, aureum caput Domini Ioannis a Rege ad id constituti, & ipse ego a Patriarcha.* Annon vel sola auditione huius *aurei capitis* Ioannis capit te admiratio, hominem aurei capitis hominum actionibus incumbere. Sed modo aurei capitis est is, quem

paulo

paulo ante in Scriniarium parum caute redigis; Εἶτα ἐμηνύσατο ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ Πατριάρχης τοῖς τοποτηρηταῖς, δι' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ Χρυσοκεφάλου. *Postea Imperator, & Patriarcha accersiuerunt Vicarios, qui cæterorum Patriarcharum loca in Concilio deberent capessere per me, & magnum Scriniarium.* Si vtrobique apud Syropulum Χρυσοκέφαλος est, vnde id tibi accidit, vt primo loco *Scriniarium*, secundo *caput aureum* interpretareris? Vel erit vtroque in loco *Magnus Chrysocephalus*, *vel aureum caput*. Caue Lector cachinnum sustuleris, dum causam reddit, quare ipse Chrysocephalum in Chartophylacem, & magnum Scriniarium immutarit in Notis ad hunc locum. *Codex habet,* ἐμοῦ τε καὶ τοῦ Χρυσοκεφάλου, *per me, & eum, qui caput gestat auro redimitum*. Quod est nunc caput *auro redimitum*, paulo infra, in *aureum caput* migrauit. Sic vir iste cantherio ritu scribens somniat. *Et primum quidem dubitaui, an esset nomen proprium, an adiunctum. Tandem reperi Epitheton esse Scriniarij magni Balsamonis Scholio ad titulum 8. Photij Nomocanonis, & cap. 1. Nam licet omnes quinque Exotaceli, seu Proceres Ecclesiæ, quasi Patriarchici Cardinales cluebant, in quorum censu Chartophylax numerabatur, tamen a cæteris in duobus præcipue differebat. Patriarchalem equum solus Chartophylax ius habuit conscendendi in quibusdam supplicationibus, & auream tiaram capite gestandi, quam apud se in solemnitates reseruabat, vnde* Χρυσοκέφαλος, & Χαρτοφύλαξ, *eadem sonant, vti memini me antea alicubi obseruasse*. I modo tu, quære acutiora. Dubitatio illa, an χρυσοκέφαλος nomen proprium sit, an vero adiunctum, non displicet, cum sæpesæpius videamus adiuncta in nomina propria transiisse, sicuti & officia in familiarum agnomina. *Tandem reperi, epitheton esse Scriniarij magni Balsamonis*. Sed repertus Thesaurus carbones sunt, & cineres. Scriniario tuo, siue Chartophylaci Michaëli nomen fuit, Chrysocephalo Ioanni, cap. 29. sect. 4. Syropulus Αὐτοὶ καὶ διεκομίσαμεν ὁρισθέντες ὁ μέγας χρυσοκέφαλος Ἰωάννης παρὰ τοῦ βασιλέως.

Quæ

Quæ nos contulimus iussu Imperatoris, Chrysocephalus Ioannes. Ergo Scriniarius tuus non est hoc *caput auro redimitum*. Sed Scriniarius differebat ab alijs Exotacelis, quod in non nullis solemnitatibus auream tiaram gestaret, & equum Patriarchalem ascenderet: idque probas ex Balsamone, non tamen intellecto, vt verum fatear. Ὁ δὲ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἰδίκτου δικαιοῦται καβαλικεύειν κατὰ τὴν λιτὴν τῶν ἁγίων Νοταρίων τὸ Πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. ἔδει δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὡς Καδδηναλίου Πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν τῷ χαρτοφυλακείῳ ἀπόκειται. *Ius autem habet ex hoc edicto Chartophylax equitandi in festo sanctorum Notariorum equum Patriarchalem cum albo linteamine. Oporteret etiam eius caput, vtpote Patriarchalis Caddenarij tegi aurea tiara, quæ etiam in Chartophylacio, seu tabulario sita est.* Scribit ex edicto Constantini tempore Michaëlis Cerularij Patriarchas Constantinopolit. omnia Romani Pontificis priuilegia sibi erogare cœpisse, sed conatus non recte eis cessisse, & hoc probat exemplo Clericorum, & officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui multa sibi vindicauerant, sed ætate Balsamonis ea quoque mutilata, & immutata fuerant, vt illa de Chartophylace equitandi equum Patriarchalem, & gerendi auream tiaram, quæ pene obsoleuerant, & in desuetudinem abierant, vt inter alia ostēdit tiara aurea reposita in Chartophylacio, cuius nullus eo tempore erat vsus, conseruabatur vero ad perpetuam rei memoriam. Hæc plana sunt, & certa, & vt clarius pateant, audi eundem Balsamonem Meditatione de Protecdico, Ἄραρεν οὖν ἀληθεύειν ἐναργῶς τοὺς λέγοντας καὶ τὸν κατὰ καιροὺς χαρτοφύλακα μετὰ τοιαύτης τιάρας χρυσῆς πρὸ μεμετρημένων χρόνων τινῶν, ἔν τισι πανδήμοις δοξάζεσθαι πανηγύρεσιν, οὐ μόνον ἐπὶ ἐκκλησίαις γινομέναις, ὡς εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ ἐν προόδοις καὶ ἀγοραῖς. πεπληροφόρημαι δὲ καὶ αὐτὸς ἀποκεῖσθαι μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὸ τοῦ χαρτοφύλακος κιβώτιον χρυσόπαστον

τοιοῦτον

τοιοῦτον ἐπίβλημα. καὶ χρόνος οὐκ ἔστι γηραλέος, καὶ περίμπηχος, ἀλλὰ νέος, καὶ πρόσφατος, καὶ φθόνος οὐκ ἀγεννής, ἢ καὶ ἀπαίδευτος δῆθεν ὑπέλαβεν τὰ τὸ τοιοῦτον χολάζοντα μέγα τοῦ ὀφφικίου προνόμιον. *Itaque consentaneum est, eos haud dubie verum dicere, qui perhibent, etiam non multos ante annos Chartularium aurea eiusmodi tiara in publicis quibusdam solemnitatibus vsum, quæ non tantum pro more haberentur in Ecclesijs, verum etiam in processionibus, & foris publicis. Atque equidem certo scio, repositam esse tiaram eiusmodi auro interspersam in arca Chartularij: neq; longum intercedit, ac remotum temporis spatium; sed rei memoria recens est. Nec ignobilis inuidia, vel imperita scilicet religio, magnum eiusmodi priuilegium huius officij aboleuerunt.* Tu vero ea ac si Florentini tempore Concilij vigerent, affers ad probandum aureum istud caput Scriniarij. O misellum Græcarum literarum Magistrum! Miseriores pueruli, qui a tam putido Magistro literis instruuntur! Sed venia danda delirio, quo non vales agnoscere cognomen familiæ Chrysocephalorum, ex qua iste Ioannes erat ab Imperatore constitutus ad deferendas literas ad locumtenentes Patriarcharum. Erat hæc familia minime noua, & in ea percelebris habitus est Macarius Chrysocephalus Philadelphiensis Archiepiscopus, qui scriptis suis elegantissimis, ac doctissimis eam illustriorem fecerat. Legi ipse, cum Chij immorarer, eiusdem in Canones Apostolorum, & Conciliorum accuratam, sed breuem expositionem. Eiusdem satis elegantem Orationem in Exaltationem Sanctissimæ Crucis, quam Græce, & Latine edidit in opere suo de S. Cruce Gretzerus, sed fine mutilam. Qui adnotat in Bibliotheca Cardinalis Columnæ extare eiusdem Μακαρίου τοῦ χρυσοκεφάλου εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ σταυροῦ λόγοι ιδʹ. *Macarij Chrysocephali in Exaltationem Sanctæ Crucis Orationes quatuordecim.* Quæ num distinctæ sunt ab edita, an vero edita in quatuordecim partes distribuatur, exploratum se non habere. Hæ quatuordecim Orationes vno volumine

lumine conprehenſæ manuſcriptæ leguntur apud me, & legebatur olim in Bibliotheca Collegij Græcorum. Ex quibus aperte fit exploratum, Orationes eſſe diuerſas in varias feſtiuitates, & inter eas eſſe hanc ipſam *in Exaltationem Sanctæ Crucis*, quæ claudit numerum. Non inuidebo tibi titulos Creyghtone, vt tuum hoc caput aureum illuſtrem, quamuis ipſe non is es, cui gratificandum ſit, qui adeo inhumanus es, &, cum alio non poſſis, linguæ temeritate furioſa, atq; immani ferocia mordes. Eæ ſunt.

I. Εἰς τὰ ἐννέα τάγματα τῶν ἀΰλων δυνάμεων, καὶ εἰς τὸν πάμμεγαν ταξιάρχην Μιχαὴλ τὸν ἀρχιστράτηγον. P. ἀρίστη μὲν καὶ ἡ τῶν ἐρωμένων εὐπρέπεια. II. εἰς τοὺς μεγίστους ταξιάρχας, καὶ προστάτας τῶν Ἀγγέλων Μιχαὴλ, καὶ Γαβριήλ. P. ἤδη μοι τῷ πρὸς οὐρανίους δυνάμεις φίλτρῳ. III. εἰς τὴν πανσεβάσμιον ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς. P. φαιδρὰ τῆς ἑορτῆς τὰ προπύλαια. IIII. εἰς τὴν παγκόσμιον ἑορτὴν τῆς ὀρθοδοξίας. P. τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων. V. εἰς τὴν τρίτην κυριακὴν τῶν νηστειῶν, ἐν ᾗ κατεξαίρετον ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ τελεῖται προσκύνησις. P. μεγάλη μὲν ἡ παροῦσα ἡμέρα. VI. εἰς τὴν παγκόσμιον ἑορτὴν τῶν βαΐων. P. χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. VII. εἰς τὴν ἁγίαν καὶ πανένδοξον τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν. P. χαρᾶς ὑπόθεσις ἡ παροῦσα πανήγυρις. VIII. εἰς τὰς ἁγίας μυροφόρους γυναῖκας, καὶ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ἀριμαθείας, καὶ περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως, καὶ τῆς δι' αὐτὴν ἐσομένης παγκοσμίου τῶν γηγενῶν ἐξαναστάσεως. P. τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ Εὐαγγέλια. VIIII. εἰς τὴν ἁγίαν καὶ πανένδοξον ἀνάληψιν τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. P. μεγάλη τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις. X. εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον, καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν θεολόγον, καὶ εἰς τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν δι' αὐτοῦ Εὐαγγελικὴν θεολογίαν. P. Ἀποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι προθέμενος. XI. εἰς τὴν γέννησιν τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. P. Ἰωάννῃ τῇ φωνῇ τοῦ λόγου τοὺς λόγους ἀνατίθημι. XII. εἰς τὴν ἁγίαν καὶ πανένδοξον μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. P. θεὸς κύριος ἐπ' ὄρους ἐπέφανεν. XIII. εἰς τὴν σεβασμίαν ἑορτὴν τῆς ἀποτομῆς τοῦ ἁγίου

ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου, καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Ρ. πάλιν Ἰωάννης ὁ μέγας ὁ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή. XIIII. εἰς τὴν παγκόσμιον ὕψωσιν τοῦ τιμίου, καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Ρ. ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων. Et ne tanti viri monumenta lateant, legi præterea eiusdem *Magnum Alphabetum in Lucæ Euangelium* Orationibus, vel Libris vigintiquatuor comprehensum, ego tamen ipsius tantum primas sexdecim legi vno volumine contentas vsque ad Π. Patres, ex quibus sua habuit, sunt; *Ioannes Chrysostomus*, *Simeon Metaphrastes*, *Gregorius Theologus*, *Cyrillus*, *Seuerus Antiochenus*, *Basilius*, *Athanasius*, *Ioa. Damascenus*, *Elias Cretensis*, *Gregorius Nyssenus*, *Eusebius*, *Photius*, *Dionysius Areopagita*, *Origenes*, *Antipater Bostrensis*, *Gregorius Thaumaturgus*, *Irenæus*, *Epiphanius*, *Iustinus*, *Philanthropenus*, *Theophylactus*, *Psellus*, *Ambrosius*, *Cosmas Monachus*, *Anastasius*, *Nilus*, *Hippolytus*, *Ioannes Climacus*, *Clemens*, *Asterius*, *Ignatius*, *Euagrius*, *Niceta*, *Clemens Alexandrinus*, *Ephræm*, *Cassianus*, *Dorotheus*, *Maximus*, *Basilius Seleuciensis*, *Leo Imperator*, *Tomus Synodicus*, Ρ. Ἐμοὶ κόσμος, καὶ πλοῦτος, καὶ πρὸς τούτων ζωὴ καὶ τρυφή. Opus singulare. Alia quoque eiusdem scripta ex procemio ipsius in Alphabetum magnum potes addiscere; Οὕτω δὲ ἐκ βάθους καρδίας τοῦ παναγάθου Θεοῦ δεόμενος, καὶ φιλόπονον ἐθέμην σπουδὴν τὰ τῶν ἁγίων διελθεῖν συγγράμματα, καὶ ὅσα ἐκεῖνοι ἐκ θειοτέρας ἐμπνευσθέντες τῆς χάριτος διεσάφησαν τῆς γραφῆς, ἀναλαβεῖν καὶ συντιθέναι καθ' εἱρμὸν σποράδην τὰ πλεῖστα ἐν τοῖς αὐτῶν θείοις συγγράμμασιν εὑρισκόμενα, ἢ γὰρ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν ἀντεχόμενοι πίστεως, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτῆς διαμαχόμενοι Ἰουδαίους, καὶ Ἕλληνας, καὶ τοὺς ἀνοσίους αἱρετικοὺς γραφικαῖς ἀποδείξεσιν ἐχρήσαντο πρὸς βοήθειαν, καὶ τὴν τούτων διάνοιαν εἰς αἰσχύνην καὶ κατάπληξιν τῶν δυσμενῶν ἐσφανέρωσαν. ἢ καὶ ἠθικῶς τὴν ἐκκλησίαν καταρτίζοντες εἰς μαρτυρίαν τῶν λεγομένων καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος προσελάβοντο, καὶ ταῦτα πάλιν πνευματικῶς διερμήνευσαν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ δι' ἀμφότερα τὴν ἑρμηνείαν αὐτὴν πεποιήκασιν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν μέγας πατὴρ Ἰωάννης,

της, καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἱερὸν θέμενοι τὴν ἐξήγησιν. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἡμεῖς φιλοπονώτερον, ὡς εἴρηται, τὰ πρόσφορα συλλέξαντες ταῦτα συνεθέμεθα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον τὴν ἐξήγησιν ἐν τρισὶν ἀπαρτίσαντες βίβλοις, ἀνὰ εἴκοσι κ. [illegible] τοὺς λόγους. εἶτα καὶ τὴν Μωσέως Γένεσιν εἰς δύο ταμόντες διὰ τὸ πολὺ τῆς συλλογῆς τῶν πατρικῶν λόγων, τὸ μὲν πρῶτον Κοσμογένειαν, τὸ δεύτερον δὲ Πατριάρχας ὠνομάσαμεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον πλὴν ὀλίγων τινῶν ὑποθέσεων ἐν ἅπασι σύμφωνόν ἐστι τῷ κατὰ Ματθαῖον, οὐκ ἔδοξε τέως ἡμῖν ὅλον ἀναλαβεῖν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ προσθεῖναι εἰς τὴν ἐξήγησιν, ἀλλ' αὐτὰ μόνον θεωρῆσαι, ὧν ὁ Ματθαῖος οὐκ ἐποιήσατο ἐν μνήμῃ. διά τοι τοῦτο καὶ βίβλον ταύτην ἱερὰν συνεθέμεθα ἐν εἴκοσι, καὶ τέσσαρσι λόγοις τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας διασαφοῦσαν τὸ μυστήριον, ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ προοδεόμενου συλλήψεώς τε, καὶ γεννήσεως, διερχομένης δὲ διὰ πασῶν τῶν Εὐαγγελικῶν ἑορτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν λήγουσαν τὴν παγκόσμιον πανήγυριν τῆς Πεντηκοστῆς. καλοῦμεν δὲ τὴν βίβλον ταύτην Μεγάλην Ἀλφάβητον, ὡς τάγε ζωηρὰ στοιχεῖα, καὶ συστατικὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἔχουσαν, καὶ ὡς κατὰ στοιχεῖον ἔχουσα τὰς ἀρχὰς τῶν ἰδίων λόγων, καὶ ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ Α, καταλήγουσαν δὲ εἰς τὸ Ω, κἀνταῦθα πληροῦσαν τὸ τοῦ κυρίου ῥῆμα λέγοντος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει πρὸς Ἰωάννην, ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα, καὶ τὸ ὦ μέγα, ἡ ἀρχὴ, καὶ τὸ τέλος. *Hoc pacto ex intimo cordis benignissimum Deum deprecans, studium, & operam meam collocaui, Sanctorum Patrum Commentaria lectitando, & quæcumque illi diuinæ gratiæ spiritu afflati Sacræ Scripturæ monumenta exposuere; repetendo, quæ illi pleraque dispersa in diuinis eorum scriptis tradiderunt. Etenim siue illi inculpatam fidem propugnantes, & illius hostes Iudæos, & Gentiles, impiosque hæreticos confutantes, in sui fauorem ex Scriptura petitas demonstrationes vsurparunt, & illius sententiam in opprobrium, & confusionem oduersariorum dilucidarunt, siue moribus operam dantes Ecclesiamque instruentes ad sua comprobanda, quæ spiritus erant, in suum vsum conuertebant, & hæc rursus spiritui consona declarabant. Sunt vero etiam, qui vtriusque causa eandem dilucidationem ab-*

***ſoluerunt , vt Magnus Pater , & aurea lingua præditus Ioannes , & qui eum ſecuti ad interpretanda ſacra oracula animum addixerunt . Ex his itaque omnibus nos operoſius , vt dictum eſt , quæ videbantur vtiliora decerptis , abſolutam in Sanctum Matthæi Euangelium , perfectamque concinnauimus elucidationem , tribus Voluminibus comprehenſam , quorum quodlibet viginti libris conflatur . Poſtmodum Moyſis Geneſim propter collectorum copiam ex Sanctorum Patrum ſcriptis in duos Tomos diuiſimus , quorum priorem Coſmogeniam , ſecundum Patriarchas nominauimus . Cum vero , & Sanctum Lucæ Euangelium paucis argumentis exceptis , in alijs omnibus cum Matthæi conueniat, non eſt viſum nobis vniuerſum ab initio repetere , & modo interpretationi ſubigere , ſed ea tantum examini ſupponere , quorum Matthæus non meminit . Proptereaque volumen hoc ſacrum compoſuimus , vigintiquatuor ſermonibus conſtantem , magnum Chriſti incarnationis myſterium complectens , incipienſque a Beati Ioannis Baptiſtæ , & Præcurſoris conceptione , & ortu , & percurrens per omnia feſta Euangelica, & tandem finiens in communem totius orbis ſolemnitatem Pentecoſtem . Nuncupamus vero volumen hoc Magnum Alphabetum, tanquam quod viuifica elementa noſtræq; ſalutis conſtitutiua continet , & ſinguli Libri ſuum ex elementis habent principium , incipiuntque ab* A , *& finiunt in* Ω. *adeo vt hic quoque compleatur dictum Dominicum aſſerens in Apocalypſi ad Ioannem ; Ego ſum* A *&* Ω , *principium , & finis .* Matthæi Chryſocephali *Carmina Iambica* leguntur in Orationem Sepulchralem Manuelis Imperatoris de Theodoro fratre. Item *Carmina bina*, in quorum, vnoquoq; habentur viginti quatuor Flementa literarum , digna quæ etiam in eruditorum auribus perſonent ; Ζωχθεὶς πτεροῖς ἔκλαγξε βομβώδη ψόφον. &;

Ἀβροχίτων δ᾽ ὁ φύλαξ θηροζυγοκαμψιμέτωπος. Legitur etiã Chryſocephali tract. περὶ τ̃ ὅρου τ̃ ἀνθρωπίνης ζωῆς P. οἱ λέγοντες ὅτι ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ. Si dicas , te Latine interpretatum eſſe cognomen , hoc ſtolidi plane eſt : nec puto probabunt alij , vti non probant , Theophanem Cerameum traductum

ctum in *Figulum*, Nicetam Stethatum in *Pectoratum*, & alia, ne nimius sim. Et si tibi animus fuit traducendi cognomina, quare non & Eudæmon-Ioannem, in *Felicem Ioannem*, Philanthropenum in *amicum hominum*, Chrysolorain in *aureum lorum*, & Macrocherem in *longam manum*, quamuis in Longimanum traduxeris. Et quod tu ex Syropulo sect. 2. cap. 15. pag. 12. Καὶ καθηγούμενον τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ παντοκράτορος. *Et præfectum Monasterij omnipotenti Deo dicati*. Et infra, pag. 159. ἐκ τῶν ἡγουμένων τοῦ παντοκράτορος. *Ex præfectis sacrarum ædium Monasterij Omnipotentis*. Quod enim est Monasterium Pantocratoris Constantinopoli omnes sciunt, *Omnipotentis* nemo. Sic capite aureo tibi complacuisti, caput plumbeum tu, & sine cerebro.

Sed plane ridenda sunt, cum de familijs clarorum virorum sermo incidit, quæ de Dermocaitarum familia a te decurtata consomnias, ipso in limine offendens, & qualis sis agnosceris, vt ex fimbria vestis, ex culmo spica, & si non displicet, ex auribus asinus. Vti enim innotescunt Ducaitæ, Chortaitæ, aliæq; familiæ, ad quas leguntur Epistolæ Cyprij Patriarchæ, Planudæ, & Apostolij, ita & Dermocaitarum exprimitur, quam tu in *Dermocatam* detruncas. Notis in cap. 20. sect. 2. τοῦ δερμοκαΐτου. *Per quendam Imperatoris Cubicularium, seu libertum*. Δερμοκαΐτης *aliquoties in hac historia occurrit, & alibi haud temere reperies apud quempiam Byzantinum: Meursius, & omnes Lexicographi omisere. Conijcio vnum esse e Cubicullarijs intimæ admissionis, quia iungitur τῷ κελλιώτῃ, quod Cubicularium significat in Palatino sensu, & Monachum in Ecclesiastico. Sonat autem* δερμοκαΐτης, *si licet hariolari in voce longe difficillima, quia rara, Cubicularium sternendis tapetibus, qui ex corijs pretiosissimis ferarum constabant præpositum, in interiori forsan Imperatoris Larario, seu Musæo, quo pauci peruenerunt sine Imperatoris bona gratia*. δέρμα *est corium, &* κεῖμαι *vox passiuæ inflexionis, sed*

actiuæ

actiuæ significationis, iacio, sterno, compono. Et hæc ex Donati quisquilijs infantissimus Pædotriba. Trahantur animis diligenter. scribit Syropulus; παρεγίνετο δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ ἐζήτει ἀπολογίαν διὰ κελλιώτου τοῦ δερμοκαΐτου. *Id tum Episcopus agebat in Palatio, & responsum solicitabat per quendam Imperatoris Cubicularium, & libertum*. Si παραγίνεσθαι ἐν τοῖς βασιλείοις, est agere in Palatio, litem tibi puto mouebant fidi Interpretes. Et sect. 6. cap. 16. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ὁρῶμεν τοὺς κελλιώτας τὸν δερμοκαΐτην, καὶ τὸν Μανουὴλ κατέχοντας αὐτὸν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν. *Et circumspicientes paulo post contemplamur puluinarium istum, & Manuelem binos Cubicularios Imperatorem vtrinque a dextra, & sinistra axillis prensatum extollere*. Iam video *Dermocatam* in hac historia occurere, qui Cubicularius sit; sed puluinarium, & libertum, nisi mihi perspicilla mea vitrea aliud atque nunc est, ostendant, nullum video. *Et alibi haud temere reperies*. Reperiam δερμοκαΐτην, sed tuum hunc truncum δερμοκαΐτην; prorsus temere: si oculi tamen instant, & literarum notas ex memoria non deposuerim. *Meursius & omnes Lexicographi omisere*. Supinam tuam ignorantiam immaniore eluere conaris, sed frustra. Quis tibi indicauit Meursium, & alios Lexicographos de familijs agere? *Omisere*. Quia familiæ nomen locum in dictionibus non habebat. *Coniycio vnum esse e cubicularijs intimæ admissionis*. Acute plane conijcis, id quod aperte vides, nec in dubium vertitur ad res multas aggressione actioneque ingeniosa coniectura elicis. Laudo ingenium, & industriam. *Quia iungitur τῷ κελλιώτῃ. Quod Cubicularium significat in Palatino sensu, & Monachum in Ecclesiastico*. Præclare. Cubicularius a Monacho distinguitur. Sic tu discernis alba, & nigra. *Sonat autem δερμοκαΐτης, si licet hariolari in voce longe difficillima*. Ne quæso insumas multum operæ, & laboris in hariolanda notione nominis huiusce. *Quæ longe difficillima est, quia rara*. Audio, in

rebus

rebus difficillimis tu ſemper hariolaris. Homo de triuio es; in planis & perlibratis viam inuenis, in anfractuoſis, atque tortuoſis tu ſemper conſilijs præceps, atque deuius es, ideoque hariolandum tibi eſt. Quare iam nobis certum δερμοκάρτω ſonum, ſed hariolando das. *Cubicularium ſternendis tapetibus, qui ex corÿs pretioſiſſimis ferarum conſtabant, præpoſitum*. Quis non admirabitur δερμοκάρτω notionem? Quis non addiſcet officium? Quis præterea non addet Lexicographis adeo ingenioſum ſignificatum? Et quod magis eſt, eruditionem illam abditiſſimam, Tapetes ex corijs pretioſiſſimis ferarum conſtare? Adde etiam modum in tanta veſania moderanda, ne tam pretioſi tapetes, ab ærumnoſorum hominum calceis lutulentis premantur, & condemplentur? *In interiori Imperatoris Larario ſeu Muſæo, quo pauci peruenerunt, ſine Imperatoris bona gratia:* Vnde vero hæc habes? *δέρμα eſt corium, & κάμπη vox paſſiuæ inflexionis, ſed actiuæ ſignificationis. iacio, cerno, compono.* Hinc aſſurgit tibi, ex voce longe difficillima, *Cubicularius ſternendis tapetibus, qui ex corÿs precioſiſsimis ferarum conſtabant, non vnus ex grege, ſed Præpoſitus in interiori Imperatoris Larario, ſeu Muſæo, quo pauci peruenerunt, ſine Imperatoris bona gratia.* Licent hæc tibi, quia tu luſtraſti omnia Conſtantinopolitani Imperatoris Palatij, & contemplatus Lararia, & Muſæa, & conditionem Tapetum, quibus ſternuntur, examinaſti. Ipſe tamen in hoc δέρμα, & κάμπη, ſiue paſſiuæ ſit inflexionis, ſiue actiuæ ſignificationis, neque tapetes, neque precioſiſſima ferarum coria, neque Lararium, neque Muſæum, quo pauci peruenerunt, ſine Imperatoris bona venia nulla video. I modo, & dicito Creyghtoni hariolationes non eſſe fœcundas, atque optimas, eundemque non vbiuis conſectari figmenta & meras nugas.

Iam video me male horas collocare, & doctorum virorum abuti patientia in his tuis ſtultiſſimis cognomi-

num

num verſionibus diſcutiendis, ſed quid in tanta atque inexputabili, & plane perridicula inſcitia agendum erat? Duo præterea addam, & vela contraho, *Pag.* 84. ſect. 4. cap. 14. Ὁ δὲ Χριστοφόρος ἅμα τῷ εἰς Βενετίαν φθάσαι, εὐθὺς ἀπῆλθεν εἰς τὸν Πάπαν, καταλιπὼν ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν ἐκ τῶν Βενετίκων ἀρχόντων Μιχαὴλ τὸν τζὶν καλούμενον, ἡμῶν ἐπιμελησόμενον. *Chriſtophorus, vt primum Venetias appulit, ſine mora ad Papã iter feſtinauit, relicto Vicario, qui curam ageret noſtratibus idonea adminiſtrandi, Michaële Chienſi Principe Veneto, Viro conſulari.* ἄρχοντες Βενέτικοι *ſunt Nobiles Veneti*, commendatione maiorum, & natalibus clari. Tu eos principes creas. Quidquid ſit de *Viro Conſulari*, cum de tuo illud ſit, qui ſemper aliquod immutas vel addis, non de mente Syropuli, in quo nihil tale eſt. Sed eſt princeps Venetus. Fuerit, dummodo illum non confundas, cum Duce Veneto, qui vnus tantum exiſtit, neque eo ſuperſtite ſocius adſciſcitur. Sed quis ferret æquo animo *Tzium* Syropuli, *Chienſem* eſſe? Qua ratione princeps, & nobilis Venetus Chius fuerit? Caue dicas, eum origine Chium beneficio legis Principem Venetum factum: Tum ſiquidem quiſquilias volantis venti ſpolia memorans, meras nugas ageres. Fatere potius infantiam. Sed error erat in Syropulo. Annon ſatius erat, errantem ducem ſequi: tum enim error duci, qui via deceſſit, obiectaretur, non tibi qui eum ſequendum adamuſſim propoſueras; & ſic reddendo *Michaëlem Tzium* non fuiſſes culpabilis. Qui vt iam dudum in hiſce rebus verſatus, rem examinando, poteras aliquo ſomnio tuo, vt ſæpe ſoles, cognomini grauiter maleque affecto medicinam afferre, ſi attentius oculos autographo inſtitiſſes. Sed expediam te. *Tzius* iſte, vtcunque Syropulo expreſſus, Zenus eſt Michaël, qui Vicarius Chriſtophori Venetijs, cum iſte feſtinaſſet ad Pontificem, relictus eſt, vt curam Græcorum ageret, & idonea miniſtraret, quod ille Græcis

poſtu-

postulantibus largius, ac benignius præstitit. Namq; cum Imperator quingentos florenos, Patriarcha trecentos exposceret, huic quatuorcentũ, illi sexcentum persoluit, donec mens Papæ vlterius innotesceret, vel inde prouideret, μέχρις αὖ στάλη ἐκεῖθεν ὁ Πάπας, *donec Papa illinc mitteret.* Sic patet florenos illos mille mandante Eugenio exhibitos fuisse, quod colligitur ex Bulla, qua dictus Pontifex introitus omnes astringit, mandatq; Ludouico Cardinali Aquileiensi Camerario, vt a data dicta Bulla dictos mille florenos Michaëli Zeno cum effectu persoluat, cum ille dictos florenos pro necessitatibus occurrentibus Cameræ Apostolicæ persoluerit. Idque, vt manifestius pateat, en tibi eandem ipsam Bullam Eugenij ex Regesti Eugenij lib. V. depromptam. *Eugenius &c. Dilecto Filio Michaëli Zeno Ciui Venetiarum, scutifero nostro, Comiti Palatino salutem &c. Cum tu nuper nobis, & Cameræ Apostolicæ pro necessitatibus occurrentibus mutuaueris in pecunia numerata florenos auri de Camera mille animo, & intentione rehabendi illos, a nobis, aut a Camera supradicta. Nos volentes tuæ indemnitati, & satisfactioni prout tenemur consulere, & prouidere, Cameram Apostolicam, & omnia ipsius iura, redditus, & prouentus tibi ratione prædicti mutui mille florenorum auri de Camera obligamus, concedentes tibi, vt quam primum elapsi fuerint sex menses a data præsentium computandi, prædictam quantitatem mille florenorum ex introitibus, & prouentibus, qui ad dictam Cameram Apostolicam quomodolibet prouenerunt, petere, & exigere valeas. Et nihilominus mandantes dilecto filio Ludouico Cardinali Aquilegiensi Camerario nostro, ac gentibus dictæ Cameræ, quatenus de prædicta quantitate mille florenorum tibi post finitos sex menses prædictos respondeant, & satisfaciant cum effectu. Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo. Pridie Idus Octobris Pontificatus nostri A. X.* Sic tu semper cum malo auspicio familiarum cognomina in somnia tua vertis. Præterea sect. 4. cap. 19. missus ab Imperatore Caristenus ad

Patriarcham, qui significaret Papam expectare, vt quamprimum adueniens illum adoret, & pedem osculetur; Ὁρῶμεν ἔφιππον τὸν Καριστινὸν σταλέντα παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς θέοντα. ὃς ἐλθὼν εἶπε τῷ Πατριάρχῃ, ὅπως ἐκδέχεται ὁ Πάπας, ἵνα ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἐλθοῦσα προσκυνήσῃς, καὶ ἀσπάσῃ κάτω τὸν πόδα αὐτοῦ. Vertis, *E longinquo Angarium conspicimus publicum, missum ab Imperatore ad Patriarcham incitato cursu, & effusissimis habenis aduolare: qui statim se venisse significatum, ait, Papam Romanum a tua eximia sanctitate expectare, vt quamprimum, aduenerit Papam adoret, eiusque pedes exosculetur.* Postmodum in Notis rationem tuæ Interpretationis inculcans, festiuissime scribis; *Nos angarium, seu cursorem publicum exposuimus, quod in textu habetur* καριστινόν. *de qua voce omnes ad vnum Lexicographi silent, stupentque; &* καρρέρον *habent pro eodem, sed ab idiomate Hispanico, vnde citeriores Græculi suum* καριστινὸν *tanquam diminutiuum procul dubio deflexerunt.* Euge. Nunc places.. Ego tamen etiam iuratissimo non credo, & multo minus Græcos ab idiomate Hispanico deflexisse, cum sciam καριστινὸν, familiæ esse cognomen, & talem missum a suo cognomine enunciatum, vt fit apud Græcos etiam antiquiores, qui tacito proprio nomine a cognomine nuncupant, vt hic multi in hoc tuo Syropulo denominantur, Amyrutzes, Gemistus, Cabasila, quorum nomina nisi aliunde innotescant, næ tu silentibus atque stupentibus Lexicographis, quæ portenta non contexeres? Sed quis memorando similes ineptias finem vnquam orationi poneret? Quare portentosa hæc interpretatio nō potuit nisi ex portentosiori palude nasci? Quis enim in literis Græcis versatus ignorat hanc Constantinopolitanam familiam, eamq; nobilem? & tu *Angarium* vertis, ex Idiomatis Hispanici voce καρρέρα, in diminutiuum deflexum confidenter, & absq; dubio deriuas, *quod omnes ad vnum Lexicographi silent, stupentque*. Silent vero Lexicographi, quia familiarum cognomina.

gnomina extra eorum institutum sunt. Nec minus ridicula est deflexio illa καρυστινὸς ex καῤῥέρα, quæ in diminutiuum torta, & in ινος finita, non καρυστινὸν, sed καῤῥερῖνον, efformaret, vt φίλος φιλῖνος, λιγυρὸς λιγυρῖνος; Et si alia quoque forma deflexeris, καῤῥερίσκον, vt ab οἰκία οἰκίσκη. Sin minus, hoc tuum diminutiuum merum insomnium fuerit. Iste Carystenus Theodorus nuncupatus, vna cum Ioanne Imperatore ad Synodum deuenit, venandi artis peritissimus, ad quem filij sui Nicolai Constantinopoli commorantis nomine Lucas Notaras duas scripsit Epistolas, hoc titulo; Ὁ λαμπρότατος μεγάζων, καὶ γαμβρὸς τοῦ βασιλέως, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κυροῦ Νικολάου τοῦ Νοταρᾶ πρὸς κύριν Θεόδωρον τὸν Καρυστηνὸν ὄντα ἐν Ἰταλίᾳ μετὰ τοῦ βασιλέως πράττοντος τότε τὰ συνοδικά. P. ἵπποι παρ' ἡμῖν, ὅτι χρήσιμοι συχνοί. Alterius est, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τὸν αὐτὸν καιρόν. P. ἥφαιστος ἐξάπινα, πῦρ ἐνέβαλε τοῖς ὄρεσιν. In hac illius venandi solertiam mirifice laudat; Γένοιτο οὖν ἐπανελθεῖν αὐτὸν ταχέως, καὶ σὲ μετ' αὐτοῦ τὸν καλὸν καὶ ποθούμενον, καὶ πρῶτον μὲν ἐν φίλοις, πρῶτον δὲ ἐν κυνηγέταις, ἵνα δὴ καὶ ἡμᾶς διδάξῃς, ὡς ὁ πατὴρ, ὅσα ἂν δοίη καιρὸς περί τε συῶν θήρας. καὶ τὰ ἑξῆς. *Vtinam itaque te te domum recipias quam citissime cum ipso* Imperatore, *probus, & concupitus, & inter amicos præcipuus, vt es inter veneratores præcipuus, & veluti pater nos instruas, quæcumque tempus dederit, de suum venatu.* &c. Sed *Lexicographi silent stupentque*. Non mirum. Tu siquidem *Delphinum in siluis venaris, fluctibus aprum*. Vnum præterea si addidero infelicem operam intemittam, sect. 11. cap. 12. pag. 328. Ἀπεδέξατο δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔστειλεν αὐτῷ δῶρον, μαστραπᾶν ἀργυροῦν μετὰ τοῦ Λάσκαρι τοῦ Μαμαλῆ. *Id ciuiliter Imperator interpretatus grati animi ergo, situlem ei argenteam remisit domo, Lascaris Mammalidæ, siue Philometoris per manus.* Nota peracutum, atque argutum Creyghtoniani cerebri repertum. Dixerat suprà, Gregorium Mammantem dictum a

Ssss 2 Mam-

Mamma, quod Romanorum dialecto matrem denotat, idque testari Liturgias Græcas. Nolo hic supinam diligentiam expungere, qua dicitur Liturgias Græcas testari Mamantem Martyrem, cuius in illis mentio fit, a Mamma deriuari, cum id nusquam vnquam legatur: Mamas Martyr vnico, *M*, Mamma duplici conscribitur. Sed vti adnotauimus, falsum esse, Gregorium a *Mamma* matre dici, ita, & nunc hunc Mamalem in Mammalidem commento stolidissimo, effingi, & iusulsissime appendice in Philometorem, euasisse; quasi Mammalides matris amans sit, ideoque ex Regibus Ægyptijs Philometor nobis assurgat. Et tamen Philometor ille, quamadmodum in, & Philopator dicti veniunt, ille quod matrem suam interfecerit per antiphrasim, hic quod Patrem exstinxerit Philopator agnomen obtinuit. Mamale nobilis familiæ cognomen est, ad hæc vsque tempora in Oriente, & potissimum in Chio Insula non modicæ existimationis.

Pag. 108. sect. 4. cap. 30. Μόλις ὅτε ἠρωτώμεθα περὶ γνώμης ἐλέγομεν ταύτην διὰ βραχέων, καὶ τοῦτο σπανίως. ὅμως ἔπαυσε καὶ τοῦτο τελείως, μηδὲ ἂν τοῦ ἀποδεχομένου, ὡς ὁ λόγος δηλώσει. καὶ ἦν ὁ ἐν ἡμῖν μερικὸς λόγος πάντη ἀργὸς, ὡς πολλαχόθεν τὴν σιωπὴν ἡμῶν διαπραξαμένων ἑαυτοῖς. *Id vnicum nobis permissum est solatiolum, vt quoties de suffragijs præstolaremur, ea tuto, sed succincte, & absque ambagibus dicere liceret, sed & id ab initio aliquoties, & non nisi raro: nam postea omne ius suffragandi a nobis penitus sustulerunt præter nostram expectationem, & meritum, vt deinceps luculenter patebit. Et nostra omnis suffragatio tam inualida mansit, otiosa, & nulla, vt sæpe ipsos, qui vota ac suffragia retinebant, nostri exemplo infortunij redegerimus in stuporem, & brutam quandam taciturnitatem.* In Græcis non lego; *Id vnicum nobis permissum est solatiolum.* Et; *ab initio aliquoties.* Et; *præter nostram expectationem, & meritum.* Et; *nostri exemplo infortunij redegerimus*

mus in stuporem , & taciturnitatem . Quid fuerit loquacitas ; & ab auctore , quem vertis, diuersionem facere, si hoc non est? Sed licet pluribus exequi, & pleniori sententia. Liceat aliquando. At plenior sententia non extra verba Autoris diuagetur, vt tu diuagaris sæpe numero in eadem pagina. Nec dubito aliud esse Paraphrastem, aliud Interpretem agere.

Pag. 112. sect. 5. cap. 1. Ἵνα τὸ δοκεῖν προσκαλέσηται, καὶ παρασκευάσῃ ἐλθεῖν πρεσβείαν ἐκεῖθεν ἁρμοδίαν, καὶ ἀνάλογον πρὸς τοιαύτην οἰκουμενικὴν Σύνοδον. *Legatum idoneum, & negotijs oecumenicis parem illinc ad Synodum prolectet. Patriarcha interim* τὸ δοκεῖν Græcum non video. *Negotijs oecumenicis parem*. Quis Græcis aptauerit? Ibidem, καὶ θανόντι τῷ μητροπολίτῃ ᾄσαντες ἐπ' αὐτῷ τὰ νενομισμένα. *Vbi cum intus in choro nostri solitas cecinissent nænias Sardium Metropolitano*. Scio nænias carmen esse, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam: & ex Nonio, ineptum, & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, ijs, quibus propinqui non erant, mortuis exhiberetur. Sed quid hoc ad τὰ νενομισμένα Græcorum, solitos in exequijs ritus, & consuetudines fidelium? Sed cum interpres ceremoniarum Ecclesiasticarum hostis sit inexpiabilis, non est mirum, si Catholicorum sacra Gentilium solemnibus assimilat. Græci sacras cantiones a sanctis Patribus compositas, Concilijsq; approbatas in fidelium funere concinunt. Laudes misericordis Dei, qui pro ijs sanguinem suum effudit, symphoniacis canticis prosequuntur: sanctos, & inter eos immaculatissimam Virginem implorant; vt apud Deum mediatores sint, & Deum demortuo propitium reddant, vt misereatur, veniamque concedat delictorum, & a tormentis, & molestijs, si quæ animum illius ob delicta commissa oppresserunt, liberet, deducatque in sinum Abrahæ, & ad aspectum suum. Postmodum legunt ex

veteri,

veteri, nouoq; fœdere ἀποσπασμάτια. & Psalmos integros, eosque non paucos personant. Et tu nefandissimum caput, & impense improbum, sacra diuinaque eloquia, sacros exequiarum ritus, sacra Christianorum cantica scelesta lingua *nænias* vocas? Compesce linguam perfidam. Tu tamen in impietate perduras, καὶ μνημόσυνον ἐν ἐτήσαμεν αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτοῦ ναῷ. *Cuius manibus in isto Sacello unica tantum parentauimus Monodia*. Rubeo, mihi crede, confundorque. Quid tamen expectandum est de hoc viro, qui Manes, & Deorum laruas rursus denuo, vero Numine pulso, in Ecclesiam introducit, quibus parentare fatetur a Christianis. μνημόσυνον apud Græcos est officium; quod supra mortuos ab Ecclesia institutum, siue canendo, siue legendo recitatur, quod alias dixeris iusta, facere. sic etiam ineptum est *parentare Monodia*, quam supra dixeras *Næniam*. Neque enim lugubri cantu, quod fit a Præfica in defunctorum funeribus, sed cantu ab Ecclesia præscripto parentant Numini. In eadem pagina in Græcis non sunt; *Doloribus male conceptis ob prælatum sibi Monembasium*. Sicut & illa; *Ut eorum Vicarij, qui ab ipsis acceperunt iura, aut priuilegia in quemcunque vellent capacem transferre possent*. & illud; *Et veteris amicitiæ, ac necessitudinis leges cum Monembasio renouauit*. Et; *cum diem de die futiliter trahi cerneret, & protelari negotia*. Et; *vt obdormientibus in vtramque aurem*. Hæc tu quoque de tuo dicis, sed non Syropulus tuus.

Pag. 145. sect. 6. cap. 4. Οἱ μὲν τοι λατῖνοι διεφήμισαν καθ' ἡμῶν, ὅτι ἔχομεν αἱρέσεις νδ'. καὶ γράψαντες ἐν τοῖς τετραδίοις ἐπ' ἀγορᾶς τοῖς διαπράσιν προτίθουσι. *Latini vero infamiam de nobis sparserũt, quod hæreses non minus quinquaginta quatuor profiteamur; nec verbis id modo aßeruere, sed scriptis propalanere in militum stationibus fori præsidio excubantium, & programmata de his in foro venundanda publicauerunt*. Ostende tu in Græcis esse; *Nec verbis id modo asseruere, sed scriptis propalauere in militum*

Stationi-

ſtationibus fors præſidio excubantiū, & tum fidi Interpretis nomen habeto. Annon planius, & fidelius Græca expreſſiſſes; *Latini vero infamiam de nobis ſparſerunt, quod hæreſes non minùs quinquaginta quatuor profiteremur, ſed ſcriptis mandatas in foro venundandas publicauerunt*?

Pag. 159. ſect. 6. cap. 12. Ἐμοὶ δοκεῖ διαιρεῖσθαι εἰς δύο τὸ ἡμέτερον ζήτημα. *Nam illa quæſtio penitus penſitata in duas alueos abire videtur*. Ita de rebus diuiniſſimis verba facit Creyghtonus, & ſimiles bene pictas tabellas in bono lumine ponit. Quæſtiones, & dubia de proceſſione Spiritus ſancti aluei facti ſunt, caua terræ, per quæ flumina decurrunt. Diuina nomina infra terræ ipſius ſuperficiem contrudit ac ſubigit; quaſi nobiliorem locum non repererit. Qui enim potuit, dum ille in alueis, infernisq; ſtignis, & ἀΐδαο πύλῃσι Heroum ſuorum animas poſt hanc vitam optime corpore peractam perinde atq; in cœlo, & bonorum omnium cumulatiſſima complexione reponit. Annon ſimplicius dixiſſet, & melius, & Chriſtiano Theologo conuenientius. *Noſtra quæſtio, vt mihi videtur, in duas partes diuidita eſt*. Et qui in duos riuulos quæſtionem diſpertitus eſt, ibidem in tres nobis obtrudit. *Primo an dogma ipſum de proceſſione Spiritus ſancti, quod Romana Eccleſia profitetur, cum noſtro orientali conſentiat, nec ne? Secundò de addita voce ad Symbolum: An iure Romani ſibi libertatem vindicarunt aliquid pro libitu ſuo ad Sacrum Symbolum adijciendi? & an ipſis licitum fuit, etiam ſi doctrina fuiſſet ſana?* Hoc eſt dolio pertuſo doctrinam infundi, vel potius materiam; de qua agitur, parum, vel nihil intelligere. Secundus, & tertius riuulus vnum fuerit, ſi verba Græca non implicaſſes. Εἰ γὰρ εἶχον ἄδειαν, εἰ καὶ ὑγιὴς ἦν, προσθεῖναι ταύτην ἐν τῷ συμβόλῳ, *Si poterant pro libitu adiectionem ſimilem, etiam ſi ſana eſſet, addere in Symbolo?* Quare ſecundo loco illa tua digeſta; *An iure Romani ſibi libertatem vindicarunt, aliquid pro libitu ſuo ad ſacrum Sybolum adijciendi?* præter rem, & ni-

& nimia sunt, quod bene noscens Imperator, & ex Imperatore Syropulus non numerarat. Et infra de Cabasila; ὕστερον χωρεῖ καὶ τὸ προσθήκης. *Ad euertendum postea additamentum stilum fœliciter strinxit*. Nam multi etiam stringunt stilum, sed nullo bono euentu, multi etiam cum magna mercede, & infœliciter. Vnde tu habes Cabasilam stilum *fœliciter strinxisse*, cum *fœliciter* in Syropulo non appareat?

Pag. 160. sect. 6. cap. 13. Καὶ εἰ συμβῇ ἀσθενῆσαι τὸν Πατριάρχην, ἢ τὸν Βασιλέα κατ' αὐτὴν τὴν τεταγμένην ἡμέραν, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται ἡ Σύνοδος δι' ἀγανάκτησιν ἑνὸς ἐξ ἡμῶν. *Et si contigerit in die sessioni præstituto Imperatorem, vel Patriarcham decumbere, ea ratio ab omnibus ineatur, vt reliqui nihilominus ad Synodum conueniant, nec ab vnius aut plurium absentijs quacumque de causa rerum gerundarum orbita sufflaminetur, aut publica vtilitas detrimentum capiat*. & pag. sequenti illa; *Viros militiæ literariæ expertes*. Quare ego iure iurando affirmauerim, si fidus est Interpres Creyghtonus, alium Syropuli texum Græcum illum habuisse, quem & verterit, alium nobis publice non sine sui nominis infamia supposuisse. Vel si hic idem textus fuit ante oculos, næ ille planissime fidus interpres non est, sed vti historiæ Syropuli corruptor vnam pro alia substituit, & fallacias in Lectores intendit.

Pag. 171. sect. 6. cap. 19. Καὶ πάντες τὸν Ἐφέσου ἐθαύμαζον. *Interea omnes Ephesium obstupuere*. Vnde vero illa; *Qui tanta cum eloquentia, ac grauitate dogmata mysterijs refertissima condiderat?*

Pag. 201. sect. 7. cap. 10. Καὶ μετ' ὀλίγον εἰσήλθομεν εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἐκαθίσαμεν, μηδενὸς τῶν ἀρχόντων ὄντων μεθ' ἡμῶν, οὕτω ταχθὲν, ὡς δεδήλωται. *Post breue intrauimus ad Imperatorem, & assedimus, Imperialium Principum nemine admisso. Sed cæteris omnibus rite dispositis*. Verbis clarissimis tenebras obducis, & Lectori, quænam sint hæc cœtera omnia

omnia rite compoſita, quæ nulla fuere, hariolandum relinques. Sententia eſt, ingreſſos eſſe omnes ad Imperatorem, & cõſediſſe, cum nullus eſſet admiſſus in ea audientia Imperij princeps, οὕτω ταχθέν. Sic enim erat conſtitutum, & ordinatum, vt nullus ex his Principibus intromitteretur. Quid tu vero ſomnias in cæteris omnibus, cum ad Syropulum non attineat, ſeponito apud te in eruditionem.

Pag. 204. ſect. 7. cap. 10. Εἰπόντος καὶ αὖθις τοῦ βασιλέως, ὅτι καὶ πολὺ συμφέρει ἡμῖν ἵστασθαι μετέωρον τὸ περὶ τῆς προσθήκης συμπέρασμα. *Imperatore iterum inclamante, quamplurimum noſtræ vtilitati conferet, ſuſpendere vltimam additamenti definitionem, & velut Hercules Antæum raptum in ſublime ſtringere.* Ridicule, & Creyghtono digna comparatione, qua pannum ſuum alienæ aſſuit purpuræ: æque ac ſi idem eſſet additamentum in Symbolo ſuſpensũ tenere, vel in aliud tempus diferre, & Antæum in ſublime raptum ſtringere. Sic eſt acer in rebus inueniendis aptandiſque Creyghtonus.

Pag. 217. ſect. 8. cap. 1. Ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ εἶπεν ὁ Ἐφέσου λόγον προτρεψαμένου τοῦ βασιλέως συνιστῶντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ εἰλικρινὲς τῆς ἡμετέρας πίστεως, καὶ τῶν δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. *Ad vltimum vero Epheſius inſtigante Imperatore orationem explicuit longiuſculam, qua ex ſacrarum literarum fontibus, & teſtimonijs ſanctorum Patrum, noſtræ fidei veritatem dogmatumque non minus puram ab heterodoxiæ fuco, quam quod maxime impermixtam Solaribus radijs reſplendeſcit luculentiſſime demonſtrauit.* Solares radij, cum verteretur hic locus, Chreyghtono oculos exturbarunt. Sic non vidit, quæ ſcripſit Syropulus, ſed alia quæ in illo non erant, ſuperaddidit, & e duobus tria vidit: ideoq; *non minus puram ab heterodoxiæ fuco, quam quod maxime impermixtum Solaribus redijs reſplendeſcit luculentiſſime.* Et infra; *vt retunderet Latinorum indolem.* Græce eſt; *Videns*

Latinorum indolem. Quare idem eſt apud Creyghtonũ *videre,& retundere*: conatus aliquid agendi,& effectus. Sic conatur quis aliquem occidere, ergo occidit; conatur reprobare,ergo reprobauit; conatur vertere pollicem,ergo vertit: quaſi ſemper conatus, & applicatio ſuum ſortiatur propoſitũ. An neſcit ſępeſępius etiamſi montes parturiunt, naſci ridiculum? Et infra; Dicunt Græci ſe daturos reſponſa ad Occidentaliũ Patrum dicta de proceſſione Spiritus S. cũ authentica luſtraſſent. Creyghtonus vocem inuertens,*autographa* more ſuo dedit. Quaſi idem ſint authentica, & autographa. Quamuis non me lateat authenticas tabulas eſſe primarias, vnde exempla deſumuntur: attamen Græcos non ita alienatos ſenſibus fuiſſe exiſtimo, vt poſcerent libros Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, & aliorum ſanctorum Patrum poſt tot annos decurſos ſcriptos autographos, nempe eorum manu propria ſcriptos, ſed authenticos, vt Syropulus ſcribit, nempe certos atque indubitatos, & qui comprobati eſſent ab ijs, qui auctoritate pollebant. Cum enim teſtimonia a Latinis in *chartulis*, Creyghtonus addit, *e ſinu euolutis* ad corroborandam ſententiam exhibita fuiſſent, Græci diſtulerunt reſponſum, donec authenticos, & fidem facientes Codices attuliſſent. Idq; elicitur ex verbis Epheſij c. ſeq. Ἐγὼ οὐκ οἶδα, εἰ τῶν παρ' ἐκείνοις δηλωθέντων ἁγίων εἰσὶ τὰ προκομισθέντα ῥητά. εἰ οὖν ἀπολογήσομαι, ἐρῶ αὐτὰ νόθα. καὶ εὐθὺς εἶπον αὐτῷ τινές, ὅτι εἰ εἴποις αὐτὰ νόθα, ὑβρίσεις τοὺς ἁγίους, καὶ ἐγερεῖς διχόνοιαν, καὶ διαμάχην μεταξὺ τῶν ἀνατολικῶν καὶ τῶν δυτικῶν ἁγίων, καὶ γεννήσεται σκάνδαλον μέγα. ὁ δὲ εἶπεν. οὐχ ὑβρίσω τοὺς ἁγίους, ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς λόγους, ἐν οἷς εὑρίσκονται ταῦτα τὰ ῥητά, οὐδὲ ἡμῖν εἰσὶ γνώριμα. οὐδὲ γὰρ ἠκούσαμεν αὐτὰ μέχρι τοῦ νῦν. τὰ δὲ ῥητὰ παραγράψομαι ὡς ἀμφιβάλλων. ἐπεὶ οὐκ ᾔδειν αὐτά, τοῖς δὲ ἁγίοις τὸ ὀφειλόμενον ἀποδώσω σέβας. *Ego penitus ignoro, an autoritates Patrum Occidentalium, quibus nos obruunt, ſatis pertineant ad eos Patres vnde*

de

de citantur, et si fas esset eloqui, vt adulterinas respuerem. Quod vt dictum durius cum a pluribus iudicaretur, suasere, vt quantam contumeliam sanctis Patribus inureret, quantam offensam, & scandalum crearet vtrique Ecclesiæ, tam Orientali, quam Occidentali, si Occidentales Patres proscriberet, animo graui metiretur. Quibus sic obuiam iuit Ephesius; Ipsos Patres non violabo, sed cum nobis non constet de istis spicilegijs, quæ aduersarij nobis obijciunt, nec Patrum opera, vnde ea decerpunt, sunt nobis cognita, quando nec in hunc diem eorum sententiæ nostris auribus increpuere, submouebo tantum ea particularia, vt anceps animi haud perfecte callentis, quo sensu Patres scripserint, at ipsos Patres debita veneratione in perpetuum colam. Non ergo quærit autographa, sed authentica.

*Pag.*208. sect.7. cap.13. Καὶ εἶπον λόγους πολλοὺς σκληρούς. *Et verbis acerbissimis vnioni maledixerunt*, Esto, maledixerint. Sed vnioni maledixisse nunc tandem ex Creyghtono disco. Ibidem; ἵνα προδῶμεν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν διὰ ταῦτα τὰ πώματα; ἐγὼ ἀποσπάσω, καὶ ἀποδώσω ταῦτα. *Vt pietatem nostram per hæc Circeia pocula proderemus? reuellam, atque Anticyras ablegabo*. Circeia, & Anticyras, etiam si vigilans perquisiueris in Syropulo non inuenies. Et in fine capitis verba Gemisti. Ἐγὼ φημι, ὅτι ὡς ἐπεὶ συγκατέβησαν τὴν εἰς τὴν Φλωρεντίαν μετάβασιν, καὶ διαλέξεσθαι περὶ τῆς δόξης, ἀπερχέσθαι, μὴ ἐπιφερομένους, ἀλλ' ἀμφιαζαμένους τὰς ἀλλαγάς. *Illis vaticinabor. Quando iam hinc aßensum præbueret, in* Florentiam *se transferendi, & arguendi in præcipuum dogma, illinc redibunt in patriam, non quasi ad vnionem condecorandam comportaßent ornamenta Episcopalia, sed ab vnionis fundamine, tanquam a specifica causa in posterum primaria ornamenta gestatura*. Quidquid sit de hac postrema voce. Typographus errauerit. Scripserit Creyghtonus, *gestaturi*. Quid tum? Ergo vaticinatus est Gemistus, & Creyghtonus delirat, desipit, insanit, cum quod dicit non comprehendat, neque aliorum mens quicquam recipit. Adesis eiusdem

Notas; Ἀλλ' ἀμφιαζαμένους τὰς ἀλλαγάς. *Difficile est hoc Gemistij dictum, cuius præcipuus nodus latet in voce* ἀλλαγή, *quam nos infulas, seu ornamenta Episcopalia interpretamur*; ἀλλάσσεσθαι *Græci recentiores simpliciter dixerunt pro vestem induere, &* ἄλλαγμα. & ἀλλαγὴν *vestem simpliciter, sine vlla relatione ad ea verba in veteri Græcia, quæ mutationem sonant, quamuis contrarium futiliter somniat Gretserus, commentans in Codinum: sensus est, quem reddidimus* περιφραστικῶς, *vt aliquando libertatem vsurpemus in locis obscurioribus transferendis*. Dispeream, si hæc sua intelligit, etiam post adhibitum ad consilium Apollinis oraculum. Vbique confusio, vbiq; tenebræ, multiloquium tamen non deficit, vt turba verborum scopulos difficultatis euadat. In profectione Græcorum Florentiam, ne rebus domesticis, inutilibus tamen, deferendis Græci grauarentur, Patriarcha suadet, vt impedimenta superflua Venetias mittenda curarent, & tantum necessaria secum traherent, quandoquidem ibi vnio consumenda foret. Verbo Patriarchæ fidem inter alios non tribuit Anchiali Præsul, ea ductus ratione, quod Latini ab opinionibus, quas semel defendendas suscepere, nunquam discedant, & sic vnionem incredibilem reputabat. Gemistus, qui eam futuram existimabat, quod Florentiam se reciperent, & de dogmate disceptationem admitterent, dicit, non esse reputandam Præsulibus, tam onerosam sacrarum vestium deportationem, cum vnionem audirent. Quare concludit, cum Græci assensum dederint, sese Florentiam transferendi, & de opinione decertandi, sic illis prouidendum esse, vt vestimenta sacra non deferrent, sed illis iam circumuestiti iter capesserent. Namque adeo certam esse vnionem, vt non sit opus vestes sacras in sacculis, & capsis Florentiam deuehere: sed illis ornati parati sint ad laudes Deo pro vnione concinendas.

Pag. 214. sect. 7. cap. vltimo. Καὶ δρόμῳ ἴθειν. *Et quam-*

***quamuis in pompa procederet, testudineum tandem grandiuit gradum*.** Verba sunt Creyghtoni, non Syropuli. Et infra; Ἀλλὰ ζοφερὰ καὶ ἀνέορτος ἡ τοῦ βασιλέως ἐπεισόδιος ἑορτὴ γεγένηται, τῆς ἀμέτρου ἐπομβρείας διαλυσάσης παρ' ὥρας ἅπαντα τὸν συναθροισθέντα σύλλογον. *Sed caliginosa, & spissis tenebris obducta coeli facies, illætabilem Imperatorij aduentus festum alijs diebus solemnibus superinductum reddidit, immoderato imbrium delapsu intempestiue discutiente omnem hominum conuentum, qui celebritatem diei, aut solemnia spectacula admirari gestiebant.* Quid vero illa, *ac spissis tenebris obducta cœli facies,* nec non, *alijs diebus solemnibus superinductum reddidit*, &, *aut solemnia spectacula?* quæ in Syropulo non sunt. Nugatorne es, an Interpres? ἑορτὴ ἐπεισόδιος, *festus dies aduentus* tibi est, qui nescis distinguere aduentũ ab ingressu. Dictam solemnitatem εἰσόδιον τιμὴν nuncupauit Auctor vitę Theod. Studitę; Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἐπανιὼν περιφανοῦς τε, ὡς εἰκὸς, παρὰ πάντων τυχὼν, καὶ τῆς ὑπαντῆς περιφανεστέρας, καὶ μᾶλλον πρός τε τοῦ προέδρου, καὶ τῆς βασιλίσσης αὐτῆς τῆς εἰσοδίου τυγχάνει τιμῆς. *Theodorus Studita, Thessalonica regressus, splendido, vti par erat, occursu omnium exceptus, & magnificentiorem, cum Antistes, & Imperatrix obuiam illi processissent, & magis celebriorem ingressus honorem nactus est.* Et Ephræmius in Chronographia in Alexio Comneno successore Isaacij Angeli. Πομπὴν ἐπεισόδιον Vin verba? audi;

> Ἵππον δ' ἀναβὰς ἄλλον ὁ στεφηφόρος
> Πομπὴν ἐπεισόδιον εἶχεν ἀνύσας
> Σὺν τῷ πεσόντι, καὶ τεθραυσμένῳ στέφει.

Pag. 118. sect. 8. cap. 2. Καὶ παύσωμαι. ***Sic tamen vt in posterum silerem*, *conticescere decreui, & ab iniucundo opere supersedere*.** Vbi verbulo silentium sibi imperat Ephesius, tu loquacitate nimia Lectoris aures obtundis. Et infra; Τὸν Ἐφέσου ἀπαιτοῦντος δοῦναι ἀπολογίας εἰς τὰ παρὰ λατίνων προκομισθέντα, καὶ λόγων πολλῶν περὶ τούτου κινηθέντων, εἶπεν ὁ Ἐφέσου. *Imperator cum Ephesium rogasset, ne vlterius detrectaret*

ctaret responsa comminisci ad Occidentalium Patrum loca, a Latinis in Synodo recitata, & alij insuper multi ad idem propositum loquerentur, Ephesius respondit. Multa tu loqueris, sed intempestiue, ac perincommode.

Pag. 219. sect. 8. cap. 3. Ἐν τούτοις δὲ ὄντων ἡμῶν πρέσβυς ἐπεδήμησεν εἰς τὸν βασιλέα Καντακουζηνὸς ὁ Φακρασῆς. *Dummodo in his versamur, Legatus appulit ad Imperatorem missus Cantacuzenus Phacrasa, seu tribunus.* Vnde vero expiscetur Creyghtonus, Phacrasam esse tribunum, audi, & ride, ex Notis in hunc locum; *Cantacuzenus Phacrasa, seu tribunus, Phacra cohortem significat, vnde φακρασῆς Tribunus, videndus Meursius.* Diuine. Lauda fortunas tuas. An non vel hoc solo de re literaria bene promereris? Phacrassæ nomen familiæ est Byzantinæ, cum primis illustris, & tu nobis ex Meursij Phacra pro tua eruditione Tribunum creas, & fingis? Ego puto, illum ipsum esse, vel minimum illi affinem, qui interfuit Concilio Constantinopolitano contra Mediensem, & Ancyranum Episcopos celebrato, & locum habet inter alios Imperij Principes, Μανουὴλ Καντακουζηνὸς ὁ Φακρασῆς. *Manuel Cantacuzenus Phacrasses.* Lege ad Phacrassem ὄντα λογοθέτην τῶν ἀγελῶν Epistolas plurimas Maximi Planudæ, & ad Ioan. Phacrassem Epistolam Georgij, siue Gregorij Cyprij Patriarchæ Constantinopolitani. Georgij Phacrassæ equitum ducis meminit Ioannes Cantacuzenus in Historia lib. 3. cap. 22. In eundem Phacrassem, vel alium eiusdem familiæ leguntur Iambici non dum editi sepulchrales Phile, digni, qui posterorum memoriæ suggerantur, & sunt licet imperfecti.

Οἷον τὸ συμβάν· Φακρασῆς γὰρ ἐνθάδε
Θρήνων ἀφορμὴ ὁ Φακρασῆς, ὢ τῆς τύχης.
Τί γὰρ τοσοῦτον ἄλλο δεινὸν τῷ χρόνῳ;
Τῆς φύσεως τὸ θάμβος ἐν τοῖς ἀψύχοις,
Τῶν πραγμάτων ὁ κόσμος ἐν τάφῳ κόνις.

Τό

Τὸ κάλλος εἰς γῆν. ἀπρεπὴς ἡ σεμνότης.
Ἡ δόξα καπνός. ἐν σιγῇ τὰ τῶν λόγων.
Ὁ πλοῦτος ἀργός. Εὐτελὴς ὁ πᾶς βίος.
Ὁ καλλίπαις ἔρημος. ὦ ζῶντος πάθους
Ἀνδρὸς τελευτῆς ζῆν ἀτεχνῶς ἀξίου.
Λειμὼν γὰρ ἦν ἐκεῖνος εἰς τὸ πᾶν γένος
Τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐντελεῖ βλάστῃ βρύων,
Ἢ χαρίτων θάλαμος, ἢ μουσῶν τόπος;
Ἢ καταγωγὴ τῶν Θεοῦ προσταγμάτων,
Οἷς ἐκ βρέφους ὥπλισε λαμπρῶς τὸν βίον
Ἀντικαταστὰς πρὸς τὰ τῆς ὕλης πάθη.
Τίς ἱκανὸς τοσοῦτον πενθῆσαι τέρας;
Ἥλιε καὶ γῆ, καὶ τελευταῖοι κρότοι,
Κἂν ἐκ θαλαττῶν συνάγῃ τὰ δάκρυα;
Πρεσβύτατον γὰρ καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας
Ἐκεῖνον εὑρὼν, καὶ περὶ λόγους μέγαν,
Αὐτὸς βασιλεὺς, ὁ σκοπῶν εὖ τὰς φύσεις,
Ἀνῆκεν αὐτῷ τὰς λαβὰς τῶν πραγμάτων.
Ὁ δ' εὐθὺς ἦν ἄγρυπνος ἐν τούτοις φύλαξ,
Σοφῶς κυβερνῶν τῶν φυλῶν τὴν ὁλκάδα,
Καὶ λογοθετῶν ἐγκριθεὶς τοῖς ὀλβίοις
Ὁσημέραι προὔκοπτεν εἰς τὰ βελτίω.
Τοῦ δὲ φθόνου πνεύσαντος αὐτῷ πρὸς βίαν
Καὶ τὴν ἀγαθὴν παρενεγκόντος τύχην,
Ὁ παῖς βασιλεὺς τοῦτον εὑρὼν παρόθεν
Τὰς ἰδίας προὔθηκεν αὐτῷ φροντίδας.
Κἀνταῦθα δειχθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν,
Ἐδυσφόρει μὲν κατὰ τῆς φαύλης τύχης,
Ἔχων δὲ τὴν σύνεσιν ἑδραίαν βάσιν,
Ἐπεὶ βοηθὸς, καὶ ξένων ἦν τὸν τρόπον,
Καὶ τῇ κατ' αὐτὸν προσφυῶς ὄντως φύσει
Πέπονθεν οὐδὲν ὑπὸ τοῦ δεῦρο κλόνου.
Ὤφθη δὲ τοῦ θλίβοντος αὐτὸν βελτίων
Καὶ τοῦ βίου κάλλιστα τὸν πλοῦν ἰθύνας;

Καὶ

Καὶ λαμπρὸν ὑπόδειγμα φανεὶς τῇ κτίσει. * * *

Reliqua desiderabantur in Codice Manuscripto. Ad Matthæum etiam Phacrassem Serrarum Episcopum legitur Epistola Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis in Codice Vaticano MS. Græco 651. pag. 236. Et infra; αὖθις εἶπεν. *Ille vero gloriandi libidine asseruit*. Sic nos dicimus, Creyghtonus aucta larga copia fandi garrit; Sicuti & quæ paulo infra aggregat, *hæc voce satis prompta*. Et infra ἐγὼ δὲ γράψω *Et ego Thesauri mei præfectis scribam*. Non inepte hic Plautinum dixeris; Istic est *thesaurus stultis in lingua situs, ut quæstui habeant male loqui melioribus*.

Pag. 220. sect. 8. cap. 4. Ἀπέβλεπε δὲ πρὸς ἑνωτικούς τινας τρόπους, καὶ μεσότητας. *Et in modis unitiuis studium omne posuit*. Verbum μεσότητας *medietates*, tam odiosum Ephesio, licet in Græcis sit, Creyghtonus obticuit. Et infra; μηδὲ προνοούμενοι τοῦ ἐπὶ τῇ συστάσει τῆς πατρίδος δοκοῦντος συμφέροντος. *Nec caritate permoti commoda patriæ manifeste procurarent, ut in pristinum decus restitueretur*.

Pag. 222. sect. 8. cap. 15. Ὁ ἀντιλέγων, καὶ φιλονεικῶν, καὶ μὴ τῇ τῶν πλειόνων πειθόμενος ψήφῳ, καὶ βάρος, καὶ σκώμματα, καὶ ἄλλα ὅσα ἀνήκουσι πρὸς συστολὴν αὐτοῦ καὶ ταπείνωσιν εὑρήσει παρὰ τῆς βασιλείας μου. *Nam quicunque rixas, aut iurgia excitabit, nec se plurium calculis pro consuetudine subijciet, nil præter conuitia, & contumelias a nostra Imperatoria Eminentia feret*. Esto, transeat: quæ vero consequuntur; *aut si quæ tristia supplicia excogitentur, quæ eius peruicaciam corripiant, redigantque in maiorem mediocritatem*. Quænam futura sunt hæc supplicia, & tristia, quæ minitatur Imperator, cum in Græcis non legantur, imaginatione concipio, & ferrum, & flammam, & tandem mortem, & quidquid atrocius excogitari potest, quibus in peruicaces, & rebelles animaduertitur, quæ dubio procul, & peruicaciam corripiunt, rediguntque in maiorem mediocritatem. Veruntamen discerem a te, & libentissime, qui scis omnia

in

in minutiora diſcerpere, quomodo in demortuis,& flamma abſumptis peruicacia corripitur, & animus, & obſtinata voluntas in maiorem mediocritatem redigitur? Dices, pęnam illius multorum eſſe motum, & ſic viuorum peruicaciam corripi,redigiq;viuos in mediocritatem. Sed Notæ ſimili parcere poteras, ſi quæ in Græcis non ſunt, ex tuis non adderes; συστολὴ ſimplex, & ταπείνωσις aliud quid notant. Sed tu quæ moderata ab Imperatore efferuntur, *tonitrua* facis; ſicuti & hæc *procemia*. Et infra; Ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἰδίᾳ γινομέναις συνελεύσεσιν ἀπέναντι τοῦ Ἐφεσίου, καὶ συνὼ αὐτῷ ἐκάθηντο. *Etenim in his priuatis Conuentibus recta e regione Epheſio, ſuiſque ſe collocarunt aduerſis frontibus, vt arietes cum coniſcant*. vellem mihi ſal illud Atticum, *aduerſis frontibus, vt arietes cum coniſcant*, verteres ex Latino in Græcum. Sed aduerte animum, ex verbis Syropuli tui, & ex hoc loco. Sed non poteris, quia non eſt: quanam ergo ratione in tua inſeruiſti? In hac tua Syropuli translatione dicis ne tuam, vel ea quæ Syropuli ſunt? Si tuam; ergo non es fidus Syropuli interpres: ſi Syropuli, age ſis ergo, prome Græca ex Syropulo. Sic & infra tibi πρὸς πάθος λέγειν eſt, *loqui a ſtudio partium, & affectu obcæcato*. Et infra; Καὶ ἐπεχείρησεν ὁ Ῥωσίας ὀχληρῶς φέρεσθαι κατὰ τοῦ Ἡρακλείας. *Et parum aberat Roßenſis, quin ad pugnam ſpectaret, & turbulenter in Heracleenſem debacchäretur*. Et; Πόθεν ἔχεις τὸ λέγειν οὕτω, καὶ σκώπτειν, καὶ ἀναισχυντεῖν; *Unde natam tibi hæc dicendi intemperies, immodeſtia oris, perfrictæ frontis inuerecundia?* Et, ὁποῖοί εἰσιν οἱ λόγοι σου. *Quibus alueis tua verba decurrunt*. Caue, ne ſpiſſis alueolis hiſce tuis, quibus adeo delectaris, lænam pignorent.

Pag. 225. ſect. 8. cap. 6. Καὶ ἠξίουν, ἵνα παρακαλῇ τὸν βασιλέα καὶ παρέχῃ τι πρὸς διατροφὴν αὐτῶν. *Adibant ſupplices, vt Imperatorem hortaretur eorum miſereſcere, & nonnihil ad famem depellendam elargiri*. Aliud eſt διατροφὴ *alimentum cibus, victus ad vitam ſuſtentandam*; aliud confectum famem

ad eam depellendam victum quærere. Hoc tamen solemne est Creyghtono, vt alibi supra monuimus, quæ aliquo modo in Pontificijs, ac procurantibus vnionem, vti criminosa Syropulus inculcat, ea verborum amplitudine, quandoque etiam sexquipedalibus verbis adaugere: sic modo necessaria ad victum ita exagerat, vt non ad vitam tuendam, sed ad famem depellendam transferat. Et infra; *Cum premente miseros fu[..]ali inedia, adhuc ab ipso mendicare perseuerarunt.*

Pag. 257. sect. 9. cap. 6. Παρόμοιόν ἐστι τοῦτο τῷ ῥηθέντι παρὰ τοῦ ἐπάρχου πρὸς τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν Γραπτόν. εἶπε γὰρ αὐτῷ, ὅτι μίαν μόνην κοινωνήσατε, καὶ ἕτερον οὐκ ἀπαιτοῦμεν. πορεύεσθε δὴ, ὅποι φίλον ὑμῖν. καὶ ὁ ἅγιος ἔφη πρὸς αὐτόν. *Quod mihi obtrudis, simile arbitror isti dicto, quod Præfectus Prouinciæ in præclarum sanctitate virum Theodorum Studitam vsurpauit, quem propter eximias dotes Conscriptum peculiari cognomine nuncupauimus*. Verba hæc postrema a Græcis Syropuli absunt. Quodsi propter eximias dotes *Conscriptus* peculiari cognomine nuncupandus est, quare tu *Conscriptum* in *Studitam* transmutas? Poteras te expedire facilius, Theodorum, cum id asserat Syropulus, *Scriptum* dicendo, vel si mauis *Conscriptum*, dummodo hunc Theodorum alium a Studita insinues. Et plane insulsum est, quod scribis in Notis, te nescire, & tamen quod nescis, in scriptis infarcis. *Haud scio, an in Historiam Theodori Studitæ noster Ephesius alludit: sed arbitror, quod sic se habet*. Quæ postea subdis de Theodori, & Platonis Studitarum a communione Tarasij Patriarchæ, eiusque successoris Nicephori secessione, non sunt ad rem, & perperam tu Iosephum Presbyterum Abbatem clariore nomine perhibes. Quæ tamen tu narras, verum est, Studitam Theodorum attingere. Conijcis in fine; *Et licet, haud multum postea eodem anno id factum contigit per eundem Michaëlem triennium antequam Imperium abdicasset, Theodorus tamen Præfecto tum respondere maluit,*

prout-

prout hic habetur in textu, de capite auferendo, vt se insigne exemplum constantiæ præberet. In hoc longe auius a vera rerum gestarum narratione stultissime vagaris, cum quæ Theodori *Grapti* sunt, Theodoro Studitæ applicas. Idq; vt discas, audi. Theodorus Studita nascitur Constantinopoli, Photio patre, & matre Theoctiste, Constantino Copronymo imperante; fratres germanos habuit Iosephum, & Euthymium. In Boscytio, seu Saccudione agello suo sub Platone auunculo Monachum cum fratribus induit. Interim Constantinus Imperator, Irenes filius, pulsa vxore propria Theodotem Theodoro sanguine coniunctam sibi matrimonio iungit: cum matrimonium recens inductæ Ecclesiasticis non probaretur, nec esset, qui solemnia coniugij persolueret, vnus Iosephus, Presbyter, & Ecclesiæ Oeconomus contra scita Canonum ceremoniam peragit, in quam vti non rite factam Theodorus inuehitur. Hinc iussu Principis cæditur sæpius ad mortem, & carceribus mancipatur: nec minora passus sub Armeno Leone, tandem vitam finit, & sepulcro conditur in Insula Principis. Post decem & octo annos solemni pompa sub Theodora Imperatrice, & Methodio Patriarcha corpus illius integrum, & miro fragrans odore Constantinopolim delatum in Monasterio Studij reconditur, prope Platonis patrui, & Iosephi fratris monumenta. Ab hoc Studita vide quam diuersus sit Theodorus *Graptus*, siue *Scriptus*. Nascitur hic Hierosolymis, in Palæstina educatur, in Monasterio Sancti Sabæ, vna cum fratre germano Theophane Sacerdos ordinatur a Sionis Episcopo. Sub Leone Armeno, hic quoque cultum imaginum defendit, & cum fratre Constantinopolim ingreditur, qui fustibus cæsi in os Ponti in exilium mittuntur. Leone obtruncato Constantinopolim reuertuntur, vbi Theophanes Canones colligit. A Theophilo post multa tormenta in exilium in Insulam Aphrisiam re-

relegantur, & tandem in Apameam Bithyniæ. Theodorus moritur die Protomartyri Stephano ſacro, poſt cuius mortem Theophanes in Epiſcopatum Nicænæ Vrbis Bithyniæ promouetur a Catholicis. Theodori corpus ex Vrbe Apamea Chalcedonem transfertur, & ſepelitur. Non ergo vnus Theodorus eſt *Studita*, & *Graptus*, quidquid ipſe deliras. Ego cum ſciam, quantum ſis in monumentis antiquorum verſatus, facile diſſimulaſſem, & pepercíſſem inſcitiæ. Sed cum aperte videam, in Græcis Epheſij, referente Syropulo tuo, Θεόδωρον γραπτόν, *Theodorum Scriptum*, non potui non excutere tantam cæcitatem idiotæ, & tantum ſibi ſumentis Interpretis. De notis in facie inuſtis huius Theodori vide Georgium Cedrenum, Ioannem Zonaram, Michaëlem Glycam, Conſtantinum Manaſſem, Menæa Græcorum, & Martyrologium Baſilianum, Methodium Patriarcham, & eoſdem ipſos Theodorum, & Theophanem. Nam cum hi ſanctiſſimi Fratres in exilium pellerentur, delati ad locum, in quo iuſſu dicti Imperatoris Iconoclaſtæ Methodius Patriarcha viuus in ſepulcrum incluſus marceſcebat, amici amico hæc carmina miſerunt.

Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι, δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.
Qui viuus inter viuos eſſe deſijt,
Vitamque præbet mortuus, terram incolens
Polumque obit, vincto grauiter vinculis,
Frontes ei ſcribuntque inſcripti literis.

Iis Methodius in hanc ſententiam reſcripſit;

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κληρογράφους,
Καὶ τὰ πρόσωπα σωφρόνως ἐστιγμένους
Προσεῖπεν ὁ ζῶν θανατωθεὶς ὡς συνδεσμίους.
Quorum libris inſcripta ſunt cœleſtibus,
Nomina, piæque frontes compunctæ notis

Hos

Hos, qui defunctus ante funus est suum,
Vinctos salutat, & ipse vinculis grauis.

Et vt magis videas tuam Cyclopeiam cæcitatem, & ne in posterum horum Graptorum historiam cum Studi-rana tuis hisce lutulentis studijs misceas; tibi dabo rem, vti gesta est, & ad Eparchum Theodori sententiam, quam pro se tuus Ephesius vsurpauit aduersus illos, qui vnionem procurabant, vt ipse scribit, aliquo modo. Fateor, res videbitur prolixior tibi tuisque, sed tua, vt ita dicam, effrænis in interpretando Syropulo libido maiora poscit. Quare ex eiusdem Theodori ad Ioan. Cyzicenũ Præsulem Epist. inter alia vti a Præceptore discito.

Ἡμῶν δὲ σκοπτιζαίτων καὶ εἰς γλῶτταν νενευκότων πρὸς τὸν ἔπαρχον ἐγγύθεν ἑστῶτα ἰταμῷ τῷ λόγῳ καὶ βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ἀποτεινόμενος, λόγον τοιόνδε μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ, καὶ τραχείας τῆς φωνῆς ἀπεφθέγξατο. ἆρον αὐτοὺς, καὶ γράψον τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰκολάψας τούσδε τοὺς ἰάμβους, καὶ παράδος αὐτοὺς δύο Σαρακηνοῖς, καὶ ἀπαγαγέτωσαν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν γῆν. ἑστήκει δὲ πλησίον ὁ τοὺς ἰάμβους ἔχων, ὃς ἦν καὶ τούτους σκεψάμενος Χριστόδουλος τοὔνομα, ᾧ καὶ ὑπαναγινώσκειν αὐτοὺς ἐπέταττεν, προσθεὶς καὶ τοῦτο. κἂν μὴ ὦσι καλοὶ, μή σοι μελέτω· τοῦτο γὰρ εἴρηκεν εἰδὼς, ὡς ἄριστα ἡμῶν ἤσκηται ἡ τῶν ποιητικῶν σχημάτων ἀκρίβεια. καὶ εἰς ὅσον καταγλαθήσονται παρ' ἡμῶν. διὰ τοῦτο καί τις παρὼν, καὶ χαριεντιζόμενος αὐτῷ, οὐδὲ ἄξιοί εἰσιν εἶπεν ὦ δέσποτα οὗτοι, ἵνα καλλίους ὦσι οἱ ἴαμβοι. καλὸν δὲ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους, ὡς εἶχον, ἐκθεῖναι τῷ διηγήματι.

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅπου πανάγνοι τοῦ Θεοῦ λόγου πόδες
Ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης,
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀπιστίας
Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως,
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται.

Πρὸς

Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας
Ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν,
Κατακρίνονται, καὶ διώκονται πάλιν.

Τούτων δὲ ἡμῖν ὑπαναγνωσθέντων ἀπάγειν ἡμᾶς εἰς τὸ πραιτώριον ἐπέταττεν, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν λεγομένην Θερμάστραν ἤδη καταλαβεῖν, φθάσας τις ἐκέλευεν ὑποστρέφειν, καὶ σὺν πολλῷ τῷ τάχει τῷ βασιλεῖ παρίστησιν, ὃς καὶ ἰδὼν ἡμᾶς πρὸς λέξιν οὑτωσὶ ἔφη, εἰκὸς ὑμᾶς ἀπελθόντας λέγειν ἐκεῖσε, ὡς τῷ βασιλεῖ ἐνεπαίξαμεν. ἀλλ' ἐγὼ πρότερον καταπαίξας ὑμᾶς ἀπολύσω. οὕτως εἰπὼν περιδυθῆναι ἡμᾶς ἐκέλευεν. ἐκδυθέντων οὖν ἀμφοτέρων ἐτυπτόμην ἐγώ, τοῦ βασιλέως ἀπαύστως οὑτωσὶ κράζοντος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὁρκίζοντος τοὺς μαστίζοντας. οὕτως ἔχεις ἐμέ. δὸς καλά. ἔτυπτον τὸ γοῦν καὶ νῶτα, καὶ στήθη χωρὶς οἴκτου παντός, καὶ φιλανθρωπίας. ἐγὼ δὲ ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος, ἐβόων. οὐδὲν ἡμάρτομεν εἰς τὴν βασιλείαν σου. καὶ πάλιν. κύριε ἐλέησον. καὶ ἁγία Θεοτόκε ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν. ἔπειτα καὶ τὸν ἀδελφὸν ἔτυπτον παραπλησίως βοῶντα, καὶ ἁγία θεοτόκε, λέγοντα. καὶ αὐτὴ εἰς Αἴγυπτον ἔφυγες βαστάζουσα τὸν υἱόν. ἔπιδε ἐπ' ἐμέ, τὸν διὰ τὴν ὁμοίαν σοι φυγὴν κολαζόμενον. κύριε. κύριε ὁ ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀφ' ἡμῶν. καὶ οὕτω συγκόψας ἀμφοτέρους ἐφ' ὅσον ἤθελε, προσέταττεν ἐξιέναι. ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἕτερος κατέδραμεν ἡμῶν, ὑποστρέφειν κελεύων, καί τις ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς ἐπυνθάνετο. τίνος χάριν τῷ θανάτῳ τοῦ Λέοντος ἐπεχάρητε, καὶ διατί προσφυγόντες αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μὴ ἀσπάζεσθε πίστιν; πρὸς ταῦτα ἡμεῖς, οὔτε τῷ θανάτῳ φαμὲν τοῦ Λέοντος ἐπεχάρημεν, οὔτε μὴν αὐτῷ προσεφύγομεν, οὐδὲ τὴν πίστιν δι' ἡμᾶς ἐστὶν τοῖς καιροῖς συμμεταβαλλομένους ἀθετεῖν ὅλως, ἢ καινοτομεῖν ἀνεχόμεθα. τούτου δὲ ἀνθυπενεγκόντος. τέως γοῦν οὐκ ἐπὶ τοῦ Λέοντος ἤλθετε; οὐκοῦν ἔφημεν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος. ὁ δὲ, καλῶς καλῶς, ἔφη καὶ πορεύεσθε. ὁ λογοθέτης δὲ ἐστὶν ὁ τοῦ δρόμου. τότε εἰς τὸ πραιτώριον σκοτίας ἤδη γενομένης ἐληλύθαμεν. τεσσάρων δὲ παρελθουσῶν ἡμερῶν προκαθίσαντι τῷ ἐπάρχῳ ἠγόμεθα εἰς παράστασιν. ὁ δὲ

πολ-

πολλῶν βασάνων ἀπειλαῖς φοβήσας, καὶ κολάζειν εἰπὼν πρότερον· εἶτα καὶ τὰς ὄψεις γράφειν, καὶ τοῖς Σαρακηνοῖς παραδοῦναι παρηγγύα τὸ τοῦ βασιλέως πληροῦν καταθύμιον. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Χριστόδουλος, καὶ ὁ τούτου πατήρ. ἡμῶν δὲ σκληρῶς ἀπαναινομένων, καὶ μυρίους θανάτους ὑπομένειν ἑτοίμους ἔχειν λεγόντων, καὶ ὡς οὐ χρανθησόμεθά ποτε τῇ κοινωνίᾳ, ἢ κἂν γοῦν τῇ συγκαταθέσει τὴν τῶν χριστιανῶν πίστιν, καὶ ὁμολογίαν ἀθετησάντων, κἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψαιεν, κἂν τὸ σῶμα καύσαιεν τῷ πυρί, λεγόντων, ὁ τοῦ Χριστοδούλου πατὴρ ἐν χαρίεντος μοίρᾳ τὸν λόγον τοῖς ἐναντίοις ποιούμενος, οὐδέποτε πρὸς τὸν ἔπαρχον. ἔφη, προσεκύνησας οὔτοι εἰκόνα. καὶ τίνα παθόντες ἐληλύθασιν ὧδε. οὐκ οἶδα, πρὸς ὃν αὐστηρῶς ἐγώ, ἀπόστα ἔφην ἐντεῦθεν. οὐκ οἶδας, τί λέγεις, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦσαι. ὁ δὲ ἔπαρχος αὖθις θωπείαις χρώμενος, μίαν εἶπε μόνον μίαν κοινωνήσατε, καὶ ἕτερον οὐκ ἀπαιτοῦμεν, καὶ ἔρχομαι καὶ ἐγὼ μεθ' ἡμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πορεύεσθε ὅποι φίλον ἡμῖν. ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν γελάσας. ὅμοιόν τι λέγεις κύριε ὁ ἔπαρχος εἶπον, ὥσπερ αὖτις ἕτερον ἀξιῶν λέγοι, οὐδὲν αἰτοῦμαί σε, ἀλλ' ἢ τὴν σὴν ἅπαξ ἀποτεμεῖν κεφαλήν, καὶ τὸ μετὰ ταῦτα πορεύου, ὅποι καὶ θέλεις. γίνωσκε τοίνυν ὡς ἡμῖν, καὶ τοῦτο δι' αἰσχύνης ἐστὶ τὸ τολμᾶν τινα ὅλως πρὸς κοινωνίαν ἡμᾶς προτρέπεσθαι, πρὸς ἣν αὐτὸς οὐκ οἶδ' ὅπως παραινεῖς ἐλθεῖν, καὶ μὴ πόρρωθεν ἀπειπεῖσθαι τὸ τοιοῦτον. ὡς ῥᾷον αὐτῷ γῆν, καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν καὶ κάτω ποιεῖν, ὑπὲρ ἡμᾶς μετατιθέναι τῆς εὐσεβείας. τότε γραφῆναι τὰς ὄψεις ἡμῶν ἐκέλευσε. καὶ δὴ ἐπὶ τῶν ἐκ τῶν μαστίγων πληγῶν φλεγμαινουσῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἀφορήτους ἐμποιουσῶν τὰς ὀδύνας, διατείναντες ἐπὶ σκάμνων, τὰς ὄψεις ἐκόλαπτον. ἐπὶ πολλὴν δὲ τὴν ὥραν ἐκκεντούντων τὰ πρόσωπα, σκότος ἐγένετο δεδυκότος ἡλίου. ὃ καὶ μὴ βουλομένων τὸ εἰς τέλος ἐπέσχε γραφήν. μέλλοντες δὲ ἐξιέναι πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τοὺς παρόντας τὰ γράμματα ταῦτα, εἴπομεν, ὦ ἴστε θεασάμενα τὰ Χερουβὶμ ὑποχωρήσει, καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία τὰ νῶτα δοῦσα, τῆς εἰσόδου ἡμῖν τοῦ παραδείσου παραχωρήσει, αἰδούμενα τὰς ἡμῶν ὄψεις, τὰς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δεσπότου ἀτίμως οὕτως ἐγχαραχθείσας. μόνοις γὰρ ἀπ' αἰῶνος ἡμῖν πέπρακται τοῦτο. καὶ καινὸν ἐπιτήδευμα εὕρηται, καὶ φιλανθρώπως ἀπεδείξατε πάντας, ὅσοι κατὰ τοῦ θείου ἡμῶν ἱμά-

τας

μας δόγματος. ἐν δὲ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ πάντως ἐπιγνώσεσθε, καὶ εἰς ἀνάγνωσιν ἡμῖν παρασχήσονται ταυτὶ τὰ γράμματα. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅσα ἂν ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Τούτους οὖν λόγους ὁ βασιλεὺς ὡς ἤκουσε διὰ τοῦ ἐπάρχου, ἔδοξε λέγειν, ὑπὸ τῆς τῶν λόγων ἐνεργείας ὡς οἶμαι καταβροντηθείς. εἰ ἠπιστάμην ἀληθὲς εἶναι τοῦτο παντὶ τῷ λαῷ μου, οὕτως ἂν ταῦτα ἐνέγραψα. ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων ἐπιτομώτερον δεδηλώκαμεν. τῶν πραχθέντων πολλοὺς ἔχοντες μάρτυρας, οἵ τινες δὲ οἶδα καὶ τούτων πλείονα καὶ σαφέστερον διηγήσονται. *Verum cum nos intenti essemus, & in terram oculos tendissemus ad Eparchum prope astantem, ille sermone improbo, & horrendo aspectu cruentus, cum ingenti furore, & voce aspera hæc profudit; Tolle eos, & in faciebus eorum hos Iambos incide, tradeq; eos duobus Saracenis, vt eos in propriam regionem conducant. Adstabat in proximo, qui Iambos deferebat, & composuerat Christoculus nomine, cui imperauit, vt legeret, illud præterea addens. Et si non sunt elegantes, ne labora. Hoc vero dixit, cum sciret nos esse in arte versatissimos, & in poëticis documentis accuratissimos, & quantum a nobis ob ineptam eorum constructionem irriderentur. Ideoque vnus ex illis, qui aderat, non sine lepida vrbanitate eum sibi concilians, neque digni, ait, sunt hi, neque tanti, vt possint sibi Iambos meliores. Non inutile vero fuerit eos ipsos, vt sese habent, narrationi inserere;*

Cunctis ad Vrbem currere affectantibus,
Castissimos, in qua Dei verbum pedes
Fixit, generi salutem vt humano daret,
Apparuere & isti venerando in loco
Superstitiosi erroris vasa pessima,
Et inde multa postquam perfidi Deo,
Facinora patrassent turpia impie,
Vt desertores vertere iussi sunt solum.
Fugaque in Vrbem huc delati imperij caput,
Non destitere ab impia vecordia.
Compuncti igitur, facinorosi velut, notis

Ex

Ex vrbe damnati pelluntur hac quoque,
Vbi lecti sunt, deduci nos in Prætorium iubet, & cum exissemus, & tantum non in fornacem, Thermastram dictam, peruenissemus, quidam ocyus properans regredi imperat, & quam celerrime ante Imperatorem nos sistit, qui nos aspiciens, in hæc verba prorupit. Verisimile est vos, cum eo deueneritis, dicturos esse; Nos Imperatorem ludos fecimus: sed ego antea ludibrio habebo vos, tum demum dimittam. Dixit, & vestes detrahi iubet, quibus detractis ab ambobus ipse flagris cædebar. Imperatore irrequiete clamante, & per semetipsum adiurante, in eos, qui cædebant, hac ratione meam intentionem tenes? Age pulsa atrocius. Tundebantur itaque & terga, & pectora absque vlla humanitate, & misericordia. Ego cum in multum tempus plagæ pertraherentur, clamabam; Nihil in tuam maiestatem peccauimus: rursumque; Domine miserere. & sanctissima Deipara auxilio sis nobis, opitulare. Postmodum & frater simili modo flagellabatur, clamitans, dicensque; sanctissima Deipara, & tu quoque Ægyptum fuga gestans filium petijsti. Respice in me, qui ob non dissimilem fugam supplicijs coërceor. Domine, Domine, qui saluas pauperem a manu fortiori, ne elonges auxilium tuum a nobis. Et sic vtrisque ad saturitatem dilaniatis, vt foras excederemus, imperat. Et rursus alius recens exiens, & accurrens ad nos, iubet, vt regrederemur: & alius missus ab Imperatore interrogabat. Quare ob mortem Leonis in gaudium effusi estis, & quare cum ad ipsum aufugeritis, eandem atque ille fidem non amplectimini? Ad quæ nos: neque ob Leonis mortem lætati sumus, neque ad ipsum confugimus, Neq; fidem per nos, qui temporibus immutamur, prorsus præuerti, aut innouari sustinemus. At ille cum replicasset; Itaque sub Leone non accessistis? Non, respondimus, sed sub eo, qui ante eum imperium tenuit. Tum ille; Bene, Bene. Et; Secedite. Hic vero erat Cursus Logotheta. Tum Prætorium, cum iam essent oborta tenebræ, introiuimus. Post dies quatuor ante Eparchum ducimur, qui multorum tormentorum minis territans, & ante cruciamenta, & ærumnas proponens, tum demum in facie Iam-

bos incidendos, & Saracenos, vt quod collubitum erat Imperatori, compleretur, adhortabantur: vnaque cum eo præsens aderat Christodulus, & illius genitor. Nos vero cum pertinaciter contra niteremur, assereremusq; nos promptos esse, mortes etiam innumeras pati, & quod nos nunquam simili communione contaminaremur, nec etiam assensum vnquam daremus illis, qui Christianorum fidem, illiusque professionem eiurauerant, licet flammis corpus absumerent, Christoduli pater salibus inter aduersarios vtens, Nunquam, ad Eparchum conuersus dixit, hi imaginem adorarunt, & quibus pulsi molestijs ad hæc loca peruenerunt, haud scio. Ad quem ego inclementius respondi. Facesse hinc; neque enim quid dicas, tenes, neque de quibus statuminas. Verum Eparchus rursus aggrediens, Saltem in vno communicantes conuenite, nec aliud a vobis poscimus. Et accedam ipse quoque vobiscum in Ecclesiam, & tum postmodum, quocumque vobis collubitum est, accessionem facite. Tum ipse ad illum corridens, inquam; Non absimile est quod ais Domine Eparche, veluti si quispiam ab alio petens diceret, nihil abs te postulo, nisi semel tuum obtruncare caput, postmodum procede quocunque libido fert. Scias interim præterea hoc apud nos opprobrij esse loco, si quis nos ad communionem prouocat, ad quam nos tu, nescio qua ratione, procedere adhortaris: equidem ille prorsus nescit, sibi facilius esse cœlum terramque sursum deorsumque dimouere, quam nos a pietate, quam profitemur, alio transferre. Tum ille facies nostras infindi iubet, licet illæ ex verberum plagis tumerent, atque exæstuarent, & dolores inferrent intolerabiles, & super scamnos extensorum facies incidebant, cum vero ad multam horam compungerent facies, occidente sole tenebræ irrepserunt; quæ etiam nolenti impedimento fuere, ne in finem incisionem perduceret. Et dum egredimur ad Eparchum præsentem fassi sumus. Has punctiones cum conspexerint Seraphim, secedent, & framea ignea terga vertentia, nobis ingressum Paradisi concedent nostras facies reuerita, quæ pro communi Domino ita inhoneste incisæ sunt. In nos enim solos a seculo hoc peractum est, & nouus mos repertus est, omnesque eos perhumanos ostendistis, quotquot

contra

contra diuinum nostrum dogma bacchati sunt, & prorsus agnoscetis ante faciem Christi vobis ad legendum has literas proponendas esse. *Ipse siquidem dixit, Quæcumque feceritis vni ex minimis his, mihi fecistis. Verba hæc Imperator cum audisset ab Eparcho, visus est dicere, verborum efficacitate, vti reor, attonitus; Si scirem verum hoc esse, vniuerso meo populo hæc incidissem. Nos itaque hæc, licet alia multa supersint, succincte vt potuimus, manifestauimus, rerum gestarum testes permultos habentes, qui, ni fallimur, & his multo plura, & clarius enarrabunt.* Alius itaque est Theodorus Studita, alius Theodorus Graptus, quos tu insulsissime confundens vnum facis.

Pag. 256. sect. 9. cap. 5. Οὐ δὲ γὰρ τινὲς τῶν περὶ σοῦ ἐλλογίμων, καὶ ἁγίων ἀνδρῶν ἐκάλεσαν αὐτὴν αἵρεσιν. *Nec vlli sanctissimorum Patrum, hominumue illustrium, eo prouecti sunt intemperantiæ, vt eam hæresim nuncuparent.* Pag. 257. cap. 6. Εἶπε δὲ καὶ ὁ Ἐφέσου, ὅτι σὺ ὑπάρχεις κοπέλιν, καὶ ἐποίησας ὡς κοπέλιν. *Atque ita æstuans ira dum exibat subiunxit Ephesius, Et ego te non minus despicor Nicæne, prognatum semine meretricio, spurium, qui natale solum vt nothus perfidia dehonestare non cohorruisti,* Vbi loci sunt illa in Syropulo, *eo prouecti sunt intemperantiæ*. Certe illa aduersus Bessarionem calumnia, absque maxima detestatione, & conuitio, quæ tuum purgent animum, tandemque conficiant, ferenda non est; *Bessarionem esse prognatum semine meretricio*, quod vti exiguum in tanto Heroe, & minus quam nihil, exaggerando dilucidas; *Spurium, qui natale solum vt nothus perfidia dehonestare non cohorruisti*. Vndenam hæc hauris male sanum caput? Ea non dixit Ephesius, neq; retulit in scriptis Syropulus. Verum ea opposuit Bessarioni Ephesius, vocans eum κοπέλιν. Vocauerit κοπέλιν. Ergo Bessario erit prognatus semine meretricio, spurius, nothus, & natale solum perfidia dehonestauit. Quæ vis, verbulo trisyllabo subiecta est? Vrge hoc monstrum. Hoc sibi velle voculam ex Lexicographis designa, tum appone, in-

fer, conclude, tum per ora hominum Beſſarionem traducito, & illius conſtantem famam attere. An penes Beſſarionem culpa eſt, quoniam Græci ſermonis penes Creyghtonum ignorantia eſt? κοπέλι apud poſteriores Græcos nihil aliud denotat, quam iuuenculum, adoleſcentulum, tenera adhuc ætate, nondum inter Ephebos aſcriptum, quod Beſſarioni nondum graueſcente ætate grandiori oppoſuit, vt ſe illius verba vti adoleſcentuli ſupina aure audire ſignificaret. Quæ itaque ex tuis Beſſarioni accommodas, cum nulla in Syropulo ſint, habeto tibi, & ſine inuidia: conſeruatoque apud te etiam atque etiam, & ſiuis, in æternum.

Pag. 259. ſect. 9. cap. 7. Εἶδον δὲ καὶ τὸν Σηλυβρείας τὸ χορτασμένον, ὃς ἦν τῶν λογίων, καὶ τῶν μεγάλων διδασκάλων εἷς. *Sed et noui etiam illum Selymbriæ multa corporis aruina pinguem, qui ſcientiſſimis, & ſummis Doctoribus meruit adnumerari.* Chortaſmenos familiæ cognomen eſt, vti ζορωμένος, Πεπασωμένος, Ἐσκαμματισμένος: ſed Creyghtono eſt, *multa corporis aruina pinguis.* Ridendũ interpretis ingenium! Sed quid expectari poterat a pingui Doctore pinguiori Minerua ſcribente? Et tamen, vt videatur aliquid dicere in Notis; *Fruſtra quæritur, quis hic* Σηλυβρείας χορτασμένος *fuerit Nicæno notus, & nemini forſan præterea.* An non ſatis eſt notum fuiſſe Nicæno, & nunc demum Creyghtono, *multa corporis aruina pinguis.* Legi ipſe in Codicibus Vaticanis, Ἰωάννου Διδασκάλου τοῦ Χορτασμένου ἐπισημειώσεις εἰς τὴν Θεοδώρου τοῦ Μετοχίτου, Georgij Metochitæ Filij, de quo nos ſupra nonnulla, ἀστρονομικὴν στοιχείωσιν, προέκδοσιν. Et forte non alius hic fuerit, quam hic notus Beſſarioni, ὃς ἦν, teſte Syropulo, τῶν λογίων, καὶ μεγάλων διδασκάλων εἷς. *Vnus e ſcientiſſimis, & ſummis Doctoribus.* Superuixit enim Theodoro, vt ex eius Notis in eundem deprehenditur. Viuebat æqualis Beſſarionis, vt ex eiuſdem Epiſtolis ad Medienſem, Roſienſem, Manuelem Imperatorem. Iſi-

dori

dori Hieromonachi legitur Epistola ad Chortasmenum, inter eiusdem Epistolas. Et vt etiam tu eundem agnoscas, nec in posterum dubites; en ecce Chortasmeni Carmina Politica Eurypidis Tragedijs ab eodem præfixa.

Κἀντεῦθεν ἂν κατίδοι τὶς τοῦ ζωτικοῦ τὴν φύσιν,
Καὶ τὴν σπουδὴν τὴν ἄμετρον, ἣν ἔχει περὶ λόγους,
Τοῦ γὰρ βιβλίου τουτουῒ μηδενὸς στερημένου.
Μηδ' ἐνδεῶς τυγχάνοντος. ὧνπερ προσῆκεν ἔχειν.
Τὸν Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ποιητικῆς τὸ κλέος.
Ὁ δ' ὥσπερ οὐκ ἀρκούμενος τοῖς ὧδε γεγραμμένοις,
Καὶ τοὺς παρόντας τουτουσὶ γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου
Στίχους προσέθηκεν αὐτοῖς, μηδ' ὅλως ἀμελήσας
Μηδ' ἀνασχόμενος εἰπεῖν τινα τῶν περὶ λόγους,
Ὡς ἄρα τοῦτο κάλλιον ἐκτίσατο βιβλίον.

Ex Codice m. s. Græco Vaticano 897. Fuit ergo Chortasmenos hic non Nicæno tantum, sed alijs etiam notus.

Pag. 261. sect. 9. cap. 8. Οὕτω παραινέσει, καὶ εἰσηγήσατο, καὶ εἵλκυσεν αὐτοὺς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. *Ita partim vi, partim blandimentis homines auulsit ab opinionibus, & in suam sententiam pertraxit.* Neque vim, neque blandimenta in Syropulo video, & pag. 262. Ibidem; καὶ ταῦτα διεπράχθη ἐν ἡμέραις δυσί. *Et omnia hæc strategemata, & machinamenta, quæ vnionis patroni architectabantur, vnius bidui intercapedo produxit.* Et quæ erit perfidia violatæ interpretationis, si hæc non est? Sed hæc sententia elicitur ex verbis Syropuli. Ergo non interpretem agis, sed insulse tua nugamenta æque atque Syropuli essent, prodis.

Pag. 271. sect. 9, cap. 13. Ἀκούω δὲ ἔτι παπαδάρια τινὰ στάσεις ποιοῦσι καὶ ταραχάς. *Audio tamen aliquos vltra fastum Pontificalem eo vsque intumescere, vt ciere litigia, & turbamenta audeant. Vltra fastum Pontificalem*; quidquid ait de alijs, in Syropulo nullum est. Miser Grammatista verbum, quod non intellexit, in aliam sententiam vertere ausus est. παπαδάρια est diminutiuum a παπᾶς, quod significat

ficat Sacerdotem, & Presbyterum, plurali numero efformatur a παπάδες, παπαδάρια vel παπαδέρια, Presbyteruli quasi diceret, vel Sacerdotuli. Eos nempe Sacerdotes, & Presbyteros, qui vnionem oppugnabant, diminutione nominis non esse attendendos indicat, vti qui Magistelli de triuijs sint, & nulli in numero hominum. Quid ergo est, quod in Notis ineptis; παπαδέρια, *Papæ diminutiui, & ὑποκοριστικά, sed in malum sensum?* Næ tu in malum sextum scribis, cum Latine scribis. An Papæ nomine Sacerdotuli veniunt?

Pag. 277. sect. 10. cap. 1. Οὗτοι γὰρ μόνοι τὸν βασιλέα τεχνιέντως εἰς πολλὰ, ἂν ἐκ ἀπεδέχετο. *Illi enim soli fraudibus, & calliditate Imperaratorem in multifaria facinora menti suæ contraria impulerunt.* Vnde tu hariolaris *hos solos*, & non alios admissos fuisse ad Consilia ab Imperatore? In Græcis si vides, non est. Præterea quis te docuit τεχνιέντως *artificiose*, & *ex arte*, *fraudes* & *calliditatem* notare? Fraudes, & calliditas turpitudinem aliquam, & vitium semper designant, ars vero sæpe sæpius laudabilis est. Tu, vt soles, quæ sunt omnia pro vnione, etiam si in Syropulo ambigua sint, in partem peiorem trahis. καὶ ἀπορήτοις διορθώσεις εἰς ἅπερ ἤθελον ζητήματα. *De ambiguis sciscitaturi, & quæstionibus, quascunque vellent proponere.* Quasi id a potestate esset Cardinalium, & eorum voluntas non penderet a nutu Pontificis, quod certe non æquum videbatur. Quare ergo tu, quod Græcus non dixerat, tua translatione insinuas? Infra: Καὶ τοῦ βασιλέως ἀνταγωνιζομένου. *Et Imperatorem, qui responsis eorum telas retexuit.* Nunc primum discite Grammatici ἀνταγωνίζεσθαι, esse *responsis aduersarij telas retexere.* Et infra; Ἵνα ἑκάστη δηλαδὴ τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν ἐκκλησιῶν κατὰ τὴν ἰδίαν συνήθειαν, ἤγουν ἱερουργῇ τὸ ἄζυμον, ἤδη τὸ ἔνζυμον. *Statuerint, vt vnaquæque Ecclesia secundum consuetudines proprias Orientalis cum Fermento, Occidentalis absque Fermento panem*

Eucha-

Eucharisticum conficerent. Hæc translatio malitiam olet, & calliditatem clamitat. Nanq; cum transubstantiationem neges; & post Concilium tertium Lateranense in Ecclesiam orsam introduci asseueres, suspicione non caret iste tuus *panis Eucharisticus*. An scilicet post verba consecrationis tota substantia panis in substantiam corporis Christi conuertatur; sed adhuc de panis substantia aliquid, vel tota substantia remaneat. Cum vero tu dicas, panem non transubstantiari, neque transelementari, vt supra vidimus, *panis*, quem hic dicis *Eucharisticũ*, suspicione non caret. Græci & Syropulus, post verba consecrationis, post ἱερουργικὰ, vel verba illa consecrationis, nullam in Eucharistia panis substantiam recognoscunt, sed verum corpus Christi, & verum sanguinem. Quare si interpres fidus esse voluisses, vertisses tam in Azymo, quam in Fermentato transmutata panis substantia substantiam corporis Christi introduci, & non panem Eucharisticum confici, de quo iam supra multa diximus. Græci siquidem verbis illis, quæ recitant in consecratione, verum corpus Christi fieri autumant, etiam opinione Bessarionis, quam hic Syropulus refert.

Pag. 280. sect. 10. cap. 2. Ὅτι δεῖ προστίθεσθαι τὸ βασιλικὸν ὄνομα κατὰ τὴν τάξιν, καὶ τοὺς ὅρους τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων. *Imperatoris nomen præfigi oportere: & propter dignitatem quæ in Republicam precingitur, & definitiones aliarum Synodorum Oecumenicarum*. Et tamen illa, *& propter dignitatem quæ in Republicam precingitur*, in Græcis non leguntur. Ex ijs, quæ in Græcis Syropuli leguntur, aliquid oculorum aciem effugisse humanæ inbecillitatis fuerit, sed de suo, quod non est, addere, & tanquam Syropuli diuendere, hoc est hominis ab ingenio improbi. Suam habet Imperator dignitatem in rebus publicis, & secularibus, in rebus Ecclesiasticis infra Pontifices iacet, quorum discipulus est, quod alibi cumulatissime demonstrabitur.

Pag.

Pag. 275. sect. 9. cap. 15. Καὶ κόπτεται, καὶ ὀδύρεται, καὶ καταξαίνεται κατὰ τὰς νεωστὶ χηρευούσας. *Plangendi nullum finem facit. Pectus verberibus lacerauit, capillos abrupit, faciem vnguibus secuit, quemadmodum nouis nuptis vsuuenire solet, cum maritos efferunt; & lugubria funera vlulatibus, & crinibus passis in conditoria prosequuntur.* Contende Lector interpretationem cum Græcis, & ridebis. Eadem sect. cap. 16. pag. 276. Διὸ καὶ ἀκούοντες ταῦτα ὁ βασιλεύς τε, καὶ ὁ Πατριάρχης ἐδυσχέραινε, καὶ μετεμέλοντο ἐπὶ τῇ συγκαταθέσει τῆς δόξης. *Hæc cum Patriarcha, & Imperator animaduertissent, insatiabilem hominum ambitionem nullis limitibus comprehensam, vt male interpretati sunt, ita pœnituit tam facili propensione eorum dogmata sanxisse.* Nihil melius. Et pag. 278. sect. 10. cap. 1. Διὸ καὶ ἐμέμφοντο οἱ Λατῖνοι τοὺς ἡμετέρους, ὡς ἐσφαλμένως ποιοῦντας μετὰ τὸ ἐκφωνῆσαι τὰ δεσποτικὰ ταῦτα ῥήματα ἐπεύχομένους, καὶ εὐλογοῦντας τὰ ἅγια. *Quare nostros Latini criminabantur, quod cum maximo errore post verba Dominica benedicerent, & Spiritum sanctum superinuocarent, quasi ipsa Domini primordialis benedictio mysterijs consecrandis non sufficeret.* Recita si potes hæc postrema verba Syropuli Græce, si potes. Sed de hoc supra egimus.

Pag. 281. sect. 10. cap. 2. Ἰδὼν δὲ ὁ βασιλεύς, ὅτι οὐ παραιτήσονται, ὃ προέθεντο, ἐξ ἀνάγκης ἐνέδωκε καὶ ἄκων. *Cum plane prospiceret Imperator illos nihil ferociæ dimittere pertinacissimos vrgendi quæcunque proposuissent, inuitus succubuit.* Ibidem cap. 3. pag. 281. Μεταξὺ δὲ τούτων τῶν ἡμερῶν ἐζητοῦντο ἔτι καί τινα κεφάλαια, εἴς τε τὸ περὶ τοῦ πυργατορίου. *Dum isti dies prolaberentur, aliquos e veteri Camarina scrupulos redintegrarunt, nempe de Purgatorio.* &c. Quæstiones Theologicæ Syropuli, Vetus Camarina sunt Creyghtono. Et pag. 284. Ibidem cap. 5. Ὁ δέ γε Ἐφέσου ἐκάθητο μὲν σιωπῶν, καὶ ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς γινομένοις. *At Ephesius solus sedens, & silens his gestis infamibus angebatur.* γινόμενα, *gesta infamia* sunt Creyghtono. Annon bene nouit Græca? Ibidem cap.

6.

6. pag. 287. καὶ εἶπεν ἡμῖν, ὁ βασιλεὺς ὀρίζει. ἡ ἕνωσις ἐφάνη καλὴ, καὶ ἐστέρχθη παρὰ πάντων. *Imperator censet, vnionem pergratam esse, & ab omnibus sancitam, paucis admodum, aut nemine refragante.* Hoc etiã hostis miseraturus esset, si vidisset. Si vnio ab omnibus sancita est, quomodo pauci refragantur? si nemo refragatur, quomodo pauci refragantur? Ita sese implicat Creyghtonus, cum a Syropulo discedit, & sua deliria tonat. Syropulus ait ab omnibus sancitam, & nil vltra; ipse addit, *paucis admodum, aut nemine refragante*. Ibidem cap. 16. Σκληρεὺς διεζώεσκαν λόγους. *Indignabundi fremuerunt, & verba infamia cum criminationibus sparserunt in vulgum.* Quid nunc agitis lexicographi, & nouis hisce Creyghtonianis verborum Græcorum significationibus non redditis vestra Lexica locupletiora?

Pag. 300. sect. 10. cap. 13. Καὶ ἔτυχε δεσμῶν ὁ αὐτὸς Φίλιππος ξύλα περμήκη. *Et Philippus cum palos aliquot longiores parieti infigeret.* Discito Lector a Creyghtono δεσμεῖν, esse *parieti infigere*. Et vt significatum retineret infra, Καὶ ἐν τῷ μεταχειρίζεσθαι τὸν Φίλιππον τὰ ξύλα, ἓν ἐκπεπτωκός. *Hæc ligna cum Philippus manibus tractaret, vnum e foramine eluxatum decidens.* Ergo si e foramine eluxatum decidit, prius parieti infixum erat,

Pag. 316. sect. 11. cap. 3. Ἐξελέξατο δὲ ὅσους οἶδεν ὑπογράψαντας, καὶ ἀντιβαίνοντας, οἷον τὸν Ἡρακλείας εἰδὼς αὐτὸν ἄκοντα ὑπογράψαντα, καὶ μηδὲ φορέσαντα ἐν τῇ ἑνώσει. *Sed tantum eos selegit, quos nouit subscripsisse, sed iam pœnitere, & vnionem totis viribus oppugnare. Qualis fuit Heracleensis, qui nec definitioni subscripsit, nec celebrandæ interfuit.* Primicerius iussu Imperatoris fatente Syropulo electurus Præsules ad celebrandum Missam, eos tantum selegit, quos sciuit. Definitioni subscripsisse, postmodum pœnitentia ductos, eam oppugnasse, vt fecit Heracleensis, & Anchialius, qui subscripsere inuiti, si credendum est eidem Syropulo, & Missæ pro vnione celebratæ non interfuerunt.

Ergo Heracleensis subscripsit, licet ille postmodum facto indolens, id acerbe ferret. Hoc dicit hic Syropulus, & alibi sæpius. Vt quid ergo in tua versione Heracleensis, qui subscripsit vnioni, inuito Syropulo, dicitur non subscripsisse. Et dices nummos, tanta veritatis iactura non videre plumbeos Creyghtonum?

Pag. 322. sect. 11. cap. 6. Νῦν δὲ ἐπεὶ ἐγένετο ἡ ἕνωσις, ἐπιτεθήσεται ἡμῖν, ἵνα χειροτονῇ. *At nunc vnione sancita, multo acrius instabit, petet, & tanquam ius suum sibi vendicabit.* Non desunt verba Creyghtono. Omnes quotquot collegerunt Latini sermonis dictiones, phrasesque memoria complectetur Creyghtonus, etiam si opus non est, vt ostendat se scire loqui, cōglomeratas & ad captandum populi vel populorum auram effutiet. Quasi loquentia illa prudentiæ vel scientiæ vestigium præseferat. Et infra. Καλὸν ἂν ἦν, εἰ μετεποιεῖτε τι καὶ ἡμεῖς ἐκ τῶν ἐκείνων, εἴτε μὴ κρεωφαγεῖν τὰς δύο ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς, εἴτε μὴ λειτουργεῖν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δὶς, καὶ τετράκις ἐν τῷ αὐτῷ ἀλταρίῳ. *Si vel vnum aliquem ex eorum varijs erroribus emendasse contigisset, laude dignum fuisset, exempli gratia, quod non liceret durante quadragesima bis in septimana carnibus vesci, aut quod impium esset, bis, terue ad vnum altare in vno eodemque die missificare.* Clara puraque Græca, quæ vel de grege nouitiorum quisque, etiam obdormiscens intelligeret, tantus Magister non deprehendit, quare alio traducta, quodcunque aliud præter id quod ipsa tinniunt, profundit: ne quid dicam de eo, quod vti impium damnat, *bis, terue, in vno, eodemq; altari missificare*, Missæ ipsius hostis infensus. Quamuis enim Græci desiderare dicant, vt ritus similis toleretur, vt videretur etiam a Græcis aliquod fuisse correctum in ritu Pontificiorū, non tamen ritum damnant, vti impium, quod inferunt Latina translationis verba. Sed dicat Creyghtonus: Et vnde nam habet Latinos bis durante Quadragesima in septimana carnibus vesci, cum

in

in Græcis non ſint? Miſellum hominem! Et erit, quis Creyghtonum Theologum non eſſe tam matulam crediderit? Græci Quadrageſimam poſt Hebdomadem, quam ipſi Tyrenam a caſeo vocant, abſoluto die Dominico ab ipſo feriæ ſecundæ initio ieiunijs, & abſtinentijs vacant. Latini poſt diem Dominicum Ferijs ſecunda & tertia carnibus veſcuntur, tum demum Feria quarta ieiunium ordiuntur. Quare ſi dies numeres, quadrageſimales, Græcorum ieiunium duobus diebus prima hebdomada cum ſubgrandior ſit, Latinorum tot alijs minus erit. Methonenſes itaque, teſte Syropulo, conquerebantur de vnione non æqua ratione confecta, cum ex vna parte Græcorum omnia, vt Latinis complacuit, in ordinem redacta fuerint, ex alia vero parte Latinorum nihil de ſtatu ſuo motum. Quare dicebant; Annon poterant cogere Græci Latinos, vt minimum dies illos quadrageſimali ieiunio appingerent, vel binas aut ternas Miſſas in diebus Feſtis Natalis Chriſti, vel Reſurrectionis non celebrarent, vel aliquid aliud ex eorum multis ritibus corrigerent? En verba. Καλὸν ἂν ἦν, εἰ μετεποιεῖτε καὶ ἡμεῖς ἐκ τῶν ἐκείνων, ἤτε μὴ κρεωφαγεῖν τὰς δύο ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς. *Optime factum eſſet, ſi vos etiam immutauiſsetis aliquid eorum, vel carnibus in duobus diebus Quadrageſimæ non veſci.* &c. Verum tu nihil ad fidem, vel ad chordam Syropuli vertens; *Quod non liceret, durante Quadrageſima bis in ſeptimana carnibus veſci.* Quaſi vero ſingulis ſeptimanis licitumq́ ſit Latinis, duobus diebus carnes comedere. Neſcire te porro præter illos primos dies, quos ſupra innuimus, nunquam carnes abſumere per leges Eccleſiaſticas licere, niſi neceſſitas vrgeat, etiam tu hoc tibi crimınoſum eſſe fatereris.

Pag. 341. ſect. 12. cap. 7. Πολλὰ τὰ ἔτη σου. *Deus te perpetuet, vitamque in annos Neſtoris producat.* Perpetuam vitam, quam prius precatur, ad annos Neſtoris, quaſi

perpetuitate ipsa terminos diuturniores restringit. Vota sunt, quæ pro recte factis susceptisque Greci concipiunt, εἰς πολλὰ ἔτη. quæ modo corrupte efferunt, vna vocula ἀπολλάτη, sicut etiam, εἰς τὴν, reiecto εἰ ςὴν πόλιν pronunciant loco illius εἰς τὴν πόλιν.

Pag. 336. sect. 12. cap. 5. Ἡτοιμάσθη τοίνυν ὁ Κυζίκου, καὶ ἐδέξατο τὸ μήνυμα. προσεκαλέσατο δὲ καὶ τὸν Τραπεζοῦντος, καὶ τὸν Ἡρακλείας παραγενέσθαι ἐν τῷ μηνύματι, καὶ οὐκ ἦλθον. τῇ τετράδι οὖν, καθ' ἣν ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἥτις ἦν καὶ τετάρτη τοῦ μαΐου ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ προεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Πατριάρχης. παρῆμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐν τῷ μηνύματι. *Stabat autem procinctus iam Cyzicenus accepta Renunciatione postrema. Quin & Trapezuntinum, & Heracleensem accersiuerat, vltimum renunciato adesse, qui venire recusarunt. Die igitur septimanæ quarto, & mensis Maij quarto, quo solemniter proclamabant sanctissimam Christi Ascensionem crastino futuram: progressus ad aulam Imperatoriam, ab Imperatore inaugurabatur. Nos vtrique, & Renunciationi adfuimus, & inaugurationi, & in patriarchale Palatium deduximus.* Quis æquo animo tacebit? Sunt ne hæc flexiloqua, & obscura oracula, an Bœotia ænigmata? Quidquid sit. Re vera, non fidi, sed stupidi Interpretis nugamenta sunt. ἐδέξατο τὸ μήνυμα, *accepta Renunciatione postrema. Postrema* in Græcis non est. Quæ nondum aduenerat, ideoque nec expressa ab Historico, cum prima tantummodo renunciatio de sua electione ad Cyzicenum delata, ipse illi assenserit, quod est primum μήνυμα, & paruum: cum assensus renunciatus esset ad Imperatorem, δέδωκ οὖν διεμήνυσατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἑτοιμασθῇ, καὶ δέξηται τὸ μήνυμα. Statim itaque nunciauit illi Imperator, vt se compararet, præpararetque ad recipiendam renunciationem, quæ ab ipso Imperatore, non ab electoribus pronuncianda erat. Tu Græca pessime vertis. *Tum Imperator Episcopo iussit indicari ad primam hanc renunciationem, se comparari,*

ri, breui vltimam recepturus. Quare vocatur ab Imperatore ad ſecundam, non ad primam. Hinc infra Syropulus dicit. Ὁ μὲν οὖν ὑποψήφιος ἑτοιμάζετο μετὰ σπουδῆς. *Hypopſephius itaq; ſolicitè anxie comparabatur*. Si comparabatur ad accipiendum, ergo nondum acceperat. Et ſic præpaparatus accerſebat Trapezuntium, & Heracleenſem, ad vltimum renunciatum, non vt tu, *renunciato adeſſe*. Dices duo fuiſſe hæc μηνύματα apud Cruſium in Hiſtoria Patriarchali, cum agitur de Gennadio Scholario. Καὶ ὡς ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, διὰ νὰ τὸν κάμουν Πατριάρχην, τελείως δὲν ἤθελε νὰ τὸ ἀκούσῃ, οὐδὲ νὰ τὸ στέρξει, διὰ νὰ γένει Πατριάρχης. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ ὁ λαὸς ὅλος καὶ στανικῶς αὐτοῦ ἔκαμον αὐτὸν Πατριάρχην δώσαντες αὐτοῦ καὶ τὸ μέγα μήνυμα. *Vt autem ſignificationem, ſicuti in Patriarcharum creatione fieri ſolebat, minorem, quæ appellatur, illi dederunt, vt ſcilicet ipſum conſtituerent Patriarcham, nullo modo eam audire voluit, nec acquieſcere illorum ſuffragijs, vt Patriarcha fieret. Pontifices vero, & Clerici, & populus totus etiam inuitum, & reluctantem crearunt, data quoque altera, quæ maior vocatur, ſuæ voluntatis ſignificatione*. Quis id negat? Ideo vocaris in crimen, & oſcitantiæ reus ſis, qui hæc duo inter ſe longiſſime diuerſa incompoſite confundis, & vnum pro alio ſumis, & cum rem non intelligas, aliud Syropulus, aliud tu loqueris. Vt errores agnoſcas tuos, en tibi ritum creandi Patriarcham. Sede vacante conuentus Præſulum in Vrbe commorantium celebratur, & ſuffragijs datis tres, qui videntur dignitati eſſe accommodatiores eliguntur, & nomina eorum Imperatori deferuntur, & Imperator vnum ex ijs Patriarcham deſignat. Perfertur ad electum ſententia. Si aſſenſerit, firma manet electio: ſi recuſauerit, redditur negotium incudi, ſicque proſequuntur, quouſque tandem electus annuerit. Et hoc eſt primum μήνυμα, ſiue renuntiatio, ſiue monitum, ſiue nuncius, quo certior fit

electus

electus de sua electione, & hoc est μήνυμα μικρόν. ex Theodosio Zygomala. ἔθος ἐστὶ προσκαλεῖσθαι τὴν Σύνοδον δεύτερον τὸν μέλλοντα πατριαρχεῦσαι. ἡ Σύνοδος τὴν ἀρχιερωσύνην σου προσκαλεῖται Πατριάρχην γενέσθαι. *Bis accersit Synodus Patriarcham futurum. Sancta Synodus tuam reuerentiam vocat ad Patriarchatum.* Si in sententiam Synodi iuerit, tum postmodum accedens ad Imperatorem, Patriarcha renunciatur, qui solemni, ac iusta declarandi Patriarcham formula dicit, Ἡ ἁγία Τριὰς, ἡ τὴν βασιλείαν δωρησαμένη ἡμῖν, προβάλλεταί σε Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸν Πατριάρχην. *Sancta Trinitas, quæ nobis imperium concessit, constituit te Archiepiscopum Constantinopoleos, nouæ Romæ, & Oecumenicum Patriarcham.* Et hoc est secundum μήνυμα, & magnum, quod πρόβλησις, & προβολὴ dicitur, quæ tu ista tua interpretatione perturbas, & postremum cum primo confundis tuis illis additionibus. Et vt magis lædatur os tuum, en ex tuo Syropulo post quatuor versus postremum hoc renunciatum; Ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ προεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Πατριάρχης. *Accessit ad Regiam, & ab Imperatore renunciatus est Patriarcha.* Quod est postremum μήνυμα, & magnum. Ita tu talpa es cæcior in omnibus. Non fingo somnia, res ipsa est, quam narro. Simeon Thessalonicensis Dialogo de Hæresibus, refellens dictum eorum, qui asserebant Imperatorem creare Patriarchas, scribit; Τὸ μήνυμα δίδοται παρὰ τῶν συγκλητικῶν ἀρχόντων τῶν μεγίστων. τοῦ βασιλέως γὰρ φέρουσι πρόσωπον. ὁ βασιλεὺς δὲ τὰ τῆς Συνόδου ὑπηρετεῖ, ὡς Χριστὸς κυρίου καὶ δεφένσωρ, καὶ ὑπηρέτης ἐκκλησίας καταστάς, ἐν τῷ χρίεσθαι καὶ τοῦτο καθυποσχεθείς. διὸ καὶ οἱ τὸ μήνυμα λέγοντες, οὕτω φασίν; ὁ κραταιὸς, καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐθέντης ὁ βασιλεὺς, καὶ ἡ θεία, καὶ ἱερὰ, καὶ μεγάλη Σύνοδος προσκαλοῦνται τὴν ἁγιωσύνην σου εἰς τὸν ὑψηλότατον θρόνον τοῦ Πατριαρχείου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μαρτυροῦντες, ὡς οὐχ ὁ βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ ἀλλὰ τὰ τῆς Συνόδου μετὰ τῆς Συνόδου μηνύει, καὶ μόνον ὑπηρετεῖ.

Φλυα-

Φλυαροῦσι τοίνυν οἱ λέγοντες καινοτόμοι φθόνῳ βαλλόμενοι, ὡς ὁ βασιλεὺς τὸν Πατριάρχην ποιεῖ. οὐδαμῶς γὰρ ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἡ Σύνοδος ἐνεργεῖ, ἐξυπηρετουμένου μόνον τοῦ βασιλέως, εὐσεβοῦς ὄντος, ὡς δέδεικται, οὐ μόνον, ὅτι ἔκδικός ἐστι καὶ βασιλεὺς χρισθεὶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἵνα συνεργῶν εἴη καὶ ὑπηρετῶν, καὶ στέργῃ καὶ βέβαια τηρῇ τὰ τῆς ἐκκλησίας. ὀφειλομένου καὶ τούτου ἐν τοῖς ὀρθοδόξοις τηρεῖσθαι διὰ τὴν εἰρήνην τῆς ἐκκλησίας. ἀπολογουμένου οὖν καὶ τοῦ ὑποψηφίου τὰ εἰκότα, καὶ καταδεξαμένου τὴν ἐκκλησίαν, πάντες ἀρχιερεῖς προσέρχονται τούτῳ, καὶ προσκύνησιν ἀπονέμουσιν, ὁμοίως κληρικοί τε καὶ λαϊκοὶ λαμβάνοντες εὐλογίαν, ὅτι μνήστωρ τῆς ἐκκλησίας ἐστίν. οὐ δεῖται χειροτονίας, ἀλλὰ μόνον ἐνθρονισμοῦ. εἰ δὲ ἱερεὺς χειροτονεῖται, καὶ ἐνθρονίζεται. *Suffragia exhibentur a proceribus Senatus, illisque primatibus. Quippequi præferunt personam Imperatoris. Namque Imperator actis Synodi subseruit, vti Christus Domini, & defensor, & minister Ecclesiæ factus in ipsa creatione, & hoc despondens: Qua propter, & qui nunciant, hunc in modum effantur. Fortis & Sanctus Dominus noster Imperator, & Sacrosancta illius maiestas, & sancta, diuina, & magna Synodus accersunt sanctitatem tuam ad sublimissimum thronum Patriarchatus Constantinopolitani, testantes, non Imperatorem ex se ipso, sed quæ in Synodo peracta sunt, vna cum Synodo denunciare, tantumque operam dare executioni. Nugantur itaque nouatores inuidentia conciti, Imperatorem creare Patriarcham. Nullo siquidem modo Imperator, sed Synodus efficit, & Imperator tantum aßeruit, si modo religione præditus est, vt demonstratum est, non quia tantum vindex est, & Imperator vnctus ab Ecclesia, sed vt cooperator, & minister approbat, firmasque conseruat res Ecclesiæ. Cum hoc quoque seruandum incolume, ac integrum sit ab Orthodoxis propter pacem, & quietem Ecclesiæ. Sicque, vti addecet, respondente Hypopsephio, & acceptante Ecclesiam, omnes Præsules ad ipsum accedunt, & illi sese reuerenter inclinant, simul Clerici, & Laici accipientes benedictionem, quod sponsus Ecclesiæ est. Nec illi opus est ordinatio, sed tantum enthronisinus. Si vero Sacerdos est, ordinatur, atq; in solio collocatur. Et*

infra;

infra; Γίνεται δὲ πρὸ τῆς χειροτονίας, ἢ τοῦ ἐνθρονισμοῦ, ὃ καλεῖται πρόβλησις. τοῦτο δέ ἐστιν ὁμολογία τοῦ βασιλέως διὰ στόματος οἰκείου, καὶ τιμὴ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς στέργει τὸν ἐκλεγέντα παρ' αὐτῆς, καὶ ἐψηφισμένον, τὴν ἐκκλησίαν ποιμαίνειν καταδεξάμενον, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι τῇ δωρησαμένῃ τούτῳ τὴν βασιλείαν, ἔχει καὶ αὐτὸς αὐτοῦ Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸν Πατριάρχην. οὐ μὴν ἐνεργεῖ αὐτὸς αὐτοῦ, οὐδὲ δίδωσι τούτῳ τὶ, ἀλλὰ συμφωνεῖ, καὶ ἐπακολουθεῖ τῷ ἔργῳ. καὶ δῆλον, ὅτι οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ λαμβάνει μᾶλλον, καὶ ὡς ὑπηρέτης τῆς ἐκκλησίας ἐστὶ. ὅτι τὴν ἱερὰν ῥάβδον αὐτῷ τῷ ὑποψηφίῳ ἐγχειρίσας οἰκείᾳ χειρὶ, προσέρχεται καὶ ὑποκλίνει τούτῳ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀποκαλύπτων αὐτὴν, ὡς ἔθος, εὐλογίαν δέχεται καὶ ἀσπάζεται τὴν τοῦ ὑποψηφίου χεῖρα. φανερώτερον δὲ, ὅτι οὐ δίδωσιν αὐτός τι, ἀλλὰ τοῦτο ποιῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας στέργει τε καὶ βεβαιοῖ, ὅτι καὶ ὄντος ἀρχιερέως τοῦ ὑποψηφίου Πατριάρχου, καὶ μηδενὸς εἰς χειροτονίαν ἀρχιερατικοῦ χρείαν ἔχοντος τοῦτο γίνεται. καὶ ἔτι τοῦτο διὰ τὸ τιμᾶν ἐστι τὸν βασιλέα τὴν ἐκκλησίαν, οὐκ ἄρχειν, ὅτι ἐλθόντα τὸν ὑποψήφιον ὁ βασιλεὺς πρὸ τοῦ ἰδεῖν φιλοφρονεῖ, καὶ μανδύαν μετὰ ποταμῶν ἀποστέλλει, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἐγκόλπιον, ὅπερ ὡς ἀρραβὼν ἐστι, καὶ ὡς ὑπηρέτης, καὶ φύλαξ αὐτὸς φυλάσσει. διὸ καὶ τὴν ῥάβδον ὡς τιμιωτέραν, καὶ ποιμαντικῆς ἐξουσίας σύμβολον αὐτὸς δίδωσι διὰ τὴν τιμὴν. καὶ τὸ ἀσφαλέστερον τῇ χειρί. καὶ δείκνυσι πᾶσιν, ὅτι καὶ αὐτὸς τοῦτον ποιμένα στέργει, ὃν ἐξελέξατο ὁ Θεός. καὶ φανερώτερον τοῦτο μαρτυρῶν κηδεύει, καὶ ἵππος παρασήμοις τισὶ κοσμεῖται, καὶ ἐπ' αὐτῷ ὁ ὑποψήφιος κάθηται, καὶ ὑπὸ πεζοῦ τοῦ κόμητος τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου κατέχοντος, ἀντὶ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ὡς ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος τῷ ἱερῷ πεποίηκε Σιλβέστρῳ προπέμπεται διά τε τῆς βασιλικῆς πάσης αὐλῆς, καὶ τῆς δημοσίας ὁδοῦ ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Πατριαρχείου. εἰ ἔστι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ υἱὸς, ἕπεται ἔφιππος, καὶ ἡ σύγκλητος πᾶσα. οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἡ καλουμένη πρόβλησις γίνεται διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας τιμὴν, ἣ εἰς Χριστὸν ἀναφέρεται. *Fit vero ante ordinationem, vel enthronismum, quæ vocatur* πρόβλησις, *renuntiatio. Hæc vero est Imperatoris per os proprium confessio, & honor erga Ecclesiam*

nempe

nempe eum ab ea electũ suffragijs accipere, qui pascendam Ecclesiam sibi assumpsit, & in sancta Trinitate, quæ sibi largita est imperium, & habere, & se eum Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ, & Oecumenicum Patriarcham agnoscere. Non tamen se illum efficere, neque aliquid illi exhibere, sed concordem esse, & opere Synodum subsequi. Et manifestum est, eum non tribuere, sed accipere potius, & vti administrum rerum Ecclesiasticarum; quod & sacrum baculum propria manu impertiens Hypopsephio, accedit, & inclinat illi caput, & illud aperiens, vt moris est, benedictionem accipit, & Hypopsephij manum deosculatur. Et multo clarius, quod nihil ipse de suo præbet, sed id præstans, quod est Ecclesiæ amplectitur, & constabilit. Et cum Hypopsephius adhuc est in dignitate Episcopali constitutus, nec illi desit aliquid, quod necessario requiritur ad dignitatem illam consequendam, hoc idem præstatur: id propter etiam quod Imperator Ecclesiam veneratur, non illi dominatur, quod cum accesserit Hypopsephius, antequam illum videat Imperator, beneuole eum, humaneque excipit: mittit illi & Mandyam, cum fluminibus ornatum, & Ecclesiæ Encolpium, quod vt arrhabo est, & quod vti administer, & custos conseruat. Quapropter & baculum, vt dignius, & pastoralis dignitatis symbolum ipse exhibet propter honorem, & maiorem securitatem in manu, & omnibus manifestat, semetipsum hunc electum a Deo vti pastorem venerari. Et vt manifestius innotescat, testans imperat, vt equus insignibus quibusdam adornetur, cui ipse Hypopsephius assidet, & a pedestri Comite, qui equi habenas detinet, vice ipsius Imperatoris, vti Magnus Imperator Constantinus Sancto Siluestro fecit, deducitur per omne Imperatorium impluuium, & viam publicam ad Patriarchium ipsum. Si vero est Imperatori filius, equitans & ipse subsequitur, & Senatores omnes. Hac itaque ratione, & has ob causas, quæ vocatur προέλευσις renuntiatio propter dignitatem Ecclesiæ est, quæ ad Christum defertur. Sed quid externa conquiro? Plane tu, si considerate animum aduertisses, & quod in manu erat, non neglexisses, hæc eadem ex tuo Sguropulo facili negotio

didiciſſes. Nanque Syropulus ſect. 2. cap. 4. de electione, & inauguratione Ioſephi ſimilia tradidit; Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφισάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγεγονόσιν, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσὴφ, καὶ εἰς Πατριάρχην προβάλλεται. ὃς καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς καθ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἐνάτην νέμεσιν τὴν θείαν ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. Vertis; *Ad electionem Patriarchæ cum Præſules inter ſe ſuffragati, vt mos eſt, tria nomina Imperatori propoſuiſſent, præſente etiam Medienſi, qui antea-ctis in Synodo non interfuit, Imperator Epheſi Præſulem Dominum Ioſephum eligit, ac Patriarcham renuntiat. Qui confeſtim deductus in palatium Patriarchale, ipſo die feſto Conſtantini Magni, Indictione nona, diuini cultus officium celebrauit, & in magna Eccleſia collocatus eſt, in throno inaugurandis Patriarchis deſtinato*. Hic vides commiſſa ſuffragia Præſulibus, & electionem trium perſonarum, quibus ab Imperatore præfertur Ioſephus. Hic vides primum μήνυμα Præſulum, & ſecundum Imperatoris, quæ proprie πρόβλησις dicitur. Tum in Patriarchium adductus, non conſecratur Epiſcopus, cum iam creatus eſſet, dum in Epheſium Epiſcopatum promotus eſt: ſed rite peractis requiſitis omnibus ſacris, tum denique in συνθρόνῳ magnæ Eccleſiæ ἐνθρονίζεται. Dicit enim Syropulus, *vt moris erat*, κατὰ τὸ ἔθος, electum fuiſſe. Tu vero ex inſcitia moris eligendi, conſecrandique Patriarcham, in alia atque ália præter Syropuli tui mentem verteris. *Qui confeſtim deductus in Palatium Patriarchale*. Patriarchium notat & Palatium, in quo degit Patriarcha, & Eccleſiam illi annexam, in qua more illius Eccleſiæ ſacra complentur. Profanus homo ſacroſanctas cerimonias violas, & funeſtas, ideoque tacendo Eccleſiam Palatium intrudis. Sic etiam in promotione Methrophanis; Καὶ προπεμπόμεθα αὐτὸν εἰς τὸ Πα-

Πατριαρχεῖον, transfers; *& in Patriarchale palatium adduximus*. Non in Palatium, ſed in Eccleſiam deduci diſcere poteras ex Codino, cum de conſecratione Patriarchæ ſermonem habet; Ὁ δὲ Πατριάρχης ἀπέρχεται ἱππότης εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν. *Patriarcha eques ſe confert in S. Sophiam*; Et infra. Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, μετὰ τὸ προβληθῆναι, ὡς δεδήλωται. *Profectus igitur in S. Sophiam poſt ſuam renuntiationem, vt oſtenſum eſt*. Et cum direpta Conſtantinopoli Sanctæ Sophiæ Eccleſia in Meſchitam Turcarum conuerſa, & quæ Sanctorum Apoſtolorum erat, a Mahomete in Patriarchium, Georgius Scholarius, tum Patriarcha electus, equum eo modo, quo diximus, ornatum aſcendens, & ad veneranda Apoſtolorum ſepta deductus conſecratur Epiſcopus, quia laicus erat, & Patriarcha renuntiatur. τὴν θείαν τε ἐτέλεσε μυσταγωγίαν. *Diuini cultus officium celebrauit*. In templis Græcorum diuini cultus officia celebrantur. Attamen hoc in loco θεία μυσταγωγία aliud innuit, nempe *diuinum Miſſæ Sacrificium*, cuius ſcilicet tu tuique ritus atque myſteria, vti malum auſpicium deteſtamini. Græci tamen in eam ſpem ſuam omnem, & bona collocant, inter alia Sacramenta, vti præcipuum μυσταγωγίαν, neq; nomine ſolo contenti, θείαν addunt. Vocant μυσταγωγίαν, quod mentem ſubleuat ad Dei recondita ſecreta percipienda, actiones, paſſioneſque Chriſti ſub ceremoniarum ſimulacris, & Chriſtum ipſum ſub antitypis panis, & vini ſpeciebus velat, & ſimul ad eum arcano modo cognoſcendum deducit, nec non inſuper manifeſta cęleſtis cibi ſumptione æternæ vitæ percipiendæ latens pignus elargitur. Et Miſſæ ſacrificium ita nuncupari a Græcis, & antiquioribus, & recentioribus, adeo planum eſt, vt probatione non egeat. Hic nihilominus *Miſſam* intelligi ſatis abunde explicat Simeon Teſſalonicenſis. Τῇ δὲ κυρίᾳ ἡμέρᾳ τῶν βασιλέων συνηγμένων, καὶ ἀρχόντων, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἡ λειτουργία μεγαλοπρεπῶς τελεῖται

Zzzz 2 παρὰ

παρὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ παρὰ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. *Et in magna Ecclesia collocatus est in throno, inaugurandis Patriarchis destinato*. Quid sit hoc σύνθρονον, sic determinas Notis in hunc locum; *Præpositio σὺν in hac compositione nihil aliud notat, quam binos erigi thronos tam in Palatio, quam in Ecclesia, vnum Imperatori, Patriarchæ alterum, vt in electione Patriarchæ satis copiose Codinus cap. 20. de Officijs, e duobus suum Patriarcham ascendit.* Laudas auctorem, ex quo hæc tua habes. Quid si ille somnia hæc tua non habeat? Annon iure merito tu nugax fueris? Tu ex præpositione illa σὺν, binos in Palatio, & binos in Ecclesia colligis thronos. Ex eodem Codino, vt tu ais, quatuor non esse disces, & sis mecum. Codinus eodem capite ante renuntiatum Imperatoris duos in Palatio collocat, alterum, qui super Anabathram præparabatur; Γενομένης ἀναβάθρας διὰ ξύλων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ τρικλίνου περισκεπομένης διὰ βλατίου κοκκίνου, ἐφ' ἧς ἵσταται θρόνος βασιλικὸς, ὁποῖος ἐν τῇ στεφηφορίᾳ τοῦ βασιλέως εἴρηται. *Extructa lignea anabathra ad initium Triclinij, opertaque coccineis pannis, in qua stat thronus Imperialis, qualis est in coronatione Imperatoris descriptus.* In eodem Triclino, est alius thronus colore cæruleo in quo sessurus est Patriarcha; Καὶ θρόνου οὐρανίου τεθέντος κατὰ τοῦ τρικλίνου τρίτον μέρος ἀπὸ τοῦ τοίχου πρὸς τὸν βασιλέα περισκεπομένου διὰ βλατίου χρυσοῦ ἔρχεται ὁ ὑποψήφιος, καὶ καθίζει ἐπ' αὐτοῦ. *Positoque cœruleo throno circa tertiam Triclinij a pariete distantem partem versus Imperatorem, qui aureis velamentis instratus est, venit electus, & sedit in illo*. Et sic in Palatio ad progressum vsque in Ecclesiam Patriarchæ alterius throni nulla alia mentio est. His peractis procedit in Ecclesiam Patriarcha, in qua consecratur, & in synthrono collocatur. Vnde ergo tu habes ex Codino in Ecclesia quoque binos thronos esse? Colligis ex præpositione σὺν throno addita. At hoc est non intelligere, quid σύνθρονον est. σύνθρονον sunt subselia post altare in apside

de templi constructa, medium altius atque speciosius; quæ subsequuntur, ex parte tum læua, tum dextera depressiora, & inferioris sæpius conditionis, in quibus solent assidere Pontifices, augustiores in medio, submissiores pro dignitate quisque sua in alijs, & in ea per gradus ascenditur. Simeon Thessalonicensis, Καὶ περὶ τὰς βαθμίδας θείου συνθρόνου γενόμενος. *Et ad gradus diuini Synthroni accedens*. Dicitur συνθρονον, quod vna cum alijs coniunctum emineat, vel quod electus, vel in gradu eminentiori collocatus vna cum alijs sedeat. Ex hoc throno oriuntur, ἐνθρονίζειν, ἐνθρονιάζειν, ἐνθρονίζεσθαι, ἐνθρονιάζεσθαι, ἐνθρονισμὸς, quibus inter alia notatur electum in illo throno collocari. Qua sessione videtur electus in possessionem immitti, & electionis suæ firmitatem acquirere. In Iure Græco Romano lib. 2. de Translatione Episcoporum Proclus Episcopus Cyzicenus electus post Sisinnium Patriarcha Constantinopolitanus; Οὐκ ἐνεθρονίσθη διὰ φθόνον τῶν παραδυναστευόντων τότε ἀρχιερέων. τελευτήσαντος δὲ Μαξιμιανοῦ προσεκλήθη, καὶ ἐνεθρονίσθη Κωνσταντινουπόλεως, συναινέσει καὶ τοῦ Κελεστίνου Πάπα Ῥώμης. *Sed in solio non est collocatus ob inuidiam Pontificum, qui potentia sua tunc abutebantur, mortuo Maximiano accersitus est, & in solio collocatus, Celestino Papa Romano etiã assentiente.* Simeon Thessalonicensis; Τῇ δὲ κυρίᾳ ἡμέρᾳ τῶν βασιλέων συνημμένων καὶ ἀρχόντων, καὶ σχεδὸν παντὸς τοῦ λαοῦ ἡ λειτουργία μεγαλοπρεπῶς τελεῖται παρὰ τοῦ Πατριάρχου, συνόντων αὐτῷ τῶν ἀρχιερέων ἁπάντων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῶν τῆς πόλεως ἱερέων. δεῖ γὰρ πάντας παρεῖναι ἐπὶ τῷ τοῦ ποιμένος αὐτῶν ἐνθρονισμῷ καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς καθέδρας ὡς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ τότε μᾶλλον κατ' ἀρχάς, καὶ τὴν εἰρήνην παρ' αὐτοῦ δέξασθαι ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τούτου θρόνου· καὶ προσφωνῆσαι ταύτην αὐτῷ. Et infra; καὶ διὰ τοῦτο οὕτω λαμπρὰ ἡ ἐπὶ τῷ συνθρόνῳ τοῦ Πατριάρχου γίνεται ἐγκαθίδρυσις, ἵνα καθισθεὶς ὥσπερ ὁ σωτὴρ εἰς οὐρανοὺς, τὴν εἰρήνην ἐκεῖσε ἅπασι δώσῃ τε καὶ κηρύξῃ, ὃς καὶ

ἐκεῖ-

ἐκεῖθεν τῷ ζιχνείῳ διαλοσεῖ, ὡς ἀπὸ τοῦ οὐρανίου θεοῦ τὴν τοῦ ξιά-δος παρέχων χάριν. Et hæc non tantum in Patriarchis fuit, ſed in alijs etiam ad maiores dignitates promotos. Euchologium; Ἐνθρονίζεται δὲ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα ὁ ἱερομόναχος εἰς ἡγούμενον καὶ ποιμένα τῆς σεβασμίας μονῆς. *Locatur in ſolio ſeruus Dei N. & fit ſuperior, & paſtor venerandi Monaſterij N.* De Synthrono ſi plura cupis, lege noſtram ad Ioannem Morinum Epiſtolam ſecundam de Templis recentiorum Græcorum. Nec diuerſus eſt ritus, qui in Pontificali Romano legitur. *Conſecrator accipit conſecratum per manum dexteram, & primus ex Epiſcopis per ſiniſtram, & inthronizat eum, ponendo ipſum ad ſedendum in faldiſtorio, de quo ſurrexit conſecrator.* Nec alio ſenſu legitur apud Latinos autores medij temporis, & recentiores, *Regem inthronizare, Præſulem, Antiſtitem, Epiſcopum, Abbatem, Miniſtrum.* Nanque inſinuat, Regem creare, in regio ſolio collocare, augurare Epiſcopum, Abbatem, &c. Quæ ſeſſio adeo neceſſaria reputata eſt, vt cum in Eccleſia, in qua promotio fit, nullum exiſtit ſolium fabrefactum, ex templo aliunde aſportaretur cathedra, in qua electus collocaretur. In eodem Euchologio Græcorum; Καὶ ἐνθρονίζει αὐτὸν μέσον τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ δίφρου. *Tum illum in ſella in Eccleſia media locat.* Hinc elicere potes, quid ſit ἐνθρονίζεσθαι ἐν τῷ ἱερῷ συνθρόνῳ, & non intrudere Lectori tuo, *binos thronos tam in Palatio, quam in Eccleſia vnum Imperatori, Patriarchæ alterum.* Et vt fidem adderes dicto, quod nullo modo ſomniat Codinus, Codino appingere. *Die igitur ſeptimanæ quarto, & Menſis Maij IV. quo ſolemniter proclamabant ſanctiſſimam Chriſti Aſcenſionem craſtino futuram.* Et quid audio? Ita ne? καθ' ἣν ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. *Quo ſolemniter proclamabant ſanctiſſimam Chriſti reſurrectionem.* Iam Chriſti ἀνάστασις, *Chriſti aſcenſio* eſt. ἀποδίδοται, *ſolemniter proclamabant*, & qnod peius eſt, *craſtino futuram*, quod in Syropulo non eſt. ἀπο-

δι-

δίδοσθαι τὴν ἑορτὴν, est retribuere, reponere, resignare, redonare solemnitatem, quam anteactis diebus celebrabant, finem facere, eamque terminare, persoluere. In Pentecostario feria quarta ante ascensionem Domini post Laudes; Καὶ οὕτως ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. *Et hac ratione terminatur Solemnitas Sanctæ & viuificæ Christi Resurrectionis.* Et alibi; Καὶ ἀποδίδοται ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων πατέρων. *Et completur Officium sanctorum Patrum.* Et in Typico cap. 51. *Et Resurrectionis omnia Officia, quod non canitur amplius, Christus resurrexit, finem habent.* Καὶ ἡ ἀκολουθία πᾶσα ἀναστάσιμος διὰ τὸ ἀποδίδοσθαι τὸ, Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν. Tum siquidem feriæ paschales terminantur, cum amplius Troparium illud, Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος, *Christus resurrexit a mortuis, morte mortem conculcans, & ijs, qui iacebant in sepulchris, vitam donans*, sæpius singulis diebus a die Resurrectionis ad feriam quartam ante Ascensionrm recitatum, & decantatum, non amplius dicitur, neq; concinnitur. Tum siquidem ἡ ἑορτὴ ἡ ἀναστάσιμος, vti sæpissime alibi vsurpatur σχολάζει. Typicon cap. 1.; Καὶ σχολάζει ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης μέχρι Σαββάτου τοῦ ἀντιπάσχα. *Et cessat, intermittitur a magna feria quinta vsque ad Sabbatum Antipaschæ*, nempe octaua post Pascha, Sabbato nempe ante Dominicam, quam vocant Pontificij, *In Albis*. Hoc quoque verbo elegantissime vsus est ad similem sententiam recludendam Simeon Thessalonicensis in Ordinatione Presbyteri, Dialogo contra Hæreses; Τὰ τοῦ Ἀρχιδιακόνου τελεῖ, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον φέρει εὐλογίαν δεχόμενος, καὶ τὸν θεῖον ἄρτον ἐπὶ κεφαλῆς ἐν τῇ μεγάλῃ φέρει εἰσόδῳ, ὡς τὰ τῆς διακονίας ἀποδιδούς. *Archidiaconi munera peragit, & Euangelium recitat, benedictionem accipiens, & diuinum panem super caput in magno introitu gestat, & illis, quæ Diaconi sunt, renunciat.* Quæ modo Sacerdos efficit & nauat, Diaconi munia sunt, & ea tum ordinatus

postre-

postremum obit, illisque in eminentiorem gradum promotus, nunc demum renunciat, eorumque vltra exercendorum exitum expedit, ἀποδίδωσι. Quid porro illa sunt, *post solemnitatem proclamabant Sanctissimam Christi Ascensionem crastino futuram*? Festum apud Græcos Ascensionis inchoabatur eadem ipsa feria, qua cessabat Resurrectionis: sed Resurrectionis cessabat feria quarta in profesto Ascensionis. Ergo proclamatio illa tua Ascensionis futuræ crastino, nimis ridicula est: neque enim tum festum proclamatur futurum crastino; sed tum festum celebratur a primis vesperis, & subsequente die Iouis ad ipsam Pentecostem, donec hoc idem alterius solemnitatis aduentu ἀποδοθῇ, καὶ σχολάσῃ.

Pag. 347. sect. 12. cap. 11. Ὅστις βαθύνους ὤν, καὶ πολὺ τὸ αἰδέσιμον, καὶ φοβερὸν ἔχων, εἰ πειλκῶ. *Qui vir profunda mentis, & experientiæ, plurimumque venerationis, ac reuerentiæ sibi attrahens, a longa gubernandi consuetudine*. Hæc posteriora in Græcis desiderantur. Infra; Καὶ μετὰ τὴν λαμπρὰν Κυριακήν. *Peracta semel hac splendida septimana*. Scripseram annis præteritis Dissertationem de Dominicis, & Hebdomadibus Græcorum iam editam, & nomina earum, vnde sibi petant originem, & quibus Græcæ Latinis respondeant. Sed hæc *Splendida* Hebdomas nullibi est. Namq; vnum diem Dominicum Paschatis si excipias, qui λαμπρὰ κυριακὴ, vel λαμπροφόρος ἡμέρα est, Hebdomas illa λαμπροφόρος, vel λαμπρὰ nullo in loco est, quippe quæ sequitur ad Dominicam, dicitur τοῦ διακαινησίμου. Vide quæ ibi adnotabamus. Καὶ ταῦτα σοι ἐκ πολλῶν ὀλίγα, οἷον ἐκ μεδίμνου πλήρους, καὶ σπάγγους ἀπείρου σταγόνες ὀλίγαι, καὶ κόκκοι μέτριοι, καὶ ὀλίγου γεύματος τὴν ἐν τῷ πίθῳ πᾶσαν τοῦ οἴνου ποιότητα.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

9-3-3-